UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

urn:nbn:de:hbz:466:1-67025

Visual Library

Th. 5778.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLAUDII FLEURII
ABBATIS

HISTORIA ECCLESIASTICA

A QUODAM ANONYMO CONTINUATA,
ATQUE A
R. P. ALEXANDRO
A S. JOANNE DE CRUCE CARMELITA EXCALCEATO
PROVINCIÆ BAVARICÆ, OLIM S. THEOLOGIÆ
AC SS. CANONUM LECTORE
LATINE REDDITA, NOTISQUE CASTIGATA.

CONTINUATORIS
TOMUS SEPTIMUS,
SEU IN ORDINE
TOMUS XXXI.
Ab anno Christi 1494. usque ad annum 1507.



AUGUSTÆ VINDELICORUM & OENIPONTI
IMPENSIS JOSEPHI WOLFF. MDCCLXIX.
Cum Privilegio Sacræ Cæsareæ Majestatis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRÆFATIO.

In Præfatione ad trigeſimum continuatæ Hiſtoriæ tomum detectæ fuerunt artes, dolique, quibus nonnulli aut minus recte de Religione ſentientes, aut omnino jamjam priorum hæreſum veneno infecti ſub vario pietatis, ac zeli obtentu erroribus Lutheri præcinebant; nempe, ut D. Hieronymus (a) optime ſcripſit, *venena non dantur, niſi melle circumlita, & vitia non decipiunt, niſi ſub ſpecie, umbraque virtutum*: verum in præſenti volumine, quo magis vicinus nobis exhibetur infernalis hujus hidræ ortus, eo magis aperta ac manifeſta indicantur futuræ calamitatis præſagia, inter quæ potiſſimum recenſenda venit

(a) Epiſt. 7. ad Lætam.

illius ævi periculoſas opiniones, ac ſententias de fide ſuſpectas paſſim in vulgus ſpargendi libertas; ex obvia enim Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lectione pateſcit, quod non coercita opinandi licentia, ac novitatum libido ipſas hæreſes præceſſerit, unde merito illa ætas ſibi de funeſto proximæ ſectæ malo timere debet, in qua non pauci liberrimo calamo, quicquid ſanctum ſacrumque eſt, ex ſolo nova proferendi ſtudio carpere, ac veterem Eccleſiæ diſciplinam ad ſydera usque non eo ex fine extollere cernuntur, ut ea ad majorem vitæ perfectionem in fidelium cordibus refloreſcat, ſed ut ipſi præſentem Eccleſiæ diſciplinam fugillandi, contemnendi, ac denique illam penitus a ſe amovendi prætextum habeant; hæ enim querulæ voces de collapſa Eccleſiæ diſciplina, & veteri reſtauranda plerumque duntaxat in illorum zelotum ore verſantur, qui nequidem ob humanæ conditionis imbecillitatem relaxatæ diſciplinæ leges amplius obſervare dignantur, ſed cum maxima populi offenſione libere transgrediuntur, & de ipſa hac transgreſſione, ac ſpiritus

tus libertate, ut inquiunt, gloriantur: eapropter ab ejusmodi hominibus merito tanquam ab hæreticorum Præcursoribus summopere cavendum est.

Ex hac ipsa promiscua sentiendi, ac scriptitandi libertate ante exortam Lutheri sectam plures Viri pietate ac eruditione clarissimi calamitates Ecclesiæ impendentes præsagiebant, horum nonnullos Floremundus Ræmundus ex Calvini stabulo ad Ecclesiæ ovile reversus (b) recenset, atque inter alios præcipue quamdam Virginem Elisabetham natione Anglam, Thomam Morum, & Fratrem Thomam ex Ordine S. Francisci memorat, qui omnes *non solum imminentem tempestatem prævideran*t, *verum etiam pleraque omnia, uti postea acciderunt, prædixerant.* His omnino accensendus est Hieronymus Savonarolla, de quo hanc in rem in præsenti tomo amplior mentio fit. Præterea S. Hildegardis, cum homines *incredulitate ac quovis opinionum vento* abripi cerneret; Ecclesiam nova hæresi devastandam qua-

(b) Historia de ortu & progressu hæresum lib. 1. cap. 2. num. 5. fol. mihi 8.

ſi digito præmonſtravit (c), *Ah miſera Eccleſia!* exclamabat ſancta hæc Virgo, *quid ages? mille hæreſes in te orientur, ædes tuæ ſacræ, atque adeo ipſa etiam ſacra profanabuntur, Principes contra te inſurgent, populi contra te arma capient, omniaque in ruinam tuam conſpirabunt, & quia ultimi ſæculi homines INCREDULITATE ET QUOVIS OPINIONUM VENTO abripi ſe patientur, Deus Eccleſiam ab eis auferet.*

An omnia hæc vaticinia ex vero Dei afflatu fuerint prolata, impræſentiarum haud diſcutiendum exiſtimo, id tamen omnino certum eſt, quod illi, quibus eo tempore exacte perſpecta erat Huſſitarum, & Bohemorum Fratrum ætas, facile ex ſimilitudine temporum, ac circumſtantiarum mala & perturbationes ex proxima hæreſi impendentes prævidere poterant; priusquam enim Huſſitarum furor in apertum prorumperet incendium, præceſſerat effrænis novas opiniones ſpargendi libido, liberius affixis ubique libellis carpebantur aut veri aut

(c) Lib. revelat.

aut confícti Eccleſiæ abuſus; diſplicebant pretioſi Templorum ornatus ad auguſtiorem Dei cultum inſtructi, ut eo facilius ipſæ ſacræ ædes exſpoliari, ac penitus everti poſſent, denique exaggerabantur publice nonnullorum Sacerdotum vitia, ut ſenſim ipſum etiam Sacerdotium, atque Sacramenta vileſcerent: arguebantur Monachi de avaritia & ambitione, ut novi hi reformatores poſtea magis impune horum opibus propriam avaritiam, & Sacerdotibus omnino vilipenſis, atque a dignitatum faſtigio excluſis ſuam ipſi ambitionem ſatiare valerent. Plurimi etiam illorum, qui cultiori ac politiori literatura clari videri geſtiebant, in contemptum Sacerdotalis Ordinis linquas acuebant, & calamos: omnia eis ſordebant, quæ Eccleſiaſticum nomen ſapiebant, Sacerdotes paſſim Sacrificuli & Popæ in circulis & popinis nominari audiebantur, nihil denique hisce emunctæ naris hominibus de Sacro Clericorum, & Monachorum ſtatu gratum acceptumque erat præter temporalia illorum bona: De ejusmodi autem Harpiarum ſermonibus idem dici

posset, quod D. Hieronymus de nutricibus & gerulis ad Furiam nobilem Viduam scripsit (d): *Cave istiusmodi venenata animalia, quæ de corio tuo satiari ventrem suum cupiunt. Non suadent quod tibi, sed quod ipsis prosit..... Quicquid non tulerint, sibi ablatum putant, nec considerant de quanto, sed quantum accipiant.*

Præterea infausta illa ætate pro more omnium Hæreticorum etiam Hussitæ criminabantur supremum Ecclesiæ Caput, atque ea vitia, quæ nonnunquam a Curiæ suæ Ministris perpetrabantur, in ipsam Sedem Apostolicam detorquebant, eo fine, ut depressa illius auctoritate pœnas ob temeritatem, motamque seditionem promeritas eludere, ipsiusque Judicis potestatem vulgi ludibrio exponere, ac tandem impune penitus sese ejus obedientiæ atque obsequio subducere possent.

Hæ præcipue erant tempore Hussitarum fraudes, artes, & dogmata, cum igitur præsertim ad initium Sæculi XVI.

(d) Epist. 10.

XVI. eadem morum perverſitas, opinionum licentia, ac palam & impune calumniandi libido graſſaretur, ex hisce præludiis facile colligi poterat, quod rurſum nova hæreſis partui proxima inſtet. Quo enim tempore illi, qui puriorem doctrinam ac politiorem literaturam jactitabant, liberius linquas & calamos acuebant in contemptum Clericorum, Monachorum, ac ipſius etiam Sacerdotalis Ordinis, præcipue vero in ſummi Pontificis vilipenſionem? Ex propinquioribus cauſſis, per quas Lutheri hæreſis introducta fuit, quidam noſtri ævi Scriptor eruditiſſimus ait (e), *alteram cauſſam ſuppeditavit ingens odium erga Eccleſiaſticum ordinem, quod in Laicis, Virisque Politicis illius ætatis, ac etiam aliis in ſuo genere ſat eruditis excitavit partim neglectus politioris literaturæ in Clero, partim contentio orta Theologos inter & manſuetiorum Muſarum cultores, æmulatione, atque invidia, ut fieri ſolet, fomenta tam liberaliter ſuppeditante, ut ſecundum deformationi Lutheranæ præludium factum ſit, Odorico Raynal-*

(e) Ignatius Schwarz *de origine & cauſſis deformatæ Germaniæ.*

naldo teſte, dum ſic ſcribit (f). Ardebant hoc tempore in Germania graviora odia inter politiorum litteratorum ſtudioſos, ac Theologos, ex quibus poſtea Authore Luthero immenſum defectionis illius excidium conflatum eſt.... *Iſti enim primi conſcriptis libellis omnes Theologos velut aggreſtes & barbaros deridere, ludibrioque habere cæperunt, tum vero maxime Religioſarum Familiarum Alumnos proſcindebant dicteriis, & per ora hominum traducebant, necnon ſacræ fidei Cenſores inſimulabant tyrannidis intolerandæ. Acceſſit, quod Eraſmus Rotterodamus multa de rebus fidei dubia ſcriptis ſuis inſperſerit, & venenum amæniorum literarum floſculis tectum imprimis incautæ juventuti, aliorumque animis inſtillarit. Hos æmulati alii fuere: Inde contigit, ut ſparſis quaquaverſum ſatyricis mercibus mortifera Germanis plaga inflicta ſit, ſiquidem incauti ejusmodi argutiis irretiti, delectatique irriſionibus, facetiis, ironiis, ſalibus, & ſcommatibus, in Eccleſiaſticos Viros effuſis avide Lutherana venena hauſere.* Hanc igitur ſcriptitandi libertatem, ac Sacerdotum vilipen-

(f) In Annal. Eccl. ad ann. 1516. n. 48.

lipenſionem eo tempore quamplurimi veræ fidei ſtudioſi, ac tum pietate tum doctrina inſignes Viri velut præludium, imo & tanquam claſſicum ſuſpiciebant, quo edito brevi novi hæreſiarchæ contra ipſam Eccleſiam in arenam deſcenſuri, ac omnia ſusque deque verſuri eſſent.

Eapropter Chriſtophorus Scheurlus patria Norimbergenſis ac Wittembergæ Jurisprudentiæ Profeſſor, necnon Saxoniæ Ducis Senator in quadam oratione Anno 1511. coram conſeſſu Academico habita amare deplorabat utriusque Cleri contemptum ac vexationes, quibus ante exortam Lutheri ſectam Sacerdotes Dei editis paſſim libellis famoſis, aliisque modis affligebantur, *dum annales revolvo*, inquit ipſe, *monumenta & hiſtorias, invenio nullum unquam fuiſſe tempus, nullam ætatem extitiſſe, in qua Sacerdotes tam illiberaliter, tamque indigne habiti fuerint, ac noſtra tempeſtate*: hunc ipſum autem indignum agendi modum futuræ a fide vera defectionis prodromum eſſe præfatus Doctor præſenſit, ac quamplurimis demonſtravit exemplis, quod *ſicut tam Chriſtianis, quam gentilibus Sacerdotii*

piis

piis cultoribus ingentia præmia, felicesque rerum ſucceſſus æquiſſimo Dei judicio conceſſi fuerint, ita etiam Sacerdotum, ac Religionis contemptoribus, rerumque ſacrarum exactoribus graves ultiones ſemper fuerint inflictæ, cum aut fortuna, aut fide excidiſſent.

Ex his clare perſpicitur, quod ſicut omni ævo, ita & recentioribus hisce temporibus ante exortas hæreſes nonnulli ex caſtris Iſrael exſurrexerint, qui liberiori calamo contra Eccleſiæ ſummique capitis auctoritatem, necnon adverſus Sacerdotii ſtatum declamabant: Verum ejusmodi rabulis ſemper Præſulum vigilantiſſimorum Zelo ac Principum auctoritate os occludere adlaboratum eſt; non enim ejusmodi hominum auſus atque impetus ad commune exitium pertingere valent, ſi ipſis ab initio ſtatim frænum injiciatur, nec piis doctisque Viris ſeſe linqua & calamo opponendi libertas dematur; gravius tamen tunc imminet periculum, ubi ejusmodi conviciandi licentia, aut ex incuria, conniventia, aut ex tacito etiam conſenſu impune exerceri permittitur, imo etiam famoſi ejusmodi libelli, quo ma-

magis impudenti calamo conſcripti ſint, eo majori cum applauſu excipiuntur, præcipue hisce temporibus, ubi ex ſcriptitandi pruritu etiam illi, quibus ex conditionis ſuæ ratione nil minus quam res ſacras diſcutere competit, uſurpata auctoritate ſeſe tanquam fidei cenſores, rerumque Eccleſiaſticarum judices, atque arbitros conſtituunt: unde evenit, ut tales non ſine maximo Religionis ac Eccleſiæ damno ob ſpuria, falſa, vel dubia Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ teſtimonia perverſo admodum illius uſu ea rejiciant, quæ veneranda antiquitas approbavit, vel alia jam dudum damnata ac rejecta veluti ſacrata veteris diſciplinæ monumenta rurſus producant, commendent, ac approbent: quam proxime autem ejusmodi licentia ad introducendas hæreticorum opiniones diſponat, S. Vincentius Lirinenſis detegit, dum ita loquitur (g): *Satis evidenter perſpicueque monſtratur, hoc apud omnes fere hæreſes quaſi ſolemne eſſe ac legitimum, ut ſemper prophanis novitatibus gaudeant, antiquitatis ſcita faſtidiant, & per oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ a fide nauffragentur.*

Porro

(g) l. 2. c. 22.

Porro ex promiſcua ejusmodi libellorum lectione fideles ſenſim ſine ſenſu ad antiquam Chriſtianæ Religionis, & diſciplinæ ſimplicitatem liberius contemnendam inducuntur; facile enim vulgus vera exiſtimat ea, quæ a Viris, ut credunt, eruditis crebro ac publice per libros etiam in linqua vernacula ſcriptos, ſpargi, ac non ſine aviditate a plerisque excipi cernunt, quæ ſane, inquit idem Lirinenſis (h): *Non ſolum tentatio, ſed magna eſt tentatio, deditam ſibi, atque in ſe pendentem Eccleſiam admiratione ingenii, ſcientiæ, eloquentiæ, converſationis, & gratiæ nihil de ſe ſuſpicantem, nihil verentem ſubito a veteri Religione in novam prophanitatem ſenſim paulatimque traducere.* Periculoſius autem longe eſt, quando Semi-Catholici, ac Semi-Doctores palam non modo Eccleſiæ abuſus, ſed ipſam etiam Eccleſiam, non ſolum Pontificum Perſonas & geſta, ſed ipſum etiam munus, ac poteſtatem, ac denique non modo Sacerdotes, & Religioſos, ſed ipſum quoque Sacerdotium, ſanctosque Monachorum Inſtitutores libellis paſſim editis indignum in modum con-

(h) Vincentius Lirinenſis in commonitorio cap. 23.

convitiis proſcindunt, eo fine, ut Mimorum more acerbis oppido jocis ac ſarcaſmis rudioris populi applauſum emendicent. Adverſus hoſce deceptores jam dudum D. Paulus (i), hisce verbis nos præmuniebat. *O Timothee depoſitum cuſtodi, devitans prophanas vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.* Hi ea etiam, qua vivimus ætate, Catholicis ſuggerunt: (k) *Venite o inſipientes & miſeri, qui vulgo Catholici vocitamini, & diſcite fidem veram, quam præter nos nullus intelligit, quæ multis ante Sæculis latuit, nuper vero revelata & oſtenſa eſt, ſed diſcite furtim atque ſecretim;* ideo enim vobis propinavimus multos libellos ſuppreſſis noſtris nominibus, & ſub ſpecioſis puræ veritatis, ac ſanioris doctrinæ titulis & prætextibus; *cum vero hæc didiceritis, latenter alios docete, ne mundus audiat, nec Eccleſia ſciat. Quis eſt hodie Timotheus*, exclamat Lirinenſis, *niſi vel generaliter univerſa Eccleſia, vel ſpecialiter totum corpus Præpoſitorum, qui integram divini cultus ſcientiam, vel habere ipſi debent, vel aliis infundere? Quid eſt depoſitum cuſtodi? cuſtodi propter*

(i) 1. Tim. 6. (k) Idem l. c cap. 23.

pter fures, propter inimicos, ne dormientibus hominibus superseminent Zizania super bonum semen, custodi Catholicæ fidei talentum inviolatum, illibatumque conserva. Habetur quidem in Ecclesia Christi profectus Religionis & quidem maximus, sed ita tamen, ut vere profectus sit ille fidei, non permutatio, crescat igitur oportet, & multum vehementerque proficiat tam singulorum, quam omnium tam unius hominis, quam totius Ecclesiæ, ætatum, ac sæculorum gradibus, intelligentia, scientia, sapientia, sed in suo duntaxat genere, in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eademque sententia. Aurea plane verba ætate nostra intime omnium cordibus insculpenda; salubre prorsus consilium, quod si sequi non pigeat, brevi futuræ hæresis timor evanescet, hanc enim ob caussam in Historiis Ecclesiasticis tam sedulo ortus & progressus hæresum, nec non Hæreticorum fraudes, & machinationes tam occultæ quam apertæ describuntur, ut posteri & præcipue illi, quibus, ea cura potissimum incumbit, ex præteritorum damno futuris obviare, & mala præsentia tollere discant.

CON-

CONSPECTUS LIBRORUM.

LIBER CXVIII.

§. 1. Galliarum Regi Papam alloquendi copia denegata. Pag. 1.

§. 2. Rex ab octodecim Cardinalibus ad condemnationem Papæ instigatus. 2

§. 3. Postulata Regis de arce S. Angeli sibi tradenda. 4

§. 4. Pacta Papam inter & Franciæ Regem. 5

§. 5 Zizimus a Papa Regi concessus. 6

§. 6. Zizimus a Papa veneno sublatus spargitur. 7

§. 7. Rex a Pontifice in Ecclesia Vaticana exceptus. 9

§ 8. Guilielmus Brissonetus Cardinalis. 10

§. 9. Rex Pontifici sacris operanti præsens, ac filiale obsequium professus. 11

§. 10. Dubium de titulo Imperatoris Constantinopolitani a Papa Regi concessio. 15

§. 11. Rex Roma Neapolim profectus. 16

§. 12. Alphonsi Regis Neapolitani fuga, ejus filii coronati. 18.

§. 13. Alphonſus Meſſinam ſe recipiens moritur. 19
§. 14. Reges Catholici per ſuum Legatum graviter adverſus Galliæ Regem conqueſti. 21
§. 15. Reſponſum ad querelas Oratoris Hiſpani. 22
§. 16. Mons S. Joannis & Montfortinum a Gallis occupatum. 24
§. 17. Regis Neapolitani Copiæ adventantibus Gallis, in fugam actæ. 25
§. 18. Exortis Neapoli tumultibus Ferdinandus Capuam relinquere coactus. 27
§. 19. Capua a Trivultio Galliarum Regi tradita. 28
§. 20. Neapolitanorum ſeditio adverſus Ferdinandum Regem. 29
§. 21. Ferdinandus Iſchiam ſecedens. 31
§. 22. Regis Galli adventus, atque ingreſſus in urbem. 32
§. 23. Utrumque Neapolis caſtrum a Rege captum. 33
§. 24. Neapolitanum Regnum ipſa Gallorum culpa amiſſum. 34
§. 25. Galliarum Regis conſilium de bello Turcis inferendo. 36
§. 26. Ferdinandus juri in Neapolis Regnum cedere paratus. 38
§. 27. Vana Gallorum molimina adverſus Iſchiam. 39
§. 28. Galliarum Rex Neapolim ſecundo ingreſſus. 41

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 29. Fœdera Principum adverſus Franciæ Regem. 43
§. 30. Secreta & publica fœderis pacta. 44
§. 31. Dux Montpenſerius Pro-Rex Neapolis ſalutatus. 46
§. 32. Rex Neapoli Romam delatus. 47
§. 33. Senenſes a Gallorum Rege in fidem recepti. 49
§. 34. Florentini urbes ſuas ſibi reſtitui poſtulantes. 50
§ 35. Savonarollæ Oratio ad Regem pro Florentinis. 52
§. 36. Piſani a Rege in fidem recepti. 53
§. 37. Novarra ab Aurelianenſi capta. 55
§. 38. Mediolanum occupandi occaſio ab Aurelianenſi neglecta. 56
§. 39. Fœderati mutata itineris ratione a Rege decepti. 58
§. 40. Genuæ expugnatio a Gallis prætermiſſa. 59
§. 41. Heluetiorum Tumultus apud Pontem tremulum. 61
§. 42. Gallorum exercitus Fornavi. 63
§. 43. Gallorum copiæ in aciem collocatæ. 66
§. 44. Fœderati exercitus Ordo. 68
§. 45. Fornovienſe prælium. 69
§. 46. Gallorum victoria. 71
§. 47. Mutua clades. 74
§. 48. Gallici exercitus fuga inſcio hoſte. 75
§. 49. Inanis Genuam occupandi conatus. 76
§. 50. Aurelianenſis Novarriæ incluſus auxilium poſtulat. 77

§. 51. Carolus ex Italia discedere a Pontifice jussus. 78
§. 52. Regis Consilium de solvenda Novariensi obsidione. 80
§. 53. Concordia Regem inter & Florentinos. 81
§. 54. Montferatensis Narchionessæ obitus. 82
§. 55. Comminæi molimina de Fœdere inter Carolum Regem, & Venetos. 84
§. 56. Consultationes de concordiæ pactis. 85
§. 57. Primi pacis Articuli effectui dati. 87
§. 58. Obstacula fœderis. 88
§. 59. Articuli pacis cum Francia. 88
§. 60. Pacta a Carolo Rege, & Ludovico Sfortia firmata. 91
§. 61. Ludovicus Sfortia Fœdifragus. 92
§. 62. Venetorum atque Hispanorum consilia de redintegrando Ferdinando. 93
§. 63. Hispanorum exercitus ab Albino profligatus. 94
§. 64. Valida Ferdinandi classis ad Neapolis oram. 95
§. 65. Mompenserius ex urbe erumpens, Ferdinandum aggreditur. 96
§. 66. Ferdinandus Neapolim ingressus. 97
§. 67. Mompenserius in arce obsessus, & ad deditionem compulsus. 98
§. 68. Precyus de Alegre Mompenserio opem fert, & Matalonem profligat. 100
§. 69. Precyus ad castrum Ovi movet, sed in Calabriam profugit. 101
§. 70. Mompenserii discessus ab arce Neapolitana. 103

§. 71.

§. 71. Utraque Neapolis arx cum ceteris urbibus a Ferdinando occupata. 104
§. 72. Comminæus pacem cum Venetis inire nisus. 105
§. 73. Delphini Franciæ obitus. 107
§. 74. Mandata Regis de urbibus Florentinæ Reipublicæ reddendis neglecta 108
§. 75. Ferdinandi connubium cum Nepte sua. 109
§. 76. Rex Lusitaniæ fœderi adversus Gallos adscribi recusans. 111
§. 77. Teneriffa Regibus Catholicis subjecta. 112
§. 78. Joannis II. Lusitaniæ Regis obitus. 113
§. 79. Emanuel Beiræ Dux Joannis Successor. 115
§. 80. Suppetiæ ab Emanuele Venetis contra Turcas submissæ. 116
§. 81. Gabrielis Biel, Angeli de Clavasio, & Roberti Caraccioli obitus. 117
§. 82. Cardinalis de Mendoza Archiepiscopi Toletani extrema. 120
§. 83. Ximenius a Castellæ Regina ad Toletanam Sedem nominatus. 121
§. 84. Judicium Cameræ Imperialis a Maximiliano Imp. institutum. 124
§. 85. Gallorum res in Italia inclinatæ. 125
§. 86. Rex Angliæ fœderis Principum Italiæ adversus Gallos adscriptus. 126
§. 87. Lætitia Romanorum ob præfatum fœdus. 128
§. 88. Mediolanensium Dux omnes pacti conditiones transgressus. 129

§. 89. Florentinorum urbes ab Entraguio divenditæ. 130
§. 90. Mediolanenſis Ducis conatus de Mediceis Florentiam revocandis. 131
§. 91. Auxilia a Mompenſerio petita parantur. 133
§. 92. Ludovicus Gallorum apparatu teritus. 135
§. 93. Gallorum res in Neapolis Regno inclinatæ. 136
§. 94. Mompenſerius Arpinum profugus, ibidem incluſus. 138
§. 95. Mompenſerius ad deditionis pacta compulſus. 140
§. 96. Deditionis conditiones. 141
§. 97. Mompenſerius captus, ejusque exercitus fame atque ærumnis abſumptus. 143
§. 98. Mompenſerii Comitis obitus. 144
§. 99. Urſini, ſollicitante Papa, a Ferdinando cuſtodiæ dati. 146
§. 100. Galli toto Neapolis Regno pulſi. 147
§. 101. Ferdinandi Neapolitani Regis obitus, Fridericus ejus Patruus Succeſſor. 149
§. 102. Initia atque induciæ belli Franciam inter & Hiſpaniam. 150
§. 103. Nuptiæ Philippi Auſtriaci cum Infante Joanna. 152
§. 104. Italorum Principum Fœdus cum Maximiliano adverſus Gallos. 153
§. 105. Ordines Regni a Luſitaniæ Rege convocati. 154
§. 106. Luſitanorum bellum in Africa adverſus Mauros. 155

§. 107.

§. 107. Bragantiæ Dux in Patriam redire a Rege Lusitano permissus. 186
§. 108 Isabella Regia Castellæ Filia a Lusitano Rege in Sponsam petita. 158
§. 109. Edictum Lusitaniæ Regis adversus Mauros & Judæos. 159
§. 110. Papa a Rege Lusitaniæ de consilio expeditionis in Africam certior factus. 161
§. 111. Nubendi facultas Religiosis Lusitaniæ Equitibus a Pontifice concessa. 162
§. 112. Ordo S Michaelis a Papa confirmatur. 163
§. 113. Titulus CATHOLICI Regibus Hispaniæ datus. 164
§. 114. Novi Cardinales ab Alexandro creati. 165
§. 115. Margarita Archiducissa Filio Hispaniæ Regis nupta. 167
§. 116. Maximiliani Imp. adventus in Italia. 168
§. 117. Occasio Mediolanum occupandi a Trivulcio neglecta. 169
§. 118. Maximilianus Neapolis Regnum Genero suo vindicare molitur. 169
§. 119. Sabaudiæ Dux, aliique Papiam venire a Cæsare jussi. 170
§. 120. Liburnum ab Imperatore frustra obsessum. 171
§. 121. Inglorius Cæsaris in Germaniam reditus. 173
§. 122. Legatio Georgianorum Regis ad Papam. 175
§. 123. Bellum Pontificis adversus Ursinos. 178
§. 124. Bracciani obsidio. 178
§. 125. Pontificii exercitus clades. 179

§. 126. Oſtia a Conſalvo obſeſſa, captaque. 182
§. 127. Conſalvi reſponſum ad Papæ querelas. 183
§. 128. Papa Beneventi Ducatum Gandiæ Duci ſuo filio donare molitus. 184
§. 129. Sicaria cædes Gandiæ Ducis. 186
§. 130. Incogniti hujus cædis auctores. 188
§. 131. Papæ luctus ob Gandiæ Ducis mortem. 189
§. 132. Quædam propoſitiones a Pariſienſi facultate Theologica proſcriptæ. 190
§. 133. Quæſtiones a Rege Facultati de reformatione Clericorum propoſitæ. 195
§. 134. Reſponſum Facultatis Theologicæ ad Quæſita Regis. 196
§. 135. Vasqueſii Gamæ navigatio in Indias Orientales. 198
§. 136. Perkinus ex Hibernia in Scotiam profectus. 201
§. 137. Hunleii Comitis Filia ex Scoti Regis juſſu Perkino deſponſata. 202
§. 138. Coriſopotanæ Provinciæ ſeditio. 203
§. 139. Black-heatenſe prælium Henrici VII. cum rebellibus. 204
§. 140. Nuptiæ inter Regis Angliæ Filium & Catharinam Arragoniam firmatæ. 106
§. 141. Pax Scotos inter & Anglos. 207
§. 142. Perkinus in Hiberniam, inde in Angliam reverſus. 208
§. 143. Philippi Callimachi obitus. 209
§. 144. Carolus VIII. Lugduno San-Dionyſium, inde Lugdunum reverſus. 212

§. 145.

§. 145. Calumniæ in Aureliæ Ducem, ejusque fuga Bleſſum verſus. 213

LIBER CXIX.

§. 1. Caroli VIII. converſio, ac vitæ Chriſtianæ propoſitum. 214
§. 2. Præclarum Regis facinus erga quamdam Puellam. 217
§. 3. Carolus VIII. Ambaſiæ mortuus. 219
§. 4. Varia opinio de cauſſa mortis ſuæ. 220
§. 5. Aureliæ Dux Caroli Succeſſor, Ludovicus XII. nuncupatus. 222
§. 6. Remis unctus & apud S. Dionyſium coronatus. 223
§. 7. Fœderis auſpicia inter Papam, Venetos, Florentinos, & Gallos. 225
§. 8. Divortium Ludovici Regis cum Joanna ſua Conjuge. 226
§. 9. Borgia Cardinalis in Franciam miſſus, Dux Valentinus creatur. 228
§. 10. Georgius de Ambaſia Cardinalium pileo decoratus. 229
§. 11. Neapolitani Regis Filia in uxorem a Borgia petita. 230
§. 12. Joanna Regina a Ludovico repudiata ad Pituricas ſecedens, ordinem Virginum Annuntiationis inſtituit. 232
§. 13. Florentini Savonarollæ infenſi. 233
§. 14. Savonarolla coram Pontifice ab ejus inimicis accuſatus. 235

§. 15. Savonarolla a Papa excommunicatus, & a Florentinis ad populum dicere prohibitus. 236
§. 16. Franciſcanus a quodam Dominicano in veritatis fidem ad ſubeundum rogum provocatus. 237
§. 17. Savonarolla captus, ac quæſtioni ſubjectus. 238
§. 18. Savonarolla laqueo ſuſpenſus, ac igne combuſtus. 242
§. 19. Hieronymi Savonarollæ opera. 244
§. 20. Savonarollæ Apologia a Joanne Franciſco Pico Mirandulano concinnata. 246
§. 21. Erronea Matthiæ Minoritæ doctrina. 247
§. 22. Epiſcopus Calaguritanus ob ſuos errores ad perpetuos carceres damnatus. 249
§. 23. Succeſſio Patriarcharum Græcorum Conſtantinopoli. 250
§. 24. Plures errores a Facultate Theologica Pariſienſi damnati. 251
§. 25. Ximenius Archiepiſcopus Toletanus. 254
§. 26. Statuta utriusque Concilii. 254
§. 27. Joannis Hiſpaniæ Principis obitus. 256
§. 28. Rex & Luſitaniæ Regina Caſtellæ hæredes ſalutati. 258
§. 29. Arragonum Ordines hanc in rem convocati. 259
§. 30. Juvenis Luſitaniæ Reginæ obitus. 260
§. 31. Franciſcanorum reformatio ab Archiepiſcopo Toletano ſuſcepta. 261
§. 32. Reformationis obſtacula Ximenio oppoſita. 262

§. 33.

§. 33. Ximenius votis damnatus. 265
§. 34. Galerus ac gladius benedictus a Papa Angliæ Regi transmissus. 266
§. 35. Perkinus in asylo. 268
§. 36. Perkinus deditione facta a Rege in Turri inclusus. 269
§. 37. Perkini conjux capta. 270
§. 38. Perkinus e Turri elapsus, clandestina ejus consilia, illiusque supplicium. 271
§. 39. Tertia Christophori Columbi in Indias navigatio. 273
§. 40. Columbus apud Regem Hispaniæ accusatus, & redire jussus. 274
§. 41. Turcarum irruptio in Russiam. 275
§. 42. Nuptiæ Ludovici XII. cum Anna Britanniæ. 277
§. 43. Ludovici Regis expeditio in Italiam. 278
§. 44. Fœdus Regem inter & Venetos. 279
§. 45. Pax Stapulensis cum Rege Angliæ a Papa confirmata. 280
§. 46. Cancellarius Ludovici nomine ab Archiduce Homagium accipit. 281
§. 47. Galliarum Regis fœdus a Cæsare recusatum. 283
§. 48. Fœdus Galliarum Regis cum Sabaudiæ Duce, & Helvetiis. 284
§. 49. Turcæ a Sfortia in opem vocati. 284
§. 50. Galliarum Rex Blesis Lugdunum delatus. 285
§. 51. Ludovici XII. adventus in Mediolanensium Ducatu, ejusque victoriæ. 286

§. 52.

§. 52. Mediolanenſium Dux in Germaniam profugus. 288
§. 53. Galli Mediolanum ingreſſi, eisque arx tradita. 291
§. 54. Hiſtria, Dalmatia, ac Forum Julium a Turcis devaſtata. 291
§. 55. Galliarum Rex Mediolanum ingreſſus. 293
§. 56. Concordiæ pacta inter Galliarum Regem, & Florentinos. 294
§. 57. Copiæ Valentino Duci a Rege ſubmiſſæ. 295
§. 58. Catharina Sfortia, occupato Forolivio, capta. 297
§. 59. Catharina Sfortia Ivonis beneficio liberata. 298
§. 60. Rex Mediolano in Gallias redux. 299
§. 61. Reges Catholici Granatæ. 300
§. 62. Mauri ab Archiepiſcopo Toletano ad ſuſcipienda Chriſtianorum ſacra ſollicitati. 301
§. 63. Zegri Maurorum Princeps ſuſcepta fide baptizatus. 302
§. 64. Granatenſium Seditio. 304
§. 65. Archiepiſcopus apud Regem falſo delatus. 306
§. 66. Archiepiſcopi vindiciæ: Mauri ab eo ad Chriſti fidem inducti. 309
§. 67. Toletani Archiepiſcopi conſilia de ſtabilienda Complutenſi Univerſitate. 309
§. 68. Neapolitani Regni diviſio Galliarum Regi a Rege Catholico propoſita. 310

§. 69

§. 69. Fridericus, si bello premeretur, Turcas in Italiam evocare minatus. 311
§. 70. Marsilii Ficini obitus. 313
§. 71. Bellum Venetos inter & Turcas. 314
§. 72. Ismael primus Persiæ Sophus. 315
§. 73. Annus sacer Romæ a Papa promulgatus. 317
§. 74. Vitæ licentia Romæ Jubilæi tempore exorta. 319
§. 75. Pontificis consilia de bello sacro adversus Turcas. 320
§. 76. Sententia Facultatis Theologicæ a Canonicis Ecclesiæ B. V. ob Papæ censuras rogata. 321
§. 77. Angliæ Rex a Papa ad expeditionem Turcicam sollicitatus. 322
§. 78. Tumultus Mediolani post Ludovici discessum exorti. 324
§. 79. Irruptio Ludovici Sfortiæ in Mediolani Ducatum. 326
§. 80. Comum, Mediolanum, & potissimæ urbes in Ludovici Ducis obsequium revocatæ. 327
§. 81. Continuata victoriæ a Ludovico Sfortia reportatæ series. 330
§. 82. Exercitus a Galliarum Rege Mediolanum missus. 331
§. 83. Seditio Helvetiorum peditum contra Ducem. 332
§. 84. Ludovicus Sfortia captus, ac Helvetii habitu indutus Lugdunum deducitur. 334

§. 85.

§. 85. Dux comprehenſus, ac Biturigibus incluſus. 336
§. 86. Seditionis venia Mediolanenſibus conceſſa. 337
§. 87. Proximum vitæ periculum Alexandri Papæ ex gravi turbine. 338
§. 88. Bellum in Romandiola a Valentino Duce reſtauratum. 340
§. 89. Nuptiæ Regis Luſitaniæ cum Sorore primæ ſuæ conjugis indulgente Papa contractæ. 341
§. 90. Nativitas Caroli V. 342
§. 91. Michaelis Principis obitus, Archidux Caſtellæ Princeps dictus. 343
§. 92. Auxilia a Conſalvo contra Turcas Venetis ſubmiſſa. 344
§. 93. Pax Gallos inter & Hiſpanos firmata. 345
§. 94. Turcæ Naupliarum obſidionem ſolvere compulſi. 346
§. 95. Nova Maurorum Granatenſium ſeditio. 347
§. 96. Adinventa a Luſitanis Braſilia. 348
§. 97. Officioſa Philippi Archiducis ſalutatio ad Angliæ Regem. 349
§. 98. Mortoni Cardinalis obitus. 350
§. 99. Aliorum Cardinalium extrema. 352
§. 100. Cardinales ab Alexandro Papa electi. 354
§ 101. Nauclerus ſuo chronico finem imponit. 353
§. 102. Finis anni ſacri Romæ celebrati. 356
§. 103. Cardinalis Raymundi Perauldi ſeu Peraudi Legatio in Germania. 356
§. 104. Faventia a Valentinenſi Duce obſeſſa, captaque. 357

§. 105

§. 105. Bononia incaſſum expugnata. 359
§. 106. Pax inter Ludovicum XII. & Neapolis Regem Venetorum opera conciliata. 361
§. 107. Fœdus Cæſarem inter, & Ludovicum XII. 362
§. 108. Fœdus in favorem Regis Neapolitani initum. 363
§. 109. Rex Catholicus ab hoc fœdere a Galliarum Rege abſterritus. 364
§. 110. Conſalvus de Corduba ſupremus exercitus Magiſter. 366
§. 111. Nemoſii Dux ſupremus Gallici exercitus Præfectus in Italia. 367
§. 112. Bellicus Friderici apparatus. 368
§. 113. Neapolis inauguratio a Pontifice utrique Regi conceſſa. 369
§. 114. Tota ferme Calabria a Conſalvo occupata. 370
§. 115. Capua, ceteræque urbes a Gallis occupatæ. 375
§. 116. Fridericus Neapolim fugit, ac de pace cum Gallis agit. 373
§. 117 Fridericus in Franciam profugus. 375
§. 118. Plumbinum a Pontifice captum. 377
§. 119. Principum Italiæ invidia in Alexandrum, ejusque Filium. 378
§. 120. Ludovicus XII. ad ſua ſtudia Cæſarem pertrahere molitus. 379
§. 121. Colloquium Cardinalis cum Cæſare Tridenti habitum. 380
§. 122. Nuptiæ cum Claudia atque Archiducis Filio ſancitæ. 381

§. 123.

§. 123. Philippi Archiducis iter in Hiſpaniam. 382
§. 124. Roberti Gaguini obitus. 385
§. 125. Archiducis adventus in Hiſpaniam. 389
§. 126. Fœdus Tridentinum a Cæſare violatum. 387 388
§. 127. Galli & Hiſpani de regni diviſione contendentes. 391
§. 128. Bellum inter utramque Nationem reſtauratum. 392
§. 129. Urbinum & Camerinum a Valentinenſi Duce ex inſidiis capta. 394
§. 130. Tumultus in Hetruria a Pontifice ſuſcitati. 396
§. 131. Ludovicus Rex Florentinis ablata reſtitui jubet. 397
§. 132. Totum ferme Neapolis regnum a Gallis recuperatum. 398
§. 133. Conſilia Valentini Ducis de Bononia occupanda. 400
§. 134. Præcipuorum Italiæ Procerum conſpiratio in Valentini Ducem. 401
§. 135. Alexandri, ac Valentini Ducis perfidia. 403
§. 136. Valentinenſis Dux Bononia recedere a Gallis coactus. 405
§. 137. Regius Walliæ Princeps in Anglia mortuus. 406
§. 138 Henricus VII. Arturi viduam filio ſuo ſecundo genito deſponſare conatur. 407
§. 139. Joannis Alberti Poloniæ Regis obitus. 409
§. 140. America ab Americo Veſputio detecta. 410
§. 141. Aliæ Terræ a Veſputio ſub Luſitaniæ Rege detectæ. 412

§. 142.

§. 142. Biblia Polyglotta ab Archiepiscopo Toletano edita. 414
§. 143. Theologicæ Facultatis Parisiensis Judicium de imprecationibus. 417
§. 144. Aliud Judicium de excommunicatione contra recusantes solvere decimas. 421
§. 145. Ordo Annuntiatarum a Papa confirmatus. 423
§. 146. Ferrarii Cardinalis obitus. 424
§. 147. Gallorum res in Italia. 425
§. 148. Adversa Nemosii Ducis fortuna. 427
§. 149. Archidux in Flandriam redux, per Franciam transiens. 428
§. 150. Archidux Lugduni cum Ludovico XII. confert. 430
§. 151. Pacis articuli Gallum inter & Hispanum. 431
§. 152. Bellum Consalvo pacem rejiciente redintegratum. 433
§. 153. Galli Seminariæ cœsi. 434
§. 154. Consalvus Barulo Cerignolam delatus. 435
§. 155. Frumentum pro Gallis coemptum Pontificis jussu Romæ interceptum. 437
§. 156. Galli in prælio Cerignolano cœsi. 438
§. 157. Totum ferme Neapolis Regnum Consalvo subditum. 441
§. 158. Archidux Soceri sui perfidiam exosus. ibid.
§. 159. Cajeta a Consalvo incassum obsessa. 443
§. 160. Ovi castrum a Petro Navarra captum. ib.
§. 161. Bellicus Gallorum apparatus contra Hispanos. 444
§. 162. Quatuor exercitus a Ludovico XII. conscripti. 445

LIBER CXX.

§. 1. Cardinales ab Alexandro Papa creati. 447
§. 2. Piſani in obſequium Valentini Ducis redire parati. 449
§. 3. Papa denuo in Regis gratiam redire ſollicitus. 451
§. 4. Papa Urſinos ſibi tradi, a Rege poſtulat. ib.
§. 5. Petilianenſes Urſinum Pontifici tradere renuentes. 452
§. 6. Funeſta Alexandri Papæ mors. 453
§. 7. Pontificis ærarium a Valentino Duce ſublatum. 460
§. 8. Alexandri VI. exequiæ. 461
§. 9. Papa fatis functo mutata Italiæ facies. 462
§. 10. Gallorum exercitus Romæ proximus. 463
§. 11. Cardinalis de Ambaſia Pontificatum ambientis artes. 464
§. 12. Conſalvi initia. 467
§. 13. Sacrum Collegium Valentini Duci reconciliatum. 467
§. 14. Valentini Dux pactis conditionibus Roma exire pollicitus. 470
§. 15. Cardinalis de Ambaſia, aliique Purpurati Romæ. 471
§. 16. Cardinales Conclave ingreſſi. 473
§. 17. Juramentum ante electionem a Cardinalibus præſtitum. 474
§. 18. Cardinalis Aſcanius adverſus Cardinalem de Ambaſia. 475
§. 19. Cardinalis de Ambaſia a Juliano deluſus. 477
§. 20. Cardinalis Senenſis Papa electus ſub nomine Pii III. 480

§. 21.

§. 21. Neo-electus Papa Sacerdos, atque Episcopus initiatus, ac demum coronatus. 482
§. 22. Papa Gallis aperte adversatus. 483
§. 23. Ursini Valentinensem Ducem capere moliti. 484
§. 24. Pii III. Pontificis obitus. 485
§. 25. Molimina Cardinalis S. Petri ad vincula pro Papatu. 486
§. 26. Cardinales Conclave ingressi, & Cardinalis S. Petri ad vincula in Papam electus. 488
§. 27. Neo-electus Papa Julius II. appellatus. 490
§. 28. Julii II. inauguratio. 491
§. 29. Quatuor Cardinalium Creatio. 492
§. 30. Plurimi Oratores a Papa excepti. 493
§. 31. Fœdus Papam inter & Valentini Ducem. 495
§. 32. Valentini Ducis perfidia. 496
§. 33. Valentini Dux jussu Papæ comprehensus. 497
§. 34. Romandiola a Valentini Duce Pontifici reddita. 499
§. 35. Faventia a Venetis capta. 500
§. 36. Nativitas Ferdinandi Archiducis, & Isabellæ Lusitanæ Infantis. 501
§. 37. Galli Salsularum obsidionem solvere compulsi. 502
§. 38. Induciæ Gallos inter, & Hispanos. 503
§. 39. Nuptiæ inter secundo genitum filium, & viduam Arturi Principis ab Angliæ Rege conciliatæ. 505
§. 40. Regis Catholici consensus in hasce nuptias, præmissa Pontificis dispensatione. 506
§. 41. Dispensationis controversia jussu Pontificis discussa. 507

§. 42. Papa Henricum VII. in Gallos concitaturus dispensat. 513
§. 43. Angliæ Episcoporum dissensio de valore dispensationis. 515
§. 44. Pontificiæ dispensationis diploma. ib.
§. 45. Petri Albusonii supremi Rhodiorum Magistri obitus. 517
§. 46. Michaelii Cardinalis extrema. 518
§. 47. Mors Cardinalis Cibo. 520
§. 48. Borgiæ Cardinalis obitus. 521
§. 49. Galli prope Garilianum a Consalvo cæsi. 523
§. 50. Cajeta a Consalvo capta. 525
§. 51. Galli ex Italia pulsi, in reditu ferme omnes mortui. 527
§. 52. Totum Neapolis Regnum a Consalvo subactum. 528
§. 53. Romandiolæ urbes a Valentini Duce summo Pontifici traditæ. 529
§. 54. Dux captivus a Consalvo in Hispaniam missus. 531
§. 55. Induciæ Ferdinandi cum Gallis captioso quodam articulo infectæ. 532
§. 56. Reliquæ quinque Gallorum urbes a Consalvo occupatæ. 534
§. 57. Ludovici Regis vindicta in Regem Catholicum. 536
§. 58. Fœdus inter Imperatorem, Archiducem Austriæ, & Franciæ Regem. 537
§. 59. Friderici Neapolitani Regis obitus. 539
§. 60. Isabellæ Castellæ Reginæ extrema. 541
§. 61. Archidux ob Isabellæ testamentum ira accensus. 543

§. 62. Archidux Caſtellæ Rex nominatus. 544
§. 63. Germana de Fuxo a Ferdinando Arragonio in Sponſam petita. 545
§. 64. Callixtinorum errores in Bohemia. 546
§. 65. Fratrum Bohemorum Sectæ initia. 547
§. 66. Prima Sectæ profeſſio Fratrum Bohemorum. 549
§. 67. Eorum opinio de Sacramentis. 551
§. 68. Wladislai Regis edictum contra Bohemiæ Fratres. 553
§. 69. Romæ cujusdam Presbyteri ſupplicium. 555
§. 70. Henricus VII. Henricum VI. Romæ Sanctorum numero adſcribi poſtulans. 556
§. 71. Congregatio pro examinanda Henrici VI. vita Romæ habita. 558
§. 72. Pax Venetos inter & Turcas. 559
§. 73. Sultanus Ægypti a Venetis contra Luſitanos ſollicitatus. 560
§. 74. Franciſcanus a Sultano ad Papam miſſus. 561
§. 75. Luſitani a pace cum Venetis penitus alieni. 563
§. 76. Ingens Luſitani Regis propagandæ fidei ſtudium. 563
§. 77. Sabellici liber de Hiſtoria univerſali 564
§. 78. Stephani Walachiæ Palatini obitus. 566
§. 79. Podacathari, & Spratzii Cardinalium extrema. 566
§. 80. Conſtitutiones Julii II. de electione Pontificis, & Beneficiorum proviſionibus. 567
§. 81. Fœdus Papæ, Cæſaris, & Galliarum Regis adverſus Venetos. 569

§. 82. Fœderis Succeſſus ob Maximiliani tarditatem interceptus. 570
§. 83. Venetorum concordia cum ſummo Pontifice. 571
§. 84. San-Vallerius Franciæ Legatus Romæ. ib.
§. 85. Franciæ Rex morbo correptus. 572
§. 86. Regina in Britanniam ſecedere intenta. 573
§. 87. Diſſidia in Caſtella poſt Iſabellæ obitum. 574
§. 88. Ferdinandus ſuis ſtudiis Galliarum Regem jungere intentus. 575
§. 89. Fœderis pacta inter utrumque Regem. 576
§. 90. Ad firmanda pacta Oratores in Franciam miſſi. 577
§. 91. Archidux de Ferdinandi nuptiis certior factus. 578
§. 92. Conſalvus in Hiſpaniam reverti juſſus. 579
§. 93. Raymundi de Perault Cardinalis obitus. 580
§. 94. Filia ex Joanna Archiduciſſa progenita. 582
§. 95. Archiducis iter in Hiſpaniam. 583
§. 96. Novem Cardinales a Papa creati. 584
§. 97. Archidux ex Zeelandiæ portu ſolvit in Hiſpaniam. 586
§. 98. Archidux tempeſtatis vi in Angliam ejectus. 586
§. 99. Suffolciæ Comes ab Archiduce Angliæ Regi traditus. 587
§. 100. Connubium Ferdinandi cum Germana de Fuxo. 589.
§. 101. Archidux cum conjuge ſua in Hiſpania. 590
§. 102. Conſultatio utriusque Regis Ferdinandi & Philippi. 591
§. 103. Pacta ab Archiduce propoſita, & a Ferdinando firmata. 594

§. 104. Alterum colloquium inter Caſtellæ & Arragoniæ Reges. 595
§. 105. Caſtellæ ſtatus ſub Archiduce mutatus. 596
§. 106. Philippi Archi-Ducis, Caſtellæ Regis obitus 597
§. 107. Ferdinandus a Caſtellæ Ordinibus Regni Moderator proclamatus 598
§. 108. Dementia Joannæ Caſtellanæ Archi-Ducis Viduæ 600
§. 109. Conſalvus apud Ferdinandum diffamatus. 602
§. 110. Conſalvus amiſſa Ferdinandi gratia omnibus officiis ſpoliatus 603
§. 111. Procerum expoſtulatio ob pacta a Ludovico XII. cum Cæſare inita 605
§. 112. Rex in Comitiis Turonenſibus filiam ſuam Engoliſmæ Duci nuptui dare rogatus 606
§. 113. Claudia Engoliſmæ Comiti deſponſa 607
§. 114. Archidux ob has nuptias ira commotus 607
§. 115. Henrici conſilium de filia ſua Archi-Ducis Filio nuptui tradenda 609
§. 116. Ferdinandi Regis Catholici rationes hiſce nuptiis obſiſtendi 609
§. 117. Ludovici XII. amicitia a Ferdinando expetita 610
§. 118. Peruſium, & Bononia a Pontifice recuperata 612
§. 119. Auſpicia Fabricæ Baſilicæ ad S. Petrum Romæ. 613
§. 120. Ordo FF. Minimorum a Papa confirmatus 614
§. 121. Chriſtophori Columbi obitus 615
§. 122. Alexandri Poloniæ Regis extrema 616
§. 123. Finis Hiſtoriarum Michovii, & Cromeri 618

§. 124.

§. 124. Alphonſus Alburquercius Legatus ad Indos miſſus. 619
§. 125. Commotio populi Ulyſſiponenſis adverſus Judæos 620
§. 126. Judæorum cædes 621
§. 127. Flandri Cæſarem Belgii Rectorem agnoſcere renuentes 622
§. 128. Seditio Genuenſium in Gallos 623
§. 129. Copiæ Genuam a Galliarum Rege miſſæ 624
§. 130. Rebelles a Rege Genuam appulſo ad officium redacti 625
§. 131. Cæſar hortatu Papæ contra Franciam concitatus 628
§. 132. Comitia Conſtantiæ a Cæſare convocata adverſus Ludovicum Regem 629
§. 133. Savonenſe colloquium Galliarum Regis cum Rege Catholico 631
§. 134. Hujus Colloquii argumenta 632
§. 135. Belgii regimen a Maximiliano concupitum 633
§. 136. LudovicusCaroliLucemburgici tutelam ad Flandrorum preces ſibi arrogat 633
§. 137. Maximilianus Belgii Gubernator 634
§. 138. Tranſitus Cæſari in Italiam eunti a Venetis denegatur 635
§ 139. Imperatoris bellum in Italia adverſus Gallos & Venetos 636
§. 140. Ferdinandus Rex Catholicus Caſtellæ 638
§. 141. Archiepiſcopus Toletanus cum tribus aliis Purpura donatus 639
§. 142. Nonnullorum Cardinalium obitus 640
§. 143. Cardinalis Pallavicini extrema 641
§. 144. S. Franciſci de Paula obitus 644

HISTO-



Obsequium Papæ celebranti a Galliarum Rege exhibitum.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

LIBER CXVIII.

ALEXANDER VI. PAPA.
MAXIMILIANUS I. OCCIDENT. IMPERATOR.

§. I.

Galliarum Regi Papam alloquendi copia denegata.

Saecul. XV. A.C 1494.

Galliarum Rex pompa, ac magnificentia tanto Principi congrua Romam ingressus, nil certius habebat, quam quod ipsi Pontificis conspectum subeun-

Violard. in vita Innoc. VIII.

Sæcul. XV. A. C. 1495.

di, ac de præsenti rerum statu cum illo conferendi copia concederetur; nihilominus Alexander non nisi duorum Cardinalium consortio usus, in arce S. Angeli incluſus permanebat; studiose enim Regis colloquium declinare statuit, veritus, ne a Carolo captus, instituta in eum actione, Papatu dejiceretur; haud enim ignorabat, quod omni ope & opera nuper Gallorum progressibus obstitisset, & data quacunque occasione Carolo molestiam intulisset, demum etiam rebus suis non nisi in astu, ac proditione auxilium quæsivisset.

§. II.

Rex ab octodecim Cardinalibus ad condemnationem Papæ instigatus

Guicciard. hist. Ital l. 1. Comm. l. 7. c. 12. pag. 56.

Cum ergo Regis indignatio adversus Papam apertius erumperet, e vestigio duodeviginti Cardinales ab eo deficiunt, qui omnes, nescio, an mentis imbecillitate decepti, an forte pari infortunio implicari pertimescentes, Carolum Regem sollicitant, ut Papam caperet, atque adversus eum judicii acta instrui juberet: Hunc in finem Cardinalis S. Petri ad vincula, qui ceteris impotentiori adversus summum Pontificem ira excandesce-

deſcebat, concitata voce Regi talia expoſuit: exoptatum adeſt tempus, quo dignius Eccleſiæ caput præfici poteſt; veſtra enim Majeſtas divini Numinis manu Romam eſt deducta, ut alium Eccleſiæ Chriſti Vicarium ſubrogaret, nec temere judicamus, a te haud alio ex fine hoc iter fuiſſe ſuſceptum; nam Alexander morum pravitate cunctis Chriſtianis inviſus, nonniſi auri ſuffragio Papatum extorſit, atque unice in id incumbit, ut impenſas ad aucupandam hanc dignitatem factas reſarciret, & nequidem fidei ſanctitate abſterritus cum Turcis fœdus iniit, atque anteactæ vitæ pœnitentia adeo non movetur, ut etiam nothos ſuos in proprio Palatio recipere non erubeſcat, non ſine gravi ceterorum offenſione; quinimo ad ipſos Cardinalium honores quempiam eorum evehere non dubitavit. Nec his contentus, etiam poſt obtentum Pontificatum vitæ ſuæ licentia Chriſtianis nequitiæ exemplum præbuit, tantumque Religionem irriſioni infidelium expoſuit, ut neceſſitas ſuaderet, te a remotis regionibus evocare, ut tanquam primogenitus Eccleſiæ Filius hiſce malis remedium adhiberes, proin in hoc quoque Majorum tuorum ſequere exempla, qui toties Romam ab hoſtium vexationibus, perverſisque Paſtoribus vindicarunt: Te igitur Rex exoramus, ut Eccleſiæ op-

Sæcul. XV. A.C 1495.

Sæcul. XV. A. C. 1495.

preſſæ ſubventurus, Patrum Senatum quantocius convoces, nec permittas, ut Apoſtolica Sedes ab illo uſurpetur, quo magis infenſum Gallici nominis hoſtem tota Italia omnibus retro ſæculis ignorabat; præcipue cum nullium certius expugnandi Neapolis regni medium præſto ſit, quam ſi Alexander ſede ſua pellatur.

§. III.

Poſtulata Regis de arce S. Angeli ſibi tradenda.

Comm. l. 7. c. 12. Spond. ad hunc ann. num. 1. Guicciard. lib. 1.

Haud obſtabat hæc Cardinalis declamatio, quominus Briſſonetus Purpuræ promiſſo captus, tam dextre Regis animum inclinaret, ut Carolus aliunde perſuaſus, improba, nimisque violenta eſſe Cardinalis S. Petri conſilia, non modo tentata adverſus Papam ceterorum Cardinalium molimina rejiceret, ſed etiam longe mitius deinceps Alexandrum haberet. Nihilominus Papam ſollicitat, ut S. Angeli arcem Gallis traderet; eo autem renuente, Rex tormenta bellica ad quaſſandam arcem jam ſecundo adduci juſſit, quamvis ea altera itidem vice reducere præciperet, eoquod ad extrema deſcendere horreret, atque ad vim Pontifici inferendam nullatenus propenſus eſſet: potiſſimum vero id ea ex cauſſa

cauſſa factum, quod in ſecretiori Regis Senatu illi tam numero, quam potentia prævalerent, quos Alexander donis ſibi conciliaverat: quare concordiæ viam amplecti ſancitum eſt, poſtquam ad Pontificem ablegati fuiſſent Fuxus, Brixienſis, Ligniacenſis, Gianus, & Joannes de Reli nominatus Andegavenſis Epiſcopus qui Carolo a confeſſionibus erat. Tandem poſt repetitas conſultationes pax utrinque firmata, cujus conditiones impræſentiarum adducimus. Sæcul. XV. A C. 1495.

§. IV.

Pacta Papam inter & Franciæ Regem.

Ita demum inter eos fœdus ictum eſt. I. Ad reddendam Italiæ pacem Pontifex firmam cum Rege fovebit amicitiam. II. Tradet in ſecuritatis fidem urbes quatuor, Terracinam, Civitatem veterem, Viterbium, & Spoletum; quæ tamen poſterior urbs licet promiſſa, nunquam tamen Regi tradita eſt, Viterbienſis vero jam antea ejus poteſtati ſubjecta erat. III. Reliquis, quæ Pontifici parent, urbibus Rectores Regi acceptos ille præficiet. IV. Cæſar Borgia Cardinalis, nothus Papæ filius ſpecietenus quidem, ut Regi obſequium præſtet, re autem ipſa, ut Pontificiæ fidei ob- *Guicc. ibid. Comm. l. cit.*

Sæcul. XV. A.C. 1495.

ſes (*) Regem comitabitur. V. Tam Cardinalibus quam Proceribus, intra Sedis Apoſtolicæ territorium exiſtentibus, qui Regis partes ſectati fuere, cunctæ offenſiones remittentur. VI. Rex, quando Neapoli exceſſerit, infra quatuordecim dies ſummo Pontifici omnes urbes reſtituet, excepta Civitate veteri: Oſtiam vero Papa Cardinali S. Petri ad vincula reddet, eidemque Legationem Avenionenſem concedet. VII. Tandem Rex Pontifici filialis obedientiæ fidem præſtabit.

§. V.

Zizimus a Papa Regi conceſſus.

Boſius hiſt. Ord. S. Joa. Jeroſol.

Alia pactio, quam Rex omnibus votis expetebat, in eo ſita erat, ut Zizimus, qui cum fratre ſuo Bajazethe II. de imperio contendebat, hucusque Pontificis cuſtodiæ commiſſus, Gallo ad expugnationem Conſtantinopolitanam, quam Rex moliebatur, traderetur. Alexander repulſam dare vix auſus, erecto deſuper inſtrumento, adhibitisque publicæ fidei ſolemnitatibus Zizimum Carolo conſignavit.

§. VI.

(*) *Guicciardinus dicit*: Specietenus quidem ut Legatus Apoſtolicus. *Ita nempe Continuator ex Scriptoribus, quos allegat, pro libitu ſuo quæcunque addit, demit, vel commutat.*

Sæcul. XV. A.C. 1495.

§. VI.

Zizimus a Papa veneno ſublatus ſpargitur.

Igitur Zizimus unacum Rege Neapolin contendente Roma proficiſcitur: Verum in ipſo itinere ignoto morbo correptus, paulo poſt animam reddidit. Nulli non admirationem movit tam ſubitaneus hujus Principis obitus; quapropter ſollicite, quid cauſſæ ſubfuerit, indagatur, quamvis nihil vero ſimilius videri poſſet, quam hunc Principem continua anxietatum intemperie confectum, præmatura morte ereptum fuiſſe: non tamen deerant, qui Venetos accuſarent, quod auro Turcico corrupti, & Gallorum armis territi operam dederint, ut Zizimus clam veneno necaretur; communior quoque vulgi opinio ferebat, (*) ab Alexandro

(*) *Equidem plurima, ut inquit Mariana,* de Alexandri vita, tum famâ, quæ nulli parcit, tum ſcripto prodita ſunt, an vere, an ex invidia, non facile dixerim, nec omnia tamen confiƈta fuiſſe arbitror, *de communi tamen hæc fama, qua Alexander Zizimum veneno occidiſſe ſpargebatur, nec Leunclavius, nec Raynaldus, quos Continuator allegat, ullam mentionem faciunt, id ſolus Guicciardinus teſtatur,*

Sæcul. XV. A.C 1495.

dro Zizimum jam lenta tabe infectum Carolo Regi, cujus utilitati ac gloriæ invidebat, traditum fuisse, ac Bajazethem, ut ad id Pontificem induceret, eidem ingentem pecuniæ summam suppeditasse. Referunt nonnulli, Zizimum suscepto sacro Baptismate, Romæ sub Innocentio VIII. fidei Christianæ nomen dedisse: hanc tamen Mahometicæ superstitionis abjurationem alto silentio premunt, qui cuncta hujus Principis fata, vivendique rationem accuratiori calamo descripserunt. Ceterum Filium reliquit Zizimus nomine Amuratem, qui capta Rhodiorum insula a Solimano in carcerem detrusus, demum jugulatus est.

Raynald. ad hunc ann. 1496 n. 12. Guicciard. l. 2. Leunclav. l. 16.

§. VII.

---

quantæ autem auctoritatis Scriptor hic sit, satis aperte detexit Joannes Baptista Leoni in suis considerationibus ad calcem Historiæ Guicciardinæ impressis. Unde merito Spondanus ad hunc annum num. 7. observat: Calumnia si hæc sit, Italorum est, qui nihil non contumeliarum in hunc Pontificem uno ore evomere consueverunt. *Leunclavius affirmat, hunc a Mustapha Janitorum Bajazethis Principe veneno extinctum fuisse.*

Sæcul. XV.
A.C. 1495.

§. VII.

Rex a Pontifice in Ecclesia Vaticana exceptus.

Postquam Alexander hæc concordiæ pacta cum Carolo Galliarum Rege sanxerat, relicta S. Angeli arce ad Vaticanum Palatium descendit, ubi in Ecclesia S. Petri Galliarum Regem feria sexta die decima sexta Januarii, servatis de more solemniis, excepit. Mutuo colloquio initium dedere in horto, ubi, cum Rex vix ingrederetur, obvium habuit summum Pontificem pluribus Cardinalibus stipatum, demum Alexander detecto capite Regi osculum dedit, nec tamen Carolus pedem aut manum Papæ deosculatus est (*).

Onuphr. & Ciacon. addit. ad Monstrelet.

§. VIII.

(*) Burchardus in M. S. Arch. Vatic. sign. n 104. lib. 2. Auctor coævus, testisque oculatus rem ita refert: *Rex viso Pontifice genuflexit bis competenti distantia, cumque Rex pro tertia genuflexione appropinquaret, Papa deposuit biretum suum, occurrit Regi ad tertiam genuflexionem ac eum tenuit, ne genuflecteret, & deosculatus est eum, ambo detectis capitibus erant. Sicque Rex nec pedem, nec manum Papæ deosculatus est?* Vide Victorell. in addit. Ciaconii.

Sæcul. XV. A. C. 1495.

§. VIII.

Guilielmus Briſſonetus Cardinalis.

Poſthæc ambo ſimul capita cooperiunt, primisque obſequiis utrinque abſolutis, Rex Guilielmum Briſſonetum Maclovienſem Epiſcopum promiſſa decorari purpura ſupplicat. Id Pontifex haud cunctanter executus eſt. Ejusdem dignitatis ſocium Briſſoneto adjunctum fuiſſe Philippum de Lucemburgo Cenomanenſem Antiſtitem, affirmant Guicciardinus, & Comminæus: aſt Onuphrius, & Ciaconius nonniſi Maclovienſem Epiſcopum eo tempore, anno autem proximo Cenomanenſem Cardinalium Collegio adſcriptum fuiſſe teſtantur, imo Spondanus refert, hunc non niſi poſt biennium fuiſſe hoc honore decoratum, fors autem Papa illo etiam tempore eidem purpuram obtinendi ſpem fecerat. Ceterum ſummus Pontifex in ſuo cubili hiſce ſolemniis initium dedit, throno ſuo inſidens, penes ipſum autem Rex ſedem paulo magis prominentem occupabat. Poſt hæc Briſſonetus, dum a ſacrorum rituum Magiſtro introductus erat, os Pontificis, pedesque deoſculatus eſt, ab eoque galerum Cardinalitium recepit. Referunt Scriptores, quod Pontifex Neo-electo Cardinali, cum ob adeptam

Guicciard. l. 1. Comm. l. 7. c. 12. Onuphr. & Ciacon. l. c. Raynald. hoc ann. n. 3. Spond ad hunc ann. num. 1.

eptam dignitatem gratias ageret, eos Regi reddendas esse responderit, atque idcirco Brissonetus mox sese ad Regis Christianissimi pedes projecerit. Sæcul. XV. A.C.1495.

§. IX.

Rex Pontifici sacris operanti præsens, ac filiale obsequium professus.

Interea præfigitur dies undevicesima Januarii, qua Carolus VIII. Christi Vicario filialem obedientiam ritu solemni deferret: unde præstituto tempore sacrorum rituum Magister Regem adiit, eum de cunctis, quæ in ejusmodi functionibus moris essent, edocturus. His perceptis Carolus sacris interfuit, ac demum prandio se refecit. Eo interim temporis intervallo Papa sacrum Purpuratorum Senatum convocavit, quem ipsus Pontificio apparatu insignis accessit, tandemque duos Cardinales, pluresque Episcopos decrevit, qui Regem, ut adesse vellet, monerent: Ergo Carolus medius inter illos Senatum accessit, comitantibus eum Principibus, præcipuisque aulæ suæ Ministris. Adventante Rege, Pontifex mitram assumpsit longe pretiosissimam, Rexque trina vice Papam profundissima corporis inclinatione venerabatur, primo quidem ad Senatus introitum, secundo, in

Raynald. hoc ann. num.4.

Albinus de bello gallico lib. 6.

Sæcul XV. A.C. 1495

in plano ante solium Pontificis, ac deinque in solio ante Pontificem, ubi genuflexus pedem, deinde manum Papæ reverenter deosculatus est, eumque Alexander mox manu erectum ad oris osculum recepit. Post hæc Carolo ad sinistram Pontificis stante, Joannes de Gannay primus Parisiensis Parlamenti Præses Papam adiit, & genuflexus hæc exposuit: Rex ad præstandam Sanctitati suæ obedientiam ipsus advenit, prius tamen ab ea trinam exorat gratiam, quarum prima eo tendit, ut omnia privilegia ipsi, ejusque Conjugi, ac Delphino concessa, necnon omnia in quodam libro, cujus titulum Gannayus recensebat, contenta, Auctoritate Apostolica firmarentur. Altera ejus petitio est, ut sanctitas sua Regi jus in Neapolis Regnum confirmet; tertia denique, ut articulum pridie inter eos sancitum aboleat, nullumque declaret, vi cujus Sanctitas sua de restituendo Zizimo fidejussores, atque obsides dare promisit. Pontifex ad primam Regis petitionem respondit, se cuncta confirmare privilegia primo exposita, si tamen usu invaluissent. Ad secundam reposuit, agi de præjudicio alterius, propterea oportere cum Cardinalium consilio hac super re maturius deliberare; se cum his pro viribus suis Caroli votis satisfacere adlaboraturum. Ad tertiam denique

denique dixit, velle se cum ipso Rege, consentiente sacro Purpuratorum Collegio, conferre, nec dubitare, quin illi omnino forent consensuri. Hoc responso per Pontificem dato, Rex in hæc verba Alexandrum allocutus est, *Sanctissime Pater, accessi ad præstandam sanctitati suæ obedientiam, deferendumque honorem, quo more eum Prædecessores mei Franciæ Reges præstare consueverunt:* his dictis primus Parlamenti Præses adhuc genuflexus surrexit, stansque coram summo Pontifice verba Regis latius extendit, confirmavitque. Papa utrique paucis verbis respondens, Regem ipsum primogenitum filium suum nuncupabat: Post hæc Gannayus denuo surrexit, Papa vero sinistra sua manu Regis dexteram tenens, eundem ad Papale cubiculum deduxit, ubi Pontifex deposito Pontificali ornatu jam in eo erat, ut Regem ad ejus Palatium comitaretur; hunc tamen honorem Carolus deprecabatur, solusque sine ullius Cardinalis comitatu reversus est. Sæcul. XV. A C. 1495.

Die autem vigesima ejusdem Mensis Januarii S. Sebastiano sacra, Pontifex pro Rege rem divinam solemni pompa peragere constituit; Carolus huic etiam interesse, prius tamen prandium sumere cupiebat, hinc Alexander uno ferme horæ quadrante Regem præstolabatur; tandem vero

Sæcul. XV. A.C. 1495.

vero hic ad Ecclesiam venit, inermis ac sola Nobilium corona stipatus, sattellitibus suis ante Sacelli fores excubias agentibus. Porro Carolus sellæ haud ornatæ, ac non nisi pulvinari ex textili serico insidens, summo sibi honori ducebat, quod Pontifici sacris operanti assistere, ejusque manibus aquam affundere posset. Hisce solemniis intererant Fuxus, Monpenserius, & Brescienſis: Ligniacensis vero, quem Rex in proprio suo cubili singulis noctibus quiescere jusserat, pro Pontifice manus lavantePelvim,alius vero mantile tenebat, illudque ad pedem Pontificii solii consistens, ipsi Regi tradidit, demum vero eidem pelvim porrexit, qua etiam accepta Rex proximius, ubi Papa erat, ascendens, stansque coram illo ejusdem manibus aquam affudit, quod idem obsequii genus celebranti Papæ post peractam S. Communionem exhibuit. Denique ad perpetuam geminæ hujus actionis memoriam, quarum utraque luculentum est testimonium, quod præcipuus Christiani orbis Rex de sua in Sedem Apostolicam submissione ediderat, Alexander totam facti seriem in quadam arcis S. Angeli porticu nobili pictura exhiberi præcepit.

§. X.

§. X.

Sæcul. XV. A.C. 1495.

Dubium de titulo Imperatoris Constantinopolitani a Papa Regi concesso.

Joannes Tillius in suo Chronico, quod Spondanus laudat, factum relatu prorsus digniſſimum refert, quamvis illud ceteri Scriptores ſilentio prætereant: hic ergo recenſet, renunciatum fuiſſe Carolum a Pontifice Imperatorem Conſtantinopolitanum: qua vero ex cauſſa Alexander id fecerit, Tillius haud memorat. *Habemus nos*, ſubjungit Spondanus, *præ manibus exemplar publici inſtrumenti, cujus archetypum reperitur in Archivo Capitolino Romæ, facti anno ſuperiori die ſexta Septembris, quo Andreas Palæologus aſſerens ſe proximum ſucceſſorem Imperii Conſtantinopolitani, utpote filium natu majorem Thomæ fratris Conſtantini ultimi Imperatoris a Turcis in obſidione urbis cæſi ac ſine liberis defuncti, audito, quod Carolus VIII. Rex Francorum in animo haberet Turcam bello impetere, quo alacrius id glorioſi operis ſuſciperet, in ipſum ac Succeſſores ejus Reges Francorum tranſtulit ſupradictum Imperium Conſtantinopolitanum, ceſſitque donatione inter vivos irrevocabili omnia & ſingula, quæ ipſe haberet in eo, necnon in Trapezuntino, reſervato ſibi tantummodo*

Tilius in Chron Spon. ad hunc ann. num. 2.

Sæcul. XV. A.C. 1495.

modo Despotatu Moreæ seu Peleponesi, cujus scilicet Andreæ ipsius Pater fuerat olim peculiaris Dominus. Hujus igitur cessionis jure, addita Sedis Apostolicæ auctoritate fuerat Carolus a Pontifice renunciatus Imperator Constantinopolitanus, & qui iter Regis Neapolitanum relegerunt Scriptores, non abs re dixerunt, Regem ingressum esse Neapolim habitu Imperiali, & Cæsarem Augustum salutatum. Verum ad stabiliendam rem adeo memorabilem plane allatis longe certiora desiderantur documenta, præcipue ubi apud Auctores coævos altum hac de re silentium habetur (*).

Addit. ad Monstrelet. Comm. l. 7. cap. 12.

§. XI.

Rex Roma Neapolim profectus.

Comm. ibid. cap. 11.

Demum Carolus feria quarta die vigesima octava Januarii Roma profectus est, præmissis belli tormentis, ac potissi-

(*) Lutherus absque omni verisimilitudine in infami suo libello *adversus Papatum Romæ a Sathana fundatum* edit. anno 1545 ad finem hæc habet: *Papa Leo X. Regi Francisco, qui hodie rerum Gallicarum potitur, imperium Constantinopolitanum dono dabat. Nisi Rex solertior & ingeniosior Papa fuisset, & illius stultitiam contempsisset, quos jocos, quos risus ex hoc Constantinopolitano Imperio capta-re potuisset.* Vid. sup. lib. CXVII. §. LXXV. p. 563.

potissima exercitus sui parte: tandem Marimontem, ac inde Velisam, quod oppidum est vigesimo circiter ab urbe Romana lapide dissitum, pervenit. Ibi Cardinalis de Borgia nothus Alexandri filius, obses Regi datus clam se subduxit, Romam ad Patrem suum reversus; forte Alexander hujus fugam haud ægre ferebat, eoquod filio suo libertati sic restituto pacta cum Carolo inita aut servandi aut violandi copiam nactus esset: postquam vero Rex Montfortinum, Montemque S. Joannis vi occupaverat, paulopost ipse etiam Ferdinandus Alphonsi filius ad primos Gallici exercitus jamjam imminentis rumores San germano nobilissimo Neapolitani Regni oppido excessit; nam cum hic avaritia, impietate, ac sævitia Patri suo haud dissimilis esset, proin ille non minus, quam olim Pater ejus odium in se concitasset, factiosi, quorum ingens erat numerus, ad omnes Alphonsi jugum excutiendi occasiones semper intenti erant, nunc autem turbida hac rerum vicissitudine opportune usi, ad arma undique conclamabant. Jam tota Aprutii Provincia in apertam seditionem erumpit, & Fabricius Columna nomine Caroli Regis plures arces occupat, moxque totum regnum terrore, armisque concutitur.

Sæcul. XV. A. C. 1495.

La Vigne iournal du voyage de Charles VIII.

Sæcul. XV. A. C. 1495.

§. XII.

Alphonsi Regis Neapolitani fuga, ejus filii coronatio.

Guicc. hist. Ital. lib. 1.

Albinus de bello Gallico lib. 6.

Raynald. hoc ann. num. 5.

Interea Rex Neapolitanus filium suum Ferdinandum Roma excessisse percepit, unde cum subditos suos magis ad defectionem, quam ad opem ferendam pronos intelligeret, tanto terrore correptus est, ut is, quamvis rei militaris experientiam, animique sui fortitudinem crebris victoriæ argumentis præsertim in Hydruntina Provincia Turcis erepta antehac testatam feciſſet, nihilominus jam totus in eo esset, ut dimisso Sceptro Regnum Ferdinando filio suo cederet, hunc defendendo statui magis idoneum arbitratus: ergo convocatis primæ Nobilitatis viris, suisque amicis, quæ animo volutaret, exponit. Abnuere omnes, ille solus consilii sui adeo tenax extitit, ut & ceteri consentire compellerentur: quare viro nominatissimo Joviano Pontano datur negotium, ut publicas translati regni tabulas dictaret, quibus Alphonsus tam hilari vultu subscripsit, perinde ac si partæ coronæ possessionem adiret. His peractis mox Ferdinandus postera die vigesima tertia Januarii in Ecclesia Cathedrali solemni ritu Rex inauguratus est, eodemque die per nobiliores urbis plateas,

teas equo vehebatur, ac caput regio diademate redimitus, medius inter Fridericum de Arragonia ejus Patruum, & Cardinalem Fregosium incedebat, Neapolitanis Proceribus, qui in ejus obsequio perstiterant, illum comitantibus. Post hæc omnes regni Ordines novo Regi fidei Sacramentum exsolvunt, atque in eum supremas regni curas transferunt, consensu adeo unanimi, ut Pater ejus haud amplius vita superstes esse videretur. Sæcul. XV. A.C. 1495.

§. XIII.

Alphonsus Messinam se recipiens moritur.

Vix absoluta inaugurationis pompa, Alphonsus insalutato hospite Neapoli excessit; Gallorum enim metu adactus fugæ consilium tam religioso pressit silentio, ut soli Joannæ Reginæ Novercæ suæ, quæ Regis Catholici soror erat, rem communicasset. Tantum ipse in suo discessu pavorem præseferebat, ut ad omnem strepitum Gallos adesse, eosque sibi imminere noctu evigilans exclamaret, necnon decidentia arborum folia, imo & lapidum moles, ac obvia quæque terrorem ejus novis incrementis augerent: Raptim ergo quatuor triremibus exiguæ supellectili regia oneratis, Marsaram in Sicilia navigat, quod oppidum Castellæ *Comm. l. 7. c 11 p 54. Paul. Jov. lib. 4. Guicc. lib. 1.*

Sæcul. XV. A. C. 1495. & Arragoniæ Reges Joannæ Reginæ dono dederant. Inde Meſſinam ſe recipiens, in cænobio Olivetanorum emiſſo religionis voto ſeveriſſimam (ut fertur) vitam duxit, ibidemque diurnis æque, ac nocturnis laudibus unacum Religioſis aſſidue vacavit, magnasque eleemoſynas egentibus impertivit, ſicque ante actæ vitæ piacula pietatis ac virtutum officiis reparavit. Legitur hodiedum in cænaculo Monaſterii, ad quod confugerat, ſequens inſcriptio latinis verbis concepta: „ Alphonſo Arragonio hujus nominis ſecundo, Reg juſtiſſimo, invi„ ctiſſimo, ac maxime liberali, in grati „ animi ſignum pro ſpecialibus ab eo re„ ceptis beneficiis, atque ad conſervan„ dam memoriam, quod idem Rex, ab„ dicato regno, cum illis commorari, „ in eadem menſa convivari, ac Dei fa„ mulis inſervire, ſacris lectionibus aſſi„ due vacans dignatus eſſet, Religioſi „ Olivetani poſuere. „

Nec diu tamen ſacro hoc otio frui Alphonſo licuit; morbo enim calculi, ac ſuperveniente cutis revulſione confectus, ſub vehementiſſimis doloribus, quos ſumma patientia pertulit, exeunte hoc anno animam efflavit.

§. XIV.

§. XIV.

Secul. XV. A.C. 1495.

Reges Catholici per ſuum Legatum graviter adverſus Galliæ Regem conqueſti.

De Alphonſi fuga nuncium Rex Carolus eodem tempore, quo Roma proficiſcebatur, accepit, eodemque momento Cardinales Carolo addicti urbem deſeruerunt, eoquod Rege abſente Papæ indignationem vererentur. Vix Veltrias Rex pervenit, cum Antonius de Fonſeca Regum Catholicorum Orator, quæſito amicitiam tollendi obtentu, nomine Ferdinandi ac Iſabellæ graviter querebatur, quod Galli totius Italiæ imperium affectarent, his præmiſſis idem Regi ſignificabat, quod Ferdinandus, atque Iſabella pacti poſt redditam Ceretaniam ac Ruſcinonem inlti fide ſoluti eſſent; quamvis enim Regi ſpopondiſſent, ſe in diſſidia Gallos inter & Nothum Arragonium de Neapolis regno contendentes nequaquam ſe ingeſſuros: eam tamen conditionem ab ipſis appoſitam dicebant, ne Galli jura gentium violarent; cum vero præfatum regnum, quamvis ex propria litigantium confeſſione beneficiarium, ac ſupremus illius Princeps Papa eſſet, illud tamen Rex Chriſtianiſſimus non modo ſine Pontificis conſenſu invaſerit, ſed

La Vigne Journal du Voiage de Charl. VIII.
Marian hiſt. Hiſp. lib. 26. cap. 7.
Albinus de bello Gall. l. 6. p. 130.

Secul. XV. A. C. 1495. nequidem illius monita audire fuerit dignatus, hinc nec ipse etiam ægre ferat, quod Rex Catholicus fœderato suo auxilium suppeditet, cum Hispaniæ Regem minime lateret, Gallos occupata Neapoli haud contentos fore, eoquod Florentinorum urbes, ac Sedis Apostolicæ ditiones jamjam armis suis occupassent, ac ultra mensem Papam captivum tenuissent, nec libertati asseruissent, nisi pacta omnino iniqua firmare compulsum.

§. XV.

Responsum ad quærelas Oratoris Hispani.

Marian. ib. lib. 26. Querula hæc Fonsecæ oratio haud parum Galliarum Regi, suisque tum præsentibus stomachum movebat, cum illis res insolens videretur, quod fides publica tam subito ab Hispanis violaretur. Ergo iracundia commoti respondent, quod omnino decuisset, ut Reges Catholici mentem suam aperuissent, priusquam Gallorum exercitus Alpes transiissent, nec expectare debuissent extremum temporis spatium, in quo Galli jamjam expeditionis suæ fructum colligere inciperent. His addebant, aut Hispanos nimium tumidos, aut Gallos (eorum opinione) plurimum ignavos fore, si

si ad nudas Legati cujusdam minas Gallos victoriæ cursum inhibituros sperarent; Arragonenses equidem per Sedem Apostolicam in jure Neapolitani Regni firmatos, jam sexaginta & amplius annos sceptrum rotare; Andegavensem tamen familiam avito bis centum annorum jure frui, idque pluribus Pontificibus adeo firmum visum fuisse, ut nec ullus unquam illud in dubium vocasset: ad hæc subjungebant Galli, se occupatas urbes ad aliquod duntaxat tempus retenturos, eas convento tempore restituere velle: tandem, si Reges Catholici rupto fœdere Gallis bellum nuntiaturi essent, suo damno edocendos fore, plurimum differre adversus Mauros, quam contra Gallos bellum gerere. Hoc responsum Fonseca tantopere indignatus est, ut præsente Rege initi fœderis tabulas, quas manu tenebat, dilaceraret: jam Galli in eo erant, ut impotentiorem animi motum in Hispano Oratore plecterent, ipsis tamen visum est, ejusmodi minarum contemptum simulare; unde Fonseca insalutato hospite Veltriis excessit, nec tamen idcirco Franciæ Rex victricia arma sua ulterius protendere destitit.

Sæcul. XV. A.C. 1495.

Sæcul. XV. A.C. 1495.

§. XVI.

Mons S. Joannis & Montfortinum a Gallis occupatum.

Guiccia. hiſt. Ital. lib. 1.

Ceterum haud temere conjectura aſſequi licebat, quod nec Reges Catholici, nec eorum Orator in hasce minas prorupiſſent, niſi prius cum Alexandro Papa, Ludovico, & Ferdinando Alphonſi filio fœdus eo fine ſanxiſſent, ut viam ad occupandum Neapolis regnum Carolo obſtruere, omnibus viribus adlaborarent; aſt Gallis ejusmodi perfidiam haud ſuſpicantibus, potior erat ſollicitudo, ut victoriarum curſum proſequerentur, quam tempus perderent in quærendis remediis adverſus malum, quod aut omnino fictum credebant, aut adeo infirmum, ut eis timorem incutere haud poſſet. Ergo ſtrenue iter proſequuntur, & duo munitiſſima oppida, quæ eos tranſitu prohibebant, aggrediuntur; obſtabat primo Montfortinum Jacobo de Comitibus Principi Romano ſubditum, illudque adeo munitum, ut ſuſtinendæ ſex menſium obſidioni par eſſe cenſeretur, nihilominus illius præſidiarii poſt octo horarum expugnationem deditionem fecere, captis tribus Jacobi filiis: demum Galli Montem S. Joannis adoriuntur, quod oppidum necdum evolutis viginti quatuor

tuor horis tormentorum vi penitus ever- Sæcul. XV.
sum, victorum direptioni expositum, fer- A. C. 1495.
ro, ac incendio devastatum est, ut hoc crudelitatis rudimento reliquæ urbes perterritæ adventantibus Gallorum copiis resistere haud auderent, nec hoc consilium eventus fefellit; unde Galli nemine obsistente Ferdinandum tuto aggredi poterant.

§. XVII.

Regis Neapolitani copiæ, adventantibus Gallis, in fugam actæ.

Ferdinandus, ut adventantem Gallorum exercitum exciperet, quinquaginta Equitum Legionibus, ac peditum sex millibus, selectæ militiæ viris instructus, in oppido S. Germani longe munitissimo consedit. Jam primum Gallici exercitus agmen admovit Ludovicus Armeniacensis, Guisiæ Comes, qui eo die his copiis præ- *Guicke.*
erat, relicto postmodum imperio Duci de Nemosio: ast Neapolitani ad primum Gallici agminis conspectum una omnes præcipiti fuga dilabuntur, tantoque numero signa deserunt, ut Ferdinandus, ne solus hostium furori pateret, ipsus quoque fugientes sequi compelleretur. Tam fatali casu quiscunque alius Princeps ætate adeo juvenis facile animo dejectus fuisset, Ferdinandus vero in objurganda Ducum suorum ignavia, aut

Sæcul. XV. A.C. 1495.

militum perfidia minime distentus, primas eo curas intendit, ut dispersas suas legiones ad signa revocaret, valuitque conatus; vix enim centum, qui deerant, recensebantur: cum autem optime prospiceret, se inconsideratæ temeritatis notam incursurum, si hasce copias in castris recens erectis positas obviis hostium insultibus opponeret, hinc provide eas Capuæ, Neapoli, & Cajetæ inclusit; has quippe solas arces propugnare decrevit, ceteris omnibus ad sustinendos Gallorum impetus minus idoneis: sperabat enim, quod tres hasce urbes abs dubio tueri posset, donec penitius edoceretur de fœderis progressu, quod in ejus auxilium inter Pontificem, Imperatorem, Reges Catholicos, Venetos, & Ludovicum Sfortiam sanciebatur. Interea nuncium accepit Ferdinandus, quo accurate certior factus est de numero, ac tempore, infra quod copiæ ad opem ferendam designatæ penitus instructæ essent; unde ducto calculo Capuam hostium furorem tamdiu elusuram credebat, donec hæ suppetiæ opportune adventantes ad solvendam urbis obsidionem Gallos compellere possent.

§. XVIII.

§. XVIII.

Sæcul. XV. A.C. 1495.

Exortis Neapoli tumultibus Ferdinandus Capuam relinquere coactus.

Verum amplas hasce ſpes adverſi caſus iniquitas disjecit; Ferdinandus enim Capuæ, ubi agebat, a Regina ejus Conjuge Neapoli incluſa datis literis edocetur, Neapolitanos accepto nuncio, quod Galli oppidum S. Germani nullo obſiſtente occupaſſent, unoque hiatu totum regnum ſe abſorpturos jactitarent, ſeditionem meditari, ac eos cunctas Judæorum domos jamjam depræda tos, reliquis quoque eandem, ac proximam direptionem illaturos, niſi ſua præſentia populum in officio contineret. Re comperta Rex Neapolitanus remota omni cunctatione Capua exceſſit, urbisque imperium Jacobo Trivulcio reliquit, poſtera die ſe rediturum pollicitus. Verum Ferdinando vix urbem egreſſo, Trivulcius ſecuritatis literas a Carolo Rege efflagitat, ut libere eum adire, ac cum eo conferre poſſet. Annuit Rex, & Trivulcius cum eo collocutus non modo urbem ei tradere, ſalvis tamen civium privilegiis, necnon præſidiariis ad Regis ſigna adſcriptis, ſed etiam ipſum Ferdinan-

Guicc. hiſt. Ital. lib. 1.

Sæcul. XV. A C 1495. nandum eo inclinare pollicetur, ut ipsus ad ejus castra descendat, dummodo illum regio honore dignari vellet.

§. XIX.

Capua a Trivulcio Galliarum Regi tradita.

Albinus de bello gall. lib. 6.

Rex conditionem lætus acceptat, fidemque Trivulcio facit, se lubenti animo, quæ in favorem civium, ac Capuani præsidii postulasset, concessurum, additque, si Ferdinandus omnino sese regno suo abdicare meditaretur, fore, ut in amissi diadematis compensationem in Francia bonis ac dignitatibus opulentissime cumulandus esset. Trivulcius amplitudine promissorum fretus, Capuam revertitur, suosque milites, ut ad Regis Galli signa transirent, sollicitat, ac nullo negotio pertrahit, & quamvis cives eadem facilitate ad defectionem haud inducere posset, nihilominus comprehensis omnibus deditionis Leges instruxit. Post hæc Ferdinandus sedato Neapolitanorum tumultu Capuam rediit, nec tamen in urbem receptus est, nisi eo pacto, ut dato chirographo Neapolis regno sese abdicaret, ac quadam Franciæ Provincia contentus viveret. Infaustus ille Princeps percepta hac conditione lacrimis imperare haud poterat, auxitque dolorem

rem infelix nuncius, quo percepit, totam suam supellectilem a Capuanis direptam, Virginium ab Ursinis, ac Comitem Petilianum, longe omnium amicorum cariſſimos ad Carolum Regem defeciſſe: nil tamen magis vehementi dolore excruciabat Ferdinandi animum, quam Trivulcii perfidia, quem ad tantum scelus projectum fovere animum, nunquam credidiſſet: Tot ergo moleſtiſſimarum cogitationum concurſu tantopere obrutus, atque invaſus opprimebatur, ut hinc complurium proditorum metu, illinc proximo Gallorum incurſu compulſus, præcipiti fuga, omnique pedum ſtudio Neapolim reverteretur, quamvis probe conſcius eſſet, nec ibi ſe quieti indulgere poſſe, donec de Capuanorum fato, ac molimine certior redderetur. Sæcul. XV. A.C. 1495.

§. XX.

Neapolitanorum ſeditio adverſus Ferdinandum Regem.

Nec inanis erat Ferdinandi timor; vix enim urbem attigerat, cum ei nunciatum eſſet, a Neapolitanis, & Aversenſibus ad Carolum Regem Legatos fuiſſe miſſos, qui eidem obſequium ſponderent; præterea civium ſeditio eo temporis momento, quo urbem ingreſſus eſt, recruduit, quam ut ſedaret, fruſtraneo ſucceſſu *Guicc. hiſt. Ital. lib. 1. ſub. fin.* *Albinus de bello gall. l. 1. p. 132.*

Sæcul. XV. A. C. 1495. ſucceſſu præcipuos cives convocavit, eisque expoſuit, quod armorum ſocietas, quæ haud amplius ſecreta tenebatur, jamjam ſancita foret, necnon certiſſime, ac brevi, ſi exiguo duntaxat tempore ſtrenue urbem tuerentur, validæ omnino ſuppetiæ in eorum auxilium eſſent accurſuræ; poſt hæc acerbum Patris, avique ſui regimen deteſtatus, illis pollicitus eſt, ſe lenitate ac clementia populi amorem denuo ſibi conciliaturum; cum vero cives palam profiterentur, nolle ſe ſuaque extremæ Gallorum vi, atque periculo exponere, Ferdinandus tanto, quo ſubditos imperii ſeveritate coercere poſſet, militum numero deſtitutus, nec in alterutra urbis arce ſecuritati ſuæ ſatis conſultum fore ratus, teſte Guicciardino civibus indulſit, ut de concordia cum Galliarum Rege agerent, eosque a fidei ſacramento paucis ante diebus ſibi præſtito abſolvit, ac demum clientelæ, atque obſequiis, quæ a ſubditis ſuis jure exigere potuiſſet, ultro ceſſit, & unacum Joanna ſua filia, ac Regina Avi ſui olim conjuge triremes, quas in portu ad trajiciendum inſtructas tenebat, conſcendit: ceteras vero naves, quæ ibidem in anchoris hærebant, comburi juſſit, ne ab hoſtibus occuparentur. Denique omnes Proceres, quos ejus Pater, atque Avus in arce quadam cuſtodiæ dari juſſerat, ex-

exceptis Roſciano Principe, & Comite Popoli, liberos dimiſit, ipſe vero urbe excedere ſtatuit, navibusque ſe commiſit. Sæcul. XV. A C. 1495.

§. XXI.

Ferdinandus Iſchiam ſecedens.

Igitur conſcenſis triremibus in Ænariam Inſulam, quæ Iſchia vulgo dicitur, atque ad oram regni Neapolitani trigeſimo ab urbe lapide ſita eſt, ſecedit, haud parum anxius, an ab arcis Præfecto reciperetur; timebat enim, ne forte & ipſe in hac rerum viciſſitudine Regi ſuæ fidei officium denegaret. Nec ſane temeraria erat Ferdinaudi ſuſpicio; Præfectus enim nomine *Fuſtus*, veteranus miles, ac ampliſſimis divitiis potens, cum a Rege Neapolitano illis ſpoliari vereretur, eum excipere renuit, niſi ſolus, aut non niſi uno comite ſtipatus accederet. Rex, inde maris intemperie agitatus, illinc ſecuritatis neceſſitate compulſus, non abnuit conditionem; aſt vix arcem ingreſſus, tantæque perfidiæ indignitate commotus, proditorem invadit, illumque, ut nonnulli referunt Scriptores, gladio jugulat; hujus ſupplicio territi milites præſidiarii Regi ſuo totius Inſulæ poſſeſſionem aſſeruerunt, atque illius obſequio ſeſe ſubjecerunt. *Albinus loc. cit.*

§. XXII.

Secul. XV. A.C. 1495

§. XXII.

Regis Galli adventus, atque ingressus in urbem.

La Vigne journ. du voiage de Charles VIII.

Guicc. hist. Ital. lib. 2.

ITaque Ferdinandus Ischiæ ulteriores armorum Caroli successus quiete præstolabatur, quos abs dubio prosperos fore facile præsentiebat: interim Carolus Rex Capuam triumphans ingreditur die decima octava Februarii, postera vero die Aversam contendit, ubi die vigesima ejusdem mensis Neapolitanos excepit Deputatos, qui nunciata Ferdinandi fuga, traditisque urbis clavibus sua offerebant obsequia. Hos Carolus haud vulgaribus honorum signis auctos dimisit, illisque adjunxit Gienſem Maresçallum, aliosque Optimates, quos ipse altera die, quæ erat Dominica, vigesima secunda Februarii secutus, solemni pompa urbem ingressus est, ubi inter ingentes populi plausus, faustasque voces, & certantia multitudinis vota, cunctis Regi partam urbem aggratulantibus, velut liberator patriæ suscipiebatur. Ubique pulsabantur campanæ, tantaque lætitia Magistratus civesque eum, perinde ac regni hæreditario jure sibi debiti possessionem accepisset, excipiunt, ac Belli Duces, necnon milites Gallos omni officiorum genere cumulant; nec remissior erat

erat lætitia devictorum, qui non minus quam ipsi Victores de Regis adventu triumphabant, ac ut verbo dicam, nulla publici gaudii signa excogitari poterant, quæ Neapolitani juncta cum Gallis opera in usum deducere prætermisissent. Adeo nempe Prædecessorum Regum severitas cunctos incolas depresserat, econtra vero mitioris regiminis spes erexerat. Sæcul. XV. A.C. 1495.

§. XXIII.

Utrumque Neapolis castrum a Rege captum.

Deerat tamen Regi ad victoriæ summam castri-novi expugnatio; quinimo aliæ adhuc arces validis omnino præsidiis munitæ Ferdinando parebant. Has inter castro Ovi præerat Fridericus Ferdinandi Patruus, Marchio autem Piscarius Castrum-novum tuebatur: cum autem ibidem casu pulvis pyrius ignem conciperet, tam horrendus excitabatur fragor, strepitusque, ut Piscarius consilii inops conscensa quadam cymba præcipiti fuga sese periculo subduceret. Eo absente mox milites Itali, qui adhuc in arce erant, dilapsi sunt; unde nonnisi quingenti ex Germanis supererant; verum eorum Dux magis pretiosa colligens, cetera militum suorum prædæ reliquit, *Mem. de Commin. l. 7. c. 14. Albinus de bello.*

Sæcul. XV. A.C. 1495. liquit, Gallisque arcem occupandi copiam dedit. Nec majori impendio stetit Castri Ovi expugnatio; quippe illius Præfectus tam segni manu oppugnantium impulsus retudit, ut Galli nullo ferme negotio obsidionales accessus perficere, arcique exercitum admovere possent. Capto itaque utroque castro Rex totam Neapolis urbem suæ subjecit potestati, ac paulo post ad Metropolis exemplum ceteræ Regni urbes brevi sese Gallorum imperio subdiderunt: dudum tamen in pristini Regis sui fide perstiterunt Brundusiani, Gallipolitani, Reggienses, Manthiani, & Turpienses. Hi enim, cum hasce urbes in Calabria sitas a Regis sui imperio avulsas, ac Precejo suisse donatas ægerrime ferrent, constanter in Ferdinandi obsequio permanserunt.

§. XXIV.

Neapolitanum Regnum ex ipsa Gallorum culpa amissum.

Raynald. ad ann. 1495. n. 34. *Spond. hoc anno num. 5.* Igitur Carolus totum Neapolis regnum spacio quinque mensium subjugavit; tot enim a profectione ab Astensi civitate usque ad castri-Ovi expugnationem intercesserunt. Equidem adeo rara hæc inauditæ felicitatis rapiditas Regem celebrem reddebat: verum is ea, qua parta tueretur, virtute destitueba-

tuebatur; quippe Adoleſcens erat rerum inexpertus, qui nec inter continuata adſpirantis fortunæ lenocinia debitam ſolertiam, uſumque rerum addiſcere, nec a ſuis Conſiliariis meliora edoceri poterat; hi enim in id unice intendebant, ut privatis ſuis deſervirent commodis: unde Belloquadræ Seneſcallus brevi Principatum Nolenſem a Rege extorſit, & Briſſonetus Cardinalis proxime vacantia regni beneficia proventibus ampliſſima, ſpe ſua devoraverat. His acceſſit Caroli victoris moroſitas, qua Deputatos illarum urbium, quarum claves traditurі advenerant, audire neglexerat; inſuper ejus clientes Regum Neapolitanorum divitias inter ſe partiebantur, ac denique militaris diſciplinæ neglectu a belli Præfectis ad milites gregarios paſſim propagato, tam hi, quam illi officio ſuo deerant; unde Hydruntina civitas ſeditionem movit, Turpienſes, & Manthiani in Precejum Alegrium ira commoti, Gallorum jugum excuſſerunt, denique commeatus in arcibus Neapolitanis congeſtus omnino diſtractus fuit: imo ut paucis dicam, tota Gallorum agendi ratio Neapolitanos induxit, ut revocato priori eorum Rege ſeditionem in eos moverent, prout brevi factum, mox videbimus.

Secul. XV. A.C. 1495.

Secul. XV. A. C. 1495.

§. XXV.

Galliarum Regis consilium de bello Turcis inferendo.

Comm. l. 7. c. 14.

Cum ergo Neapolitana annonæ horrea penitus exhausta essent, Comminæus, quem Rex anno jam præcedenti ad Venetos ablegabat, ingentem denuo commeatus copiam magnis sumptibus collegit, quæ ad expeditionem adversus Turcas destinata esset. Favebat ad hoc bellum temporis rerumque ratio; quippe Bajazethes cum a bellandi cupidine alienum foveret animum, adeo a subditis suis vilipendebatur, ut illum, si forte ab hostibus bello peteretur, armis tueri omnino detrectarent: Præterea Græci libertatis per Mahometem Bajazethis Patrem ablatæ adhuc memores, avide impositum Turcarum jugum excutere anhelabant; quare clam ad Carolum Regem Oratores decernebant, qui omnes Græcos communi opera seditionem moturos pollicebantur, quamprimum Galliarum Rex copias suas in Græciam missurus esset. Eo ex negotio Comminæus Venetiis hærebat, ibique exiguam instruebat classem, cui Constantinus Achajæ Princeps imperaret, eoquod ipse hoc bello rebus suis maxime consultum iri speraret, cum de hæreditario Thessaliæ, & Thra-

Thraciæ jure cum Turcis contenderet. Porro pro cauſſa belli in Mahometanos movendi obtendebatur Zizimus Bajazethis frater, quem Papa Gallorum Regi tradiderat; aſt Ottomani hujus Principis obitus ampliſſimas haſce ſpes evertit, nec infirmam quoque ad diſſipanda hæc conſilia operam adjiciebant Veneti, necnon ſummus Pontifex, (*) qui Sultanum declandeſtino, quod Rex cum Conſtantinopolitanis foveret, commercio edocebant, qua proditione facta plusquam quinquaginta Chriſtianorum millia tam bonis, quam vita ſpoliati perierunt, & ipſe Achajæ Princeps ægre ſaluti ſuæ fuga conſulere reliquum habebat; hi enim Saecul. XV. A. C. 1495.

(*) Hujus proditionis culpam Continuator immerito in Papam conjicit, ac falſo Comminæum allegat; hic enim nullam de Papa mentionem facit, de Venetis vero hæc habet: *Cum Veneti mortem fratris Imperatoris Turcici reſcirent, deliberarunt id Turcis indicare per Secretarium quemdam . . . . retulitque mihi ipſe Conſtantinus, quod Veneti indices miſiſſent proximis Turcarum præſidiis, ipſique Imperatori.* Adeo nempe Continuator nullas Pontifici invidiam conciliandi occaſiones prætermiſit, ut etiam falſa veris adjicere haud erubuerit.

Sæcul. XV. A.C. 1495.

nim omnes missis a Carolo copiis, eoque Græciam intrante, plures maritimas urbes occupandi consilium cepisse deprehendebantur (*).

§. XXVI.

Ferdinandus juri in Neapolis regnum cedere paratus.

Guicc. l. 2.

Equidem dissipati consilii dolorem temperasset agitata cum Ferdinando Neapolis Rege concordia, si saltem hæc optatum habuisset successum, & Neapolitanus regno omnino cessisset, amplumque in Franciæ regno Principatum vicissim acceptasset: hunc in finem Carolus Fride-

(*) Hos rumores de bello Turcis inferendo, non nisi per fraudem a Gallis fuisse sparsos testatur Odoricus Raynaldus, qui ad hunc annum num. 10. & 11. hæc habet: *Jactabantur hæc ad deludendos fideles, qui amplificatam Religionem cupiebant, ne illi Gallicis armis sine impietatis nota sese opponerent, qua arte nonnullos Gallos Reges maximo conscientiæ, verumque suarum damno usos, increpitosque a Romanis Pontificibus, ac Deum in eos exemplum edidisse vidimus supra. Hanc quoque artem accusat in Carolo Comminæus, pollitumque hoc commentum tanquam pessimum damnat.* Hucusque Raynaldus.

Friderico Ferdinandi Patruo publicas ſecuritatis literas dedit, quibus munitus Gallum adiret, atque ab eo concordiæ leges, quas Nepoti ſuo Rex offerre vellet, perciperet. Fridericus, quæ Galliarum Rex moliebatur, probe gnarus, ſupplex rogabat, ne hanc cauſſam tractandi onere gravaretur, eoquod, inquiebat Fridericus, ſibi omnino exploratum eſſet, Ferdinandum nullo unquam tempore regni ſui juribus ceſſurum, niſi ſaltem exigua illius Provincia, qualis Calabria eſſet, beneficiario nomine poſſidenda ei relinqueretur, ac Regis clientem ſe profiteri ipſi liceret; Verumtamen huic conditioni Senatus ſuffragari renuit, cui nimis periculoſum videbatur, ſi quam regni recens occupati partem Carolus æmulo ſuo, qui olim illius Rex dicebatur, concederet: Neapolitani quoque comperta Ferdinandi ſubmiſſione, & Caroli inclementia, illius ignaviam incuſare, hujus vero acerbitatem abhorrere cæperunt. Sæcul. XV. A.C. 1495.

§. XXVII.

Vana Gallorum molimina adverſus Iſchiam.

Galli abjecta pacis ſpe, unice omnes eo curas intendebant, ut quatuor illas urbes, quæ adhucdum Ferdinando parebant, in poteſtatem ſuam redigerent;

Sæcul. XV. A.C. 1495

unde Gallica classis admovetur, Ischiam expugnatura. Imperabat huic classi, Servonius, vicesque agebat Aureliæ Ducis, qui, ut Ludovici consilia exploraret, Astæ hærebat; verum ille expectatione longe minus fortitudinis suæ specimen dederat; econtra vero Marchionis Piscariæ Frater, cui Ferdinandus hujus Insulæ imperium detulerat, arcem omnibus ad strenue repellendos hostium impetus necessariis, summa solertia muniebat, simulque tam provide quaquaversum omnes agros devastari jubebat, ut cujuscunque rei usu Gallis interdicto, hi primo suo adventu non nisi collapsarum ædium ruinas, atque funestas incendii reliquias offenderent: unde annonæ penuria laborantes, re infecta Neapolin reverti cogebantur. Nec benignior ibi fortuna Carolum excipiebat; cum enim ipsemet annona, bellique instrumentis destitutus navium Præfectis, qui Genuæ agebant, negotium daret, ut cum suis triremibus atque navigiis quantocius commeatum adveherent, ab iis non sine magno animi sui dolore percipere debuit, quod naves ejus ab hostibus captæ fuissent. Prima hæc adversantis fortunæ fata extremam Gallici exercitus ruinam in Italia præsagire videbantur. His accessit ad malorum cumulum Pontificis, ac Ludovici fœdus, cui

cui sese omnes ferme Italiæ Principes prompto animo addicebant, quamvis omnium ultimi sese associassent Reges Catholici, & Maximilianus Imperator; cum enim in hoc bello de eorum rebus non ageretur, plus industriæ adhibendum erat, ut his fœderis adversus Gallos ineundi necessitas persuaderetur. Sæcul. XV. A.C.1495.

§. XXVIII.

Galliarum Rex Neapolim secundo ingressus.

Ceterum Carolus comperta tot Principum fœderatorum conspiratione, simul etiam nuncium accepit, quod Venetiis clandestina adversus eum agitarentur consilia, atque ipsi quoque Principum Oratores jamjam publice, frequenterque mutuis colloquiis se invicem venerarentur; hinc Gallias repetere, firmum fixumque habuit, aliunde haud ignarus, quod Neapolitani pœnitentia ducti Arragonense imperium rursus exoptarent, cum illud haud adeo durum fore, quam Gallorum jugum censerent. Nihilominus Rex, antequam ex Italia discederet, secundo Neapolim intrandi consilium cepit, cauſſatus, primo ingressui aliquid gloriæ, atque triumphi defuisse, eoquod tunc necdum arces Ferdinando eripuisset: Ergo denuo solemnis *Guicc. l. cit.*

Secul. XV. A.C. 1495. celebratur ingreſſus, ac tanta quidem pompa, perinde ac ſi fortuna rebus Gallicis dextro Marte, omnique felicitatum genere adſpiraſſet: Carolus enim incedebat circum tempora aurea redimitus corona, dextra globum, ſiniſtra ſceptrum gerens: per humeros illius ſuperbe defluebat talaris trabea, eaque purpurea, atque pontico vellere obducta; præcipui Regni Optimates umbraculum tenebant, ſub quo Rex equo vehebatur, necnon Belloquadrenſis Seneſcallus officio Conneſtabilis fungebatur, & Monpenſerius Comes velut Pro-Rex Carolum præcedebat. Rex hoc apparatu inſignis, quinque nobiliora urbis fora peramulabat, ac tandem ad Eccleſiam delatus, Sacramentum exſolvit, quo Neapolitani Reges in coronationis ſuæ ſolemniis ſeſe obſtringere conſueverant. Poſt hæc adoptavit nomina Imperatoris Auguſtiſſimi, necnon Neapolis, Siciliæ, & Jeroſolymitani Regis, tandemque Neapolitanis, ut ipſi fidei obſequium præſtarent, injunxit, quamvis illos paulo poſt ab ejus obſequio defecturos noſſet. Agebatur hic ingreſſus die duodecima Martii, ob quem Carolus ſibi implacabile Maximiliani odium accerſiverat; ab illo enim temporis articulo illius animo ea inſedit opinio, quod Galliarum Rex Cæſaream coronam ei eripere machinaretur: Unde Maxi-

Maximilianus propoſito fœderi nomen dare decrevit. Sæcul. XV. A.C. 1495.

§. XXIX.

Fœdera Principum adverſus Franciæ Regem.

Prima hujus fœderis conſilia jamjam cudebantur, dum Rex Florentiam petebat, illiusque præcipuos Auctores fuiſſe Venetos, atque Ludovicum jam ſupra meminimus: poſtquam vero Auguſtinus Barbadicus tum Venetorum Dux a Gallis Neapolitanas arces expugnatas compererat, ulterioris moræ impatiens, frequenter conſilia habuit cum Epiſcopo Tridentino, qui præcipue Imperatoris res curabat, necnon cum Laurentio Suareſio Figueroa, & Franciſco Bernardino Vicecomite, quorum prior Regum Catholicorum, alter vero Ludovici Sfortiæ Mediolanenſis Ducis Orator erat; demum re inter eos conventa Barbadicus Comminæum Franciæ Legatum rogari fecit, ut Senatum adiret. Eoque præſente Dux expoſuit, quod Veneti armorum ſocietatem iniiſſent cum ſummo Pontifice, Cæſare, Caſtellæ & Arragoniæ Regibus, & Mediolanenſium Duce, omnesque ad ejusmodi fœdus tribus potiſſimum rationibus fuerint permoti, quarum prima erat, ut fidem Catholicam adverſus Turcas tueren-

Comm. l. 7. c. 14. p. 73. & ſeq. Albinus de bell. Gall. lib. 6. p. 135. Mariana lib. 26. c. 7. & 9.

Sæcul. XV. A. C. 1495.

tuerentur, II, ut Italiæ libertatem conservarent, & III. ut contra Gallorum insultus horum Principum ditiones propugnarent, additque, a Venetorum Republica Oratorem suum, qui apud Regem Francorum Legatione fungeretur, redire jussum esse, palam tamen se profiteri, fœderatos hosce Principes nequaquam adversus Galliarum Regem hostilia moliri consilia, sed unice in id intentos esse, ut contra ejusdem progressus propriæ suæ securitati prospicerent.

§. XXX.

Secreta & publica fœderis pacta.

Guicciard. ibid. l. 2.

Hoc fœdus, quod ineunte mense Aprili utrinque firmatum est, mox promulgabatur, Gallosque non minori terrore, quam cunctos, qui illis minus propensi erant, lætitia afficiebat. Ergo optata hæc armorum societas sonantibus tubis, solemnique pompa proclamatur; alia quidem illius pacta omnibus publicabantur, alia vero religioso premebantur silentio. Prioribus sancitum: I. Fœderati instruant, atque intra Italiam exercitum quadraginta Equitum, atque octoginta peditum millibus numerosum alant. II. Cæsar, ac Castellæ Rex validis copiis in Gallias irrumpant, ille quidem

dem Picardiam & Campaniam, Caſtellanus vero Aquitanniam, & Occitaniam invaſurus. III. Ferdinandus cum Iſabella in Siciliæ portubus claſſem teneant, qua opportuno neceſſitatis auxilio Gallos oppugnarent. IV. Omne aurum pro bello Turcico in Hiſpania collectum, in hujus expeditionis uſum impendatur; ſi autem forte nec illud ſufficeret, fœderati pro ſuis quisque viribus reſiduam pecuniæ ſummam ſuppeditent. Secretis vero conventum fuiſſe articulis conjiciunt nonnulli. I. Imperator & Reges Catholici pro hoc bello præter armatorum copias, etiam naves atque triremes, fœderatorum ſumptibus ſolvendas, atque ſuſtentandas ſubminiſtrent, ac inſuper partas urbes tueantur. II. Venetorum claſſis maritimas Neapolitani regni urbes ad obſequium Ferdinando denuo præſtandum ſollicitet, illis autem renuentibus bellum inferat. III. Urbes non niſi armorum violentia ad officium revocatæ pignoris loco cedant Venetis, donec Ferdinandus parem illis ſumptibus ſummam rependiſſet. IV. Florentinis Piſana urbs reddatur, dummodo hi fœderi accedant. Verum inſuperhabitis Ludovici precibus, Florentini conſtanter fœderatis jungi detrectabant, eoquod ipſis magis ſuſpecta eſſet Venetorum, & Mediolanenſis Ducis quam Galliarum Regis integritas, a quo ſibi

Sæcul. XV. A.C. 1495.

Sæcul. XV. A.C. 1495.

sibi Pisas, & Liburnum restitui sperabant. Ferrariæ quoque Dux ad Florentinorum exemplum fœderatorum societati sese addicere renuit.

§. XXXI.

Dux Montpensierius Pro-Rex Neapolis salutatus.

Comm. l. 8. c. 1.

Carolus nova hac rerum vicissitudine turbatus, celeri fuga Gallias repetendi consilium cepit, veritus, ne longioris moræ culpa a fœderatis reditu intercludi periclitaretur: Priusquam vero discederet, permagni interfuisset, ut regno præficeretur Vir prudentia ac fortitudine insignis, qui Neapolitanos in officio contineret. Aſt tam provida neglecta fuere consilia; Rex enim Neapolis Pro-Regem, regnique Præfectum elegit Gilbertum Montpensierium Ducem e regia stirpe Borbonia ortum, qui tam gravi oneri omnino impar, Vir quidem minime malus, ut inquit Mezerajus, sed parum prudens erat, suoque genio tam liberaliter indulgebat, ut potissimam diei partem stertendo insumeret, ac ægre admodum ad meridiani solis radios lectl plumas excuteret; quapropter, quamvis morum suorum comitate amorem sibi conciliare posset, nihilominus vita ejus mollitie liquescens obstabat, quo minus in

Mezer. abreg chron. to. 4. p. 62. vie de Charles VIII.

in honore, quem tanquam Princeps exigere poterat, a ſuis haberetur: huic inſuper Carolus ad tuendum Neapolis Regnum non niſi quatuor armatorum millia reliquit, ſpe fretus, Principes Arragonenſi Familiæ infenſos auxilio futuros; Verum illi in fide Gallorum non permanſerunt. Præterea Rex Albinio Conneſtabilis officium, necnon Calabriæ Præfecturam, & Georgio de Sylly Tarentini Principatus regimen credidit; Gratianum vero de Guerres natione Vaſconem Aprutienſi Provinciæ præfecit; Seneſcallus quoque Belloquadrenſis Nolæ Principatu haud contentus, inſuper Cajetæ Gubernator nominatus, auctusque fuit ſupremi regiæ curiæ Magiſtri, nec non magni Theſaurarii dignitate: Enimvero, inquit recentior quidam Scriptor, nimis gravia erant hæc officia pro tam exigui ingenii Viro. Sæcul. XV. A. C. 1495. *Daniel hiſt. Franc. to. 5. p. 122.*

§. XXXII.

Rex Neapoli Romam delatus.

Hiſce dignitatibus, officiisque ita inter ſuos diviſis, Rex die decima nona, aut forte vigeſima menſis Maji Neapoli profectus eſt, Romam recta petiturus. Ipſus exercitum ſuum duxit, in quo tamen nonniſi novem bellatorum millia recenſebat. Papa, cum reducem Carolum *La Vign. journal. du Vojag. de Charl. VII. Comm. l. 8. c. 2. Albinus de bello Gall. l. 6*

Sæcul. XV. A C. 1495. lum jam dudum pertimeſceret, fœderatorum opem imploravit, obtinuitque quingentos levis armaturæ equites, peditumque duo millia: cum vero hiſce copiis ſecuritati ſuæ haud ſatis proſpectum eſſet, primo Urbevetum, dein Peruſium auffugit, nonnullis Venetorum copiis ſtipatus, inde vero Patavium, ac deinque, ſi forte Gallorum agmina eum inſequerentur, omnino Venetias contendere ſtatuit: Verum prærnatura Pontificis fuga Carolum Regem potius ad miſerationem, quam iracundiam commovit; unde ejus copiæ in Romanos ingenti moderatione uſæ ſunt, nec ulla militaris licentiæ veſtigia in Eccleſiæ territorio reliquerunt, ſi excipias id quod Toſcanellæ factum; cum enim ibi cives Gallis, niſi ſaltem Papæ mandata exhiberent, ingreſſum negarent, hi admotis ſcalis irrumpebant, ac quasdam civium domos exſpoliabant. Dein Gallorum exercitus recto tramite Roma Senas perrexit, ubi Rex undecima Junii die pervenit, eumque Comminæus adiit, ut illum de Venetorum conſiliis certiorem redderet. Carolus integros ſex dies Senis moratus eſt, inſuperhabito Comminæi hortatu, qui cum Venetos quadraginta millium exercitu inſtructos Regi tranſitum prohibituros, haud temere conjiceret, illi auctor fuit, ut omni cunctatione remota diſceſſum

discessum maturaret, idem quoque Caro- Sæcul. XV.
lo suadentibus Cardinale S. Petri & Tri- A.C. 1495.
vulcio.

§. XXXIII.

Senenses a Gallorum Rege in fidem recepti.

Nihilominus Rex in hac urbe longiorem trahebat moram, Senensium precibus expugnatus, qui adversus factiones, quibus eorum Respublica premebatur, Caroli auxilium implorabant; cum autem Monte-novienses devicti essent, reliquæ tres factiones satius duxerunt, exteri Principis imperio ultro sese subjicere; unde Regis præsidium publice exorabant, clam Ligniacensi Comiti annua viginti aureorum millia polliciti, si ipse a regia sua Majestate urbis regimen impetrare posset. Hac de re Regis Senatus maturam habuit deliberationem, ubi Comminæus Ligniacensis sententiæ acriter obstitit, mentemque suam his verbis declaravit: prudentiæ legibus consonum est, quod ea non acceptentur, quæ semel possessa conservari nequeunt; quid autem magis certum, quam quod Fœderati Gallis vix ex Etruria egressis, mox Monte-novienssium factioni, ut eorum ope res suas Senis restaurent, suppetias oblaturi sint, datam *La Vigne loc. cit.*

Sæcul. XV. A.C. 1495

fidem eo facilius illis liberaturi, quo magis perſpectum habent, quod Carolus Franciæ Rex eo copiarum numero deſtituatur, qui ad tuendam urbem neceſſarius foret; quinimo illi etiam præſidiarii milites, qui forte imponerentur, certæ cladi exponentur, præcipue vero timendum, ne Cæſar, cum Senenſis urbs ejusdem fidei obnoxia ſit, hac injuria exulceratus eo perducatur, ut exercitum, quem Fœderatis ſuppeditare promiſit, duplo majorem contra Gallos educat. Ceteris quoque omnibus, qui in Senatu erant, eadem inſedit opinio; Carolus tamen ſolus Ligniacenſis voto ſuffragatus eſt: unde ea Gallis acceſſit ignominia, ut in ſe ſuſciperent cujusdam urbis tutelam, quam tamen nequidem per octiduum tuendo pares erant; quippe Montenovienſis factio nuper inde depulſa eodem ferme tempore, quo Rex per urbis portam excefferat, per aliam denuo ingrediebatur.

§. XXXIV.

Florentini urbes ſuas ſibi reſtitui poſtulantes.

Guicc. hiſt. Ital. lib. 2.

In eodem Senatu agitabatur Florentinorum cauſſa; hi enim Legatos ad Regem decernebant, qui urbes Regi olim tranſeunti traditas reſtitui poſtularent, pollici-

polliciti, se Regi daturos numeratæ pecuniæ centum aureorum millia, ac præter trecentos, & amplius Lancearios, Ductore Francisco Secco, Viro militari fama spectatissimo, etiam suppeditaturos duo millia peditum, qui Regem Astam usque comitarentur, denique si fœderati Gallis transitum inhibere attentarent, se cum illis dimicaturos spondebant. Carolus Comminæum, ut cum Florentinis hac super re conferret, unacum ceteris designat; ille vero cum ad Gallorum res plurimum valere cognosceret, ut Serezana, Petra-sancta, & arx Liburnia, donec concordiæ pacta plene effectui data essent, Francorum potestati subessent, hinc consilium hocce suum Florentinis exposuit, qui Pisas recuperandi immodico stimulati desiderio, ad petitum tempus tres illas urbes Gallis haud ægre concesserant. His pactis nil magis proficuum Caroli rebus accidere potuisset; quamvis enim Veneti exercitum quadraginta armatorum millium contraxissent, atque Imperator triginta suorum millia adduxisset, nihilominus utrique huic exercitui præsidiarii milites ex hisce urbibus, quæ Florentinis restitui debebant, educti opponi debuissent, junctisque agminibus, quæ Florentini promiserant, Gallorum exercitus duplo major evasisset: Præterea licet Franciæ Rex

Sæcul. XV. A.C. 1495.

Sæcul. XV. A. C. 1495.

ob pecuniarum penuriam Helvetiis ſtipendia petentibus, ea ſolvere haud potuerit, pecunia tamen a Florentinis oblata ad ſublevandam egeſtatem abunde ſuffeciſſet. Verum Ligniacenſis, cum a Rege ſuprema omnium, quæ Gallico præſidio muniebantur, urbium Præfectura auctus eſſet, hocque munere ſpoliari pertimeſceret, hæc loca Florentinis haud quaquam reſtitui tanta animi contentione petiit, eorumque conſervationem tanta fiducia pollicitus eſt, ut Carolus ejusdem votis annueret: Unde Piſani extremo afficiebantur gaudio, ad quorum Urbem Rex, quin Florentiam pertranſiret, quinto decimo poſt die pervenit, omni obſequiorum genere exceptus.

La Vigne journ. du Vojag. de Charles VIII.

§. XXXV.

Savonarollæ Oratio ad Regem pro Florentinis.

Comm. l. 8 t. 2.

Porro Cives Regem Piſas ingredientem exorabant, ut eos in fidem ſuam reciperet; nec id tamen eorum precibus dedit, abſterritus rationum momentis, quas percelebris Hieronymus Savonarolla Ordinis FF. Prædicatorum propoſuerat; hic enim Boggio-Boncii, Florentinis civibus magis illuſtribus eum comitantibus Regem adibat, ibidemque orationem habuit, non equidem verbis proli-

prolixam, ad expugnandum tamen Regis animum longe efficaciſſimam. In memoriam revocabat illud promiſſum, quo Florentinis Rex Piſas reddere tam ſui chirographi auctoritate, quam ſacramenti religione pollicitus eſſet; hinc Regem ad fidem integre ſervandam hortabatur, renuenti acerbiſſimas divinæ vindictæ pœnas comminatus. Nonnullorum opinio ferebat, Savonarollam tacite alluſiſſe ad mortem Delphini, quem etiam Rex paulopoſt fatis ereptum luxit: Igitur Carolus tam præclari Viri reverentia, ac exiſtimatione permotus, Florentinorum cauſſam defendere diſtulit, donec Piſas veniret, interea pollicitus, eorum votis ſatisfactum iri: cum vero eorum Deputati iterum, iterumque exaudiri peterent, omnes Conſiliarii in eam abibant ſententiam, ut Florentinorum precibus Rex annueret. Unde factum, ut Carolus Piſanos, qui ejus patrocinium exorabant, reſponſo vagis nonniſi verbis concepto dimitteret. Saecul. XV. A.C. 1495.

§. XXXIV.

Piſani a Rege in fidem recepti.

Igitur Piſani in ancipiti fluctuantes, in duplici remedio opem quærunt, nec irrito ſane ſucceſſu; præprimis enim Gallici exercitus amorem ſibi conciliare *Daniel. hiſt. Franciæ to. 5 in 4. p. 105. Comm. l. 8. c. 3.*

Sæcul. XV
A. C. 1495

satagebant, certatim cunctos quovis officiorum genere cumulantes; demum vero Caroli Regis pedibus sese provolvebant, tanta supplicum frequentia, tantoque submissionis excessu, ut Regis animum ad miserationem commoverent. Quinimo non desunt Scriptores, qui referunt, Nobilissimas urbis Matronas nudis pedibus, ac lugubri habitu incedentes turmatim Regem accessisse, suasque proles manu gestantes flexis genibus ei supplicasse, ut urbis, quæ ejus nomini penitus addicta esset, misereri vellet, nec pateretur, quod illius incolæ rursus Florentinorum imperio ac tyrannidi subjicerentur, utpote a quibus tanquam vilissima haberentur mancipia. Insolito hoc spectaculo non modo Rex, ejusque Proceres, sed ipsi quoque milites commoti supplicantium vices dolebant, unde cum intelligerent, quod Brissonetus Cardinalis, & Gienensis Marescallus, necnon Gannayus primus Regii Senatus Præses pro Florentinis deprecarentur, mox unaomnes catervatim in horum ædes irruebant, necemque minitabantur, atque illos tanto terrore replebant, ut nullus eorum regii præsidii gratiæ, quam Carolus tandem Pisanis concessit, sese opponere auderet, hinc confestim Etrangius Aureliæ Ducis cliens Pisanæ arcis Præfectus nominabatur.

§. XXXVII.

§. XXXVII.

Sæcul. XV. A. C. 1495.

Novarra ab Aurelianenſi capta.

Sextum ac ferme ſeptimum diem Rex Piſis hærebat, cum vero hanc moram totus ejus Senatus fortiter diſſuaderet, tandem die vigeſima tertia Junii Luccam pervenit, inde Petram ſanctam, ac demum ad Pontem-tremulum in finibus Genuenſis Reipublicæ ſitum delatus. Interea Rege itineri ſuo intento Aureliæ Dux, qui hucusque Aſtæ continuo morabatur, inde receſſit, urbemque Novarienſem totius Mediolanenſis Ducatus munitiſſimam civium perfidia cepit; Ludovicus enim incolas in ſua fide continere parum ſollicitus erat; unde hi Ducis ſui ſeveritatem ulturi, conjuratione facta, urbem Gallis tradere decernebant: Illi ergo Opicinium & Lacciam Oratores ſeligunt, atque Aſtam ablegant, ut ea, quæ unanimi conſilio ſtatuiſſent, Aureliæ Duci ſignificarent. Horum promiſſis Dux faciles præbebat aures, eorumque conſilia adoptans urbem occupabat, inſuperhabito manifeſto Regis mandato, a quo ejus adventum præſtolari, ac integris copiis ſuis Fœderatos aggredi juſſus erat, ut interea Rex alia ex parte ſibi ad reditum in Gallias viam aperire poſſet. Porro Ludovicus, cum Nova-

La Vigne l. c. Comm. l. 8. c. 2.

Sæcul. XV. A.C.1495

rienſem urbem eſſe captam intelligeret, tanto terrore percellebatur, ut ad recuperandam civitatem, atque obtinenda Venetorum auxilia, infima quævis, abjectaque ſubmiſſionis officia illis exhibere non dubitaret. Mox tamen impetratis copiarum ſubſidiis ſuum quoque adjunxit exercitum, miſſoque ad Aureliæ Ducem fœciali inhibuit, ne arrogaret ſibi Mediolanenſium Ducis titulum, ſed quantocius ultra Alpes recederet, Aſtamque urbem Galeatio Sanſeverinati redderet. Jactabunda hæc Ludovici verba Aurelianenſis ea, qua par erat, vilipenſione eluſit.

§. XXXVIII.

Mediolanum occupandi occaſio ab Aurelianenſi neglecta.

Hæc dum geruntur, Mediolanenſes incolæ clam Aurelianenſi ſignificant, ſe non modo urbem ſuam, ſed ipſum quoque Ludovicum, ejus conjugem, liberosque eidem tradituros. Verum Aurelianenſis, aut quod Mediolanenſium ſinceritati diffideret, aut illos promiſſa exequendo impares cenſeret, nullam oblati obſequii rationem habuit, ac proin opportuniſſimam neglexit occaſionem, qua non modo præter Mediolanenſem urbem ipſum Ludovicum Ducem ſibi ſubjicere, ſed

Sæcul. XV. A. C. 1495.

sed etiam Carolo Regi suum in Franciam reditum tam expeditum reddere, omnemque difficultatem penitus submovere potuisset, quin propterea ex iis, quæ armis parta possidebat, quicquam amittendi periculum incurrisset: ipse vero cum totus in eo esset, ut Novarriensem arcem obsidione cingeret, quam se expugnaturum sperabat, omnium jacturam fecit: quippe Ludovicus, Venetis consentientibus, ex Genuensium Statu exercitum suum revocavit, Galeatio Sanseverinati, cui summam bellici imperii deferebat, datis literis præcepit, ad Pedemontii fines copias admoveret, quæ etiam secundo itinere, trajectoque Ticino flumine Viglebanum pervenerunt. His accesserant ex Venetorum exercitu sexcenti Albanensium pedites, præter mille equites, ac duo Germanorum peditum millia: Ludovicus hisce suppetiis auctus, tam subito belli fortunam mutabat, ut prope nihil deesset, quin totus Aurelianensis exercitus opprimeretur, statimque Galeatius Sanseverinas Novaram urbem obsidione pressit, illamque ad deditionem compulit, eoquod commeatu haud instructa esset: Unde Caroli Regis angustiæ, ac iter prosequendi, alpesque superandi difficultas haud parum augebantur.

Sæcul. XV.
A. C. 1495.

§. XXXIX.

Fœderati mutata itineris ratione a Rege decepti.

Comm. lib. 8. cap. 4.

Jamjam Fœderati copias suas contrahunt, Regem transitu intercluſuri; hi enim firmiter sibi persuasum habebant, Carolum conscensa classe, quæ Liburnii adventantem præstolabatur, Tolonium inde petiturum, ibique superato Cencruccio Monte per Tari vallem Tortonnesum pertingere tentaturum. Unde omnium studia eo vertebantur, ut Regi utrumque aditum occluderent: attamen alia via Carolo supererat, nimirum cervæ-fauces, quas Itali suo idiomate *Il Salto della Cerva*, seu saltum cervæ appellant. Is erat locus adeo transitu difficilis, ut illum adversus copiosissimum exercitum quinquaginta milites facile tueri potuissent, proin si hostis transversam rhedam ad faucium accessus opposuisset, ut scribit Comminæus, ac duo belli tormenta admovisset, totum Gallorum exercitum transitu excluſisset. Accessisset etiam ipsa loci opportunitas; una enim ex parte primævo naturæ beneficio munitur. Nihilominus fortuna factum, ut hisce faucibus præsidio destitutis, Gallis non jam cum hoste dimicandum esset, sed eis nonnisi feras in fugam agere incum-

cumberet. Certe nullam tantæ incuriæ excusationem obtendere poterant Mantuæ Marchio, & Comes Cajatsius, quorum prior Venetorum, alter vero Mediolanensium copiis præerat: igitur Galli superato hoc transitu, nullo negotio Pontem-tremulum, quod oppidum Ludovico Sfortiæ parebat, occuparunt, ac demum Apenini juga nullo obsistente transcenderunt. Sæcul. XV. A.C.1495.

§. XL.

Genuæ expugnatio a Gallis prætermissa.

Interea Cardinalis S. Petri ad vincula, cum ob implacabile, quo eum Pontifex insectabatur, odium haud tutam in Italia Sedem haberet, Genuæ stabile domicilium figere peroptabat, spe fretus, Papam ibi cum illo hostiliter agere non ausurum. Quapropter Carolo Galliarum Regi proposuit, quod Genuenses, populares suos, concitare vellet ad seditionem contra Mediolani Ducem, qui tum huic Reipublicæ imperabat. In hanc quoque sententiam haud ægre descendebant ab hac ditione proscripti, qui Gallorum studiis addicti, factionis suæ Principes colebant Cardinalem Fregosium, & Objectum de Fliscis; verum ad persuadenda Genuensibus hæc consilia validi exercitus *Comm. lib. 8. pag. 93. c. 4.*

Secul. XV. A.C. 1495.

citus potentia desiderabatur; & hoc opus, hic labor erat: convocato itaque Senatu, a quo tamen propositio omnino rejecta est, sancitum, si Rex in proximo cum Fœderatis prælio victoriam reportaturus esset, Genuenses ei ultro sua delaturos obsequia, eo autem forte devicto, hanc urbem Gallis nulli commodo fore, hanc in rem observat Comminæus; eo loco primam prælii mentionem fuisse factam, seque exin collegisse affirmat, quod Gallorum copiis proxima instet pugna, brevique cum Fœderatis manus essent conserendæ.

Verum Carolus Rex petentibus repulsam dare haud assuetus, ab importunis sollicitationibus Cardinalis S. Petri ad Vincula sese liberare nequiverat; quare ratum habuit, ut recens militia, quæ ipsi paucos ante dies e Galliis submissa fuerat, adjungeretur Legionibus, quas Vitellius pro Gallis in Italia conducebat, eo fine, ut collectus exercitus toto impetu Genuensium urbem adoriretur. Ergo suprema hujus expeditionis cura Brescienſi Comiti demandatur, spe concepta, illum abs dubio quam plurimos adhuc Pedemontanos ad sua signa pertracturum: inferiora autem imperia deferebantur Poligniaci, Ambasiæ, & Bellomontii Comitibus. Hi itaque toto agmine Genuen-

nuenſium urbem cingunt; verum cum Ludovicus Seditionem ſedare ſumme intentus, ac Gallorum claſſis in Rapallenſi portu maris tempeſtate diſſipata eſſet, Regis copiæ pedem referre, Aſtamque repetere cogebantur, non ſine frequenti cladis periculo, quod tamen proſpere eluctatæ ſunt, quam felicitatem nulli alteri debebant, niſi mutuæ Fliſcorum, atque Adorniorum invidiæ, qui Gallos inſequi neglexerant, veriti, ne alterutro eorum abſente alter in æmuli ſui commodum potentiorem in urbe factionem ſibi conciliaret. Sæcul. XV. A.C.1495.

§. XLI.

Helvetiorum Tumultus apud Pontem-tremulum.

Ergo Gallorum copiæ usque ad Pontem-Tremulum procedentes, oppidum ingrediuntur, opitulante Trivulcii auctoritate, qui illud jam antea captum, abunde annona, ac armorum apparatu inſtruxerat. Gallis ibidem benigne receptis, Gienſis Mareſcallus, qui primum agmen ducebat, unice eo intentus erat, ut juga Apenina ſuperare poſſet. Ceterum in hac eadem urbe jam olim Helvetii, cum primo itinere eam pertranſirent, cum civibus ad rixas veniebant. Litis occaſionem præbebat annona, quæ *Comm. l. 8. cap. 5.*

ipſis

Secul. XV. A.C. 1495.

ipsis in dies distribui debebat; cum igitur utrinque contentio efferveſceret, Helvetiorum nonnulli a civibus trucidabantur, unde illi comilitonum ſuorum necem ulturi, plusquam ducentos cives occidebant; nunc vero cum redirent, priſtinæ, qua Neapolim euntes afficiebantur, injuriæ memoria in eis recrudeſcere cæperat, hinc conſpecta urbe, mox ſopitas iracundiæ flammas denuo accendunt, domos exſpoliant, ac obvium quemque, qui eis reſiſtere poſſet, promiſcue jugulant; poſtquam vero tumultuantium crudelitas civium ſanguine ſatiata fuerat, nihilque ultra eorum avaritiam moraretur, jam deprædationibus feſſi, urbem comburunt, communique incendio ipſa quoque commeatus bellici horrea abſumunt, ac nequidem ullum extinquendis flammis temporis ſpacium indulgent. Helvetii haud ignari, ſe hoc immani furore ſummam Regis indignationem in ſe concitaſſe, culpam ſuam agnoſcebant, cumque viarum iniquitate factum eſſet, ut equi tormenta bellica haud ultra trahere poſſent, Regem ob id haud parum anxium adeunt, ſuam operam offerunt, ſemetipſos plauſtris equorum more jungunt, ac tormenta trahunt, atque illa, quæ humeris deferri haud poterant, toto lacertorum niſu, ac trochlearum miniſterio in altum extollunt. Ad hoc Helvetio-

vetiorum exemplum Galli gravioris armaturæ milites, singuli globum ferreum portabant, nec ipso Trimollio Comite eadem servitia dedignante, demum impedimentorum plaustra proxime post primum agmen sequebantur, a quo tamen ultima acies tridui intervallo distabat. Verumtamen quo alacrior erat ascensus, eo major erat in descendendo difficultas, quam tamen militum constantia superabat, tanto licet labore, ac sudore, ut Trimollii facies, devicta montis asperitate, Æthiopi haud absimilis videretur. Sæcul. XV. A.C. 1495.

§. XLII.

Gallorum exercitus Fornovi.

Denique primum agmen, cui Giensis Mareschallus præerat, armatis non nisi mille quingentis, aut forte sexcentis validum pervenit ad Forum-novum. *Fornovum* vulgo dictum, quod est oppidum in Parmensi territorio, novem milliarium intervallo Placentia diffitum. Igitur Mareschallus confestim hostium castra haud procul inde posita explorari jubet, brevique a suis emissariis edocetur, Fœderatorum exercitum militum facile quadraginta millia recensere, ac quosdam captivos enunciasse, intra tres, aut saltem post quatuor dies totum agmen centum bellatorum millibus auctum iri: *Guicc. l. 2. Comm. l. 8.* *Vita Alex. VI. in tomo V. Comm. p. 484.*

Nihil-

Sæcul. XV. A.C. 1495. Nihilominus tamen Comminæus universum hostium numerum ascendisse testatur nonnisi ad triginta quinque millia, imo Guicciardinus duntaxat ad viginti millia totum exercitum restringit, nimirum bis mille quingentas legiones, quæ complectebantur decem millia Cataphractorum, duo Equitum levis armaturæ millia ex Epirotis seu Albanensibus, quos Stratiotas appellant, composita, ac prætera peditum octo millia. Ut ut res se habuerit, numerus ille longe superior erat Gallorum exercitu, in quo nonnisi octo millia armatorum numerabantur. Unde Gienſis Mareſcallus quicquam adversus hostem tentare desperans, duntaxat omnem commeatum, quo Fornovum instructum erat, secum abduxit, pedemque referens, ad Apenini montis pedes Longobardiam versus castra metatus est, eaque aggeribus, ac fossis adeo dextre munivit, ut exercitus ab hostili impetu a fronte tutus esset, interea ipse adventum Caroli VIII. præstolabatur, qui etiam die quinta Julii Mareſcalli copiis exercitum suum jungens, recta adversus hostem processit. Rege vix adventante, incolæ cibaria ingenti quidem copia advehunt, caro tamen admodum pretio vendunt, quæ cum veneno infecta esse, suspicarentur Galli, illis vesci hæsitabant, quapropter panem primo equis porrigunt, qui-

quibus vero omnino illæsis, homines quoque absque ullius incommodi periculo, quæ afferebantur, manducabant. Sæcul. XV. A.C. 1495.

Carolus Gienſis Mareſcalli copiis auctus, Fœderatorum caſtra ad littora torrentis Tarri poſita, eaque tam fortiter munita conſpexit, ut illa vi perrumpere, Gallorum virtus deſperaret; eo enim rei diſcrimen deductum erat, ut regium exercitum ſola tormentorum emiſſione conterere, in Fœderatorum arbitrio eſſet. Tunc primum Rex cognovit totam periculi ſummam, cui ſeſe expoſuerat; quare in his rerum anguſtiis ad pacis conſilia confugiens, fecialem ablegavit ad Mantuæ Marchionem, qui præcipuus erat Veneti exercitus ductor, alium etiam Caduceatorem miſit ad Cajatſium Comitem, Ludovici clientem in paucis carum, qui omnes Regi liberum iter concedi eflagitarent: præterea juſſu Caroli Comminæus literas dedit ad ambos Venetæ Reipublicæ Rectores, quos *Proviſores* vocant, impenſe rogans, ut colloquii copia Regi daretur; aſt hi illum nequidem reſponſo dignati ſunt, hacque Caroli petitione fœderati magis ſtimulati, prælium conſerere omnino decreverunt, ſpe freti, Gallorum exercitum nullo negotio profligatum iri; unde Itali magna roboris fiducia decepti, relictis protinus *La Vigne journ. du Voyage de Charles VIII.*

Sæcul. XV. A C. 1495.

munitionibus torrentem Tarrum trajiciunt, moxque Marchio Mantuanus copias ſuas in novem agmina partitur, atque Itali ſexcentos Albanenſes ex acie ſubducunt, qui continenti prælio Gallos tota, quæ pugnam præcedebat, nocte laceſſerent, eosque ſubtracto quieſcendi ſpacio ad ſuſtinendos poſteræ diei labores minus idoneos redderent, nec inani ſane conſilio; nam etſi hoc artificio haud uſi fuiſſent Itali, cœli tamen inclementia Gallorum vires fregiſſet, quia præter diſturbatum procellis ac imbribus aerem, & furentium Auſtrorum violentiam, etiam nubes creberrimo ruptæ tonitru, tam horrendis fragoribus aures verberabant, ut nullam prorſus quieſcendi libertatem tota nocte Gallis concederent, cunctis ex hac ipſa tempeſtatis injuria ſibi quævis adverſa præſagientibus.

§. XLIII.

Gallorum copiæ in aciem collocatæ.

Comm. l. 8. cap. 6.

Tandem exacta continuos inter nimbos, atque turbines nocte, lux matutina cœlo, nubibusque ſilentium, & concordiam reſtituit; unde Rex feria ſecunda die ſexta Julii verſus ſeptimam anteluca-ni temporis horam copias ſuas in aciem diſtribuit, inſidens generoſo fuſci coloris equo, qui altero oculo privatus vulgo *Sabau-*

Sabaudus dicebatur, eoquod illum Rex a Carolo Sabaudiæ Duce, cum Taurinum peteret, dono accepiſſet: ergo Rex, ex ſententia ſuorum Belliducum longa militia effæratorum curas, exiguumque, qui ei ſupererat exercitum ita partitur, ut ſelectiores copias, quarum mediam tamen partem jamjam amiſerat, in primam aciem collocaret, cumque haud dubium eſſet, fæderatos incæpti certaminis gloriam Mediolanenſis Ducis legionibus delaturos, Carolus primo agmini centum Cataphractos Trivulcio ductore adjunxit, qui tamen ferme omnes natione Mediolanenſes erant, olim a Ludovico patria expulſi, bonisque ſpoliati: mediam vero aciem Rex ipſe duxit, quem ſeptem voluntariæ militiæ adſcripti, viri ad pericula fortes ſtipabant, ac de Regis ſalute ſolliciti, iisdem omnino armis, veſtibus, ac inſignibus, quibus Rex induebatur, ſeſe ornabant, eo conſilio, ut regiæ perſonæ inſidiantium ſtudia fallerent, ac diſcriminis, cui Carolus ſeſe exponeret, partem in ſemetipſos derivarent: denique Rex Trimollio ultimi agminis imperium deferre decreverat, cujus tamen precibus datum eſt, ut ei ad Regis ſui latus equeſtre agmen ducere liceret: Carolum vero ſequebantur, Ligniacenſis & Guiſienſis Comites, Nothus Borbonius, Piennes, Bonnevalius,

Sæcul. XV. A.C. 1495.

Sæcul. XV. A.C.1495

lius, Monnerones, & Genouillacus: postremæ autem aciei præerat Joannes de Fuxo, Vice-comes Narbonenſis, atque Aureliæ Ducis levir. Tandem Odeto Centurioni cura demandata erat impedimentorum, quæ tamen ad ſiniſtram collocata toto prælii tempore, nemine excubias agente, neglecta jacebant, haud exiguo hujus incuriæ emolumento; inde enim victoriæ data eſt occaſio.

§. XLIV.

Fœderati exercitus Ordo.

Fœderatorum copiæ trans Tarrum caſtra ponebant, ac præprimis in Gallos tres diſtinctas acies movebant, quarum ultima totum Gallorum exercitum numero æquabat. Ergo primum agmen, ex Albanenſibus conflatum amnem Tarrum trajicit, quos ſequebatur Marchio Mantuanus, qui præter Albanenſes, atque Italos quingentis peditibus auctos, validam ſexcentorum cataphractorum turmam medius inter ultimum agmen, & Fornovum duxit, ac poſtremam hoſtium aciem aggredi conſtituit, dum interea Cajatſius Comes cum quadringentis equitibus trajecit, ac cum duobus peditum millibus eundem torrentem ferme primum Gallorum agmen pertranſiit, ea tamen cautela provide adhibita, ut ex altera fluvii

fluvii parte ducentorum cataphractorum manus ad subitos belli casus seposita permaneret, eique Hannibal Bentivolius praeesset; praeterea Marchio Mantuanus ad eandem Tarri regionem Antonium de Montefeltro Urbinensis Ducis Nothum cum alia equitum legione properare jussit. Saecul. XV. A. C. 1495.

§. XLV.

Fornovienſe prælium.

His ita dispositis, Marchio Mantuanus in ultimum Gallorum agmen copias suas duxit; hi quoque signa in hostem convertunt, primosque foederatorum impetus, invicto robore excipiunt, ac fortiter utrinque dimicatur, aequata pene victoriae gloria, sed tandem nihil propius videbatur esse, quam ut Carolus Rex, & Joannes Fuxus hostium potentiae succumberent; cum enim improvide numerosae foederatorum turmae Tarrum trajiciendi libertatem, & damna ex fluminis transitu illis illata reparandi spacium indulgerent, adeo mutata erat praelii facies, ut nec infracta Gallorum pertinacia ultra obstare posset, quo minus hostium agmina in mediam aciem prorumperent, jamque Marchio Mantuanus ad vexillum album(*), ubi Rex praesens aderat, penetraret, ac collatis ferocius signis, longiusque abreptus ad primos usque dimicantium ordines perveniret.

Sæcul. XV. A. C. 1495.

Præterea Rudolphus Gonzaga tam prope Carolo impendebat, ut vigesimo duntaxat passu a Rege semotus, Nothum Borbonium captivum abstraheret, ipsique Carolo proximum æqualis infortunii immineret periculum: ast hanc ipsam hostium audaciam Galli multo vulnere, gravique clade plectebant; hi enim aciem instaurant, & hostilem secundi agminis impetum tam invicta fortitudine, ac constantia sustinent, ut per medias Mantuani Marchionis copias opportune perrumperent, tantamque stragem ederent, ut Marchiosuos haud amplius colligere posset; Rudolphus etiam Gonzaga, cum cassidis operculum demitteret, imperia daturus, derepente in facie hastilis ictu vulneratur, ac penes Marchionem exanimis corruit, qui & ipse captus fuisset, nisi ejus libertatem duo belli Præfecti proprio sanguine redemissent. Perierunt tamen Rainutius Farnesius capite in duas partes sciſſo, & Picininus equo suo dejectus, equorumque ungulis protritus, pariterque sex alii cathaphractorum centuriones natione Itali in prælio occisi fuere, quorum infaustæ mortis beneficio Man-

Comm. l. 8. c. 6. p. 114.

(*) *Ita prima Gallici equitatus legio in Francia appellari usuvenit, eoquod album vexillum præseferat, quod eorum idiomate vocatur.* LA CORNETTE BLANCHE.

Mantuanus Marchio tandem sibi fugæ viam aperuit. Sæcul. XV. A.C. 1495.

§. XLVI.

Gallorum victoria.

Cuncta hæc victoriæ præludia potissimum debebantur intempestivæ prædandi cupidini, qua Albanenses acti, certatim ad Gallici exercitus impedimenta convolabant, cumque ea nullo milite custodita in itinere reperirent, tantam prædæ opportunitatem prehende intenti, obvia quævis invadunt, ac quam plurimos currus, mulosque secum abstrahunt. Horum socii, cum ceteros præda onustos conspicerent, relictis signis, protinus in spolia involant; cum vero illi ad firmandos gravioris armaturæ milites, quos Marchio Mantuanus ducebat, destinati essent, tumultuaria horum excursione prælii ordo plurimum turbabatur. Incessit pariter eadem diripiendi aviditas quoddam equitum agmen, cui Cajatius Comes præerat, & Albanenses sequebatur; unde Comes horum absentia tantopere perterritus hæsit, ut certamen auspicari renueret, quamvis reliquas tot haberet copias, ut non sine victoriæ spe prælii discrimen experiri potuisset: Interim Galli hanc fœderatorum confusionem in rem suam vertunt, atque *Com. lib. 8. c. 6. p. 112.*

Sæcul. XV. A. C. 1495. Italos gravis armaturæ milites, qui equitatu leviori muniti haud erant, immani ſtrage profligant, tandemque ipſos quoque pedites in fugam agunt, & Gallici lixarum, & calonum greges depulſo timore animum reſumentes, hoſtium longe plures gladio jugularunt, quam ipſimet veterani milites.

Equidem agmen illud, cui Marchio Mantuanus imperabat, per poſtremam Gallici exercitus aciem erupit, nihilominus tamen Joannes Fuxus tentato altero impetu Marchionis copias tantoperere perturbabat, ut diſperſæ ac diſſipatæ recedere, amnemque denuo trajicere compellerentur, cumque procella ingens imbrem violentius iterum effunderet, & Tarrus amnis profundo nimium alveo vada nusquam aperiret, quam plurimi hoſtium aquis ſubmerſi perierunt, longeque plures fugæ iniquitas, quam prælii furor abſumpſit. Inter eos, qui flumine hauſti obierunt, numerabantur Aſcanius Martinengus Centurio, Antonius Scarampo, & Vincentius Veronenſis. Nec Cajatſius Comes in hac occaſione quicquam pro priſtina ſua militari laude dignum moliebatur; verebatur enim, ne ſolus hoſtibus intermiſtus relinqueretur, hinc prælii leges, de quibus cum Marchione Mantuano convenerat,

rat, prætermittebat; cum enim Gienſi Mareſcallo occurreret, curſum ſui agminis inhiberi juſſit, ac tertiam, quartamve ſuorum aciem jamjam profligari conſpexit, quin tamen vel pedem moveret, ſed Tarrum trajecit, nemine illius fugam remorante. Sæcul. XV. A. C. 1495.

Abs dubio victoriæ ſumma penes Gallos ſtetiſſet, niſi eam referendi, aut voluntas, aut dexteritas Gienſi Mareſcallo defuiſſet; ejus enim imprudentiæ datur, quamvis id Scriptorum nonnulli velut providæ circumſpectionis ſpecimen extollant, quod non modo ipſe immotus ſubſtiterit, ſed etiam tam Duces ſibi ſubjectos, quam eorum milites, qui victoriæ curſum ſtrenue proſequi anhelabant, auctoritate ſua cohibuerit, cujus rei cauſſas obtendebat Mareſcallus, quod poſtremæ aciei ſors incerta, ſibique haud cognita fuiſſet, ac præterea cum Regem in periculo vitæ verſari cognoviſſet, copiis ſuis ejusdem ſaluti proſpicere ſtuduiſſet, nec inanis erat Mareſcalli excuſatio; quidam enim Itali ex acie propulſati, diſperſos denuo colligebant, qui aut reportare victoriam, aut mortem oppetere parati, pugnam reſtaurabant, in ipſum Regem incurrentes, ac eum unico cubiculario, nomine Ambaſio ſtipatum, aggrediebantur, qui tamen hoſtium im-

Sæcul. XV. A C. 1495.

petus, qua vi qua arte fortiter repellere, jamjam decreverat, cum suorum auxilio, quod interea præstolabatur, opportune adjutus discrimini eriperetur: cum vero Galli ad ejusmodi pericula sæpius eluctanda, viribus ac numero impares essent, si forte Itali denuo aciem restituere tentarent, idcirco unacum Rege ad postremum agmen sese receperunt.

§. XLVII.

Mutua clades.

Comm. l. 8. c. 6. p. 116.

Nec tamen æqualis erat utrinque clades; juxta Comminæum enim, qui prælio aderat, e Gallis cecidit nonnisi unicus primæ nobilitatis vir, nempe Julianus Burgonovus, qui portæ regiæ custodibus præerat, præter hunc alius quidam Nobilis, ac Scotorum novem ex regiis custodiis, necnon equites in primo agmine pugnantes circiter viginti, & ferme sexaginta, aut octoginta famuli ad sarcinarum custodiam positi occubuerunt, adeo, ut occisorum numerus, juxta Guicciardinum non nisi ducentos, juxta Comminæum vero, centum duntaxat armatos complecteretur. Ex adverso in hostili exercitu pene quatuor millia desiderabantur, quos inter non pauci aquis submersi perierunt. Cæsi fuere trecenti quinquaginta cataphracti, octodecim

Guicci. hist. Ital. lib. 1.

Pro-

Proceres, quos inter erant quatuor, aut quinque Gonzagæ ex familia Marchionis Mantuani, qui ex subditis suis circiter sexaginta Nobiles amisit. Id præcipue Fœderatis vitio dabatur, quod de exercitu suo, nec Ducem, nec milites gregarios delegissent, exploraturos, quæ de noctu in Gallorum castris agerentur, quodque solidas triginta sex horas tanta languissent negligentia, ut Carolum Regem aufugisse, nonnisi postera die versus meridiem comperirent, quem quidem insequi conabantur, sed Tarrus ex continuis imbribus adeo excreverat, ut ante vesperam illum trajicere nullo pacto possent. Sæcul. XV. A.C. 1495.

§. XLVIII.

Gallici exercitus fuga inscio hoste.

Quamvis hoc prælium Gallis felix faustumque cessisset, nihilominus Veneti exercitum Caroli Regis immani clade deletum fuisse jactitabant; unde Venetiis Hymnum Ambrosianum solemniter decantari jubebant, atque in cunctis ditionis suæ urbibus festivos ignes in lætitiæ signum accendebant, populo exhibentes Regis tentoria, quæ Albanenses, dum sarcinas deprædabantur, occupabant: Interea tamen Gallorum copiæ altera post pugnam die stationem in acie quiete tenuerunt, & nonnisi feria quarta *Com. l. 8. c. 6. & 7.*

die

Sæcul. XV. A.C. 1495.

die octava Julii antelucano tempore recesserunt, adeo tamen occulte, ut earum fuga fœderatis nonnisi versus meridiem innotuisset. Ergo totus exercitus Placentiam versus movit, nemine transitum intercludente, Rexque discrimini sese subducere unice intentus, tandem die decima quinta ejusdem mensis Julii Astam pervenit, quo itinere ne unius quidem militis jacturam ab hoste passus est, viarum tamen asperitate, & commeatus penuria plurimum lacessitus.

§. XLIX.

Inanis Genuam occupandi conatus.

Post hæc Cardinales Ruverus, Fregosus, Vitellius, Fliscus, Adornius, ceteríque a Genuensium ditione proscripti Serefanam in patriam suam reversi sunt, ubi frustraneo conatu populares suos ad seditionem concitare studebant; cum vero nil amplius quam annonam, numerata prius pecunia, ab eis impetrare possent, eaque parcior civibus esset, ipsam ob causam Genuensium urbem obsidere properabant; ast brevi obsidionem solvere compulsi sunt, eoquod Ludovicus valido præsidio, quo cives in officio continebat, urbem muniisset, omnesque Gallorum naves, quæ in Genuensium portubus hærebant, aut incendio

dio absumptæ, aut fluctibus haustæ interiissent, & Sfortia quoque triremes occupasset; verbo, omnia ad frustrandum hujus expeditionis successum communi opera conspirasse videbantur. Sæcul. XV. A.C. 1495.

§. L.

Aurelianensis Novarriæ inclusus auxilium postulat.

Ceterum Fœderati Novarriensem urbem summo, eoque constanti impetu oppugnant, cumque confecto Fornovienſi prælio magnam capiarum partem eo misissent, obsessi ad tantas redacti fuere angustias, ut ferme bis mille incolæ, aut inediæ, aut morborum violentia jamjam confecti, necatique numerarentur: ubi vero Galliarum Regis exercitus Astensi urbi appropinquaverat, paulisper obsessi animum erigere cæperunt, moxque Aureliæ Dux, qui satis improvide sese urbi incluserat, alios & alios feciales ad Carolum Regem decrevit, supplices, ut ocius obsessis suppetias adferret: Verum Rex, aut quod alieno Aurelianensis periculo parum commotus esset, ac Novarriæ salutem suis rationibus haud multum conferre existimaret, aut forte quod expeditionis difficultate absterreretur, nonnisi molli brachio rem agere cæperat, nec re ipsa tanto molimi- *Comm. lib. 8. cap. 8. Guicc. l. 2.*

ni

Sæcul. XV. A.C.1495. ni par erat; quippe illius exercitus numero, ac viribus plurimum exhauſtus lanquebat, ex adverſo Fæderatorum copiæ plusquam triginta armatorum millia recenſebant, atque inſuper media earum pars, conſtans ex Germanis, quibus Imperator ſtipendia numerabat, cunctos aditus occupabat, ac ſumma ſolertia muniebat; nihilominus Rex ad Aureliæ Ducis libertatem animum adjecerat, cumque præſtolaretur adventum decem millium Helvetiorum, qui Ductore Divionenſi Præfecto Regem comitarentur, ipſe interea Aſta Taurinum contendit.

§. LI.

Carolus ex Italia diſcedere a Pontifice juſſus.

Guicc. l. c. Spond. ad hunc an. n. 19

Cum Carolus Taurini ageret, ab Alexandro VI. ſummo Pontifice nuncium excepit, qui Sanctitatis ſuæ juſſu Regi ſignificaret, intra decem dierum ſpatium cum ſuis copiis ex Italia diſcederet, ac nulla mora ſuos omnes e Regno Neapolitano educeret, alioqui ſub anathematis pœna ſeſe Romæ coram Pontifice ſiſteret. Aſt hanc citationem Rex prometita eluſit reſponſione, remque potius in riſum vertit, ad fecialem dicens, „ dum „ Neapoli redieram, ut Pontifici pedes „ reverenter oſcularer, Romam veni, „ me

„ me tamen Papa ibi expectare noluit, Secul. XV.
„ proin vehementer miror, quod nunc A.C.1495.
„ tantopere, ut Romam irem, urgere ve-
„ lit: verumtamen, ut eidem obtem-
„ perem, in id incumbam, ut mi-
„ hi viam, quæ Romam ducit, a-
„ periam, adeoque Sanctitatem ſuam
„ rogo, ut me expectare in urbe non
„ gravetur, ne denuo fruſtra hoc in-
„ commodum ſuſcipere cogar. „ Hoc Regis reſponſum aulicis riſum movit, fecialis vero protinus diſceſſit, ſatis contentus, quod pejora expertus non eſſet. Verum Pontifex ad hæc extrema prolapſus non fuiſſet, niſi eum Veneti, ac Ludovicus ſtimulaſſent, quibus ſe Gallorum potentiam haud ultra vereri, pabo ſatis rudimento edoctus fuiſſet, Gallarum Regem minas & Pontificis fulmina flocci pendere (*).

§. LII.

(*) Æquius ſentit Spondanus hæc verba ſubjungens: *Nec tamen propterea Regem Carolum ab illatis in Sedem Apoſtolicam injuriis, quæcunque illæ probatæ fuerint, aut ab oſtentata Alexandro Pontifici irreverentia excuſare ullo pacto aut volumus, aut ſuſcipimus. Sunt omnium teſtes hiſtoriæ, quæ rem determinent. Sic ille ad hunc annum num.* 19.

Sæcul. XV.
A.C. 1495.

§. LII.

Regis consilium de solvenda Novariensi obsidione.

Interea Rex continuo Pedemontii hærebat, ubi jam Astam, jam Chierium, aut Vercellas divertit, parum anxius de ferenda ope Duci Aurelianensi, utpote qui haud amplius tanquam proximus regni hæres colebatur, cum ipsemet Rex jamjam filium suscepisset Delphinum quatuor ferme annos natum: quapropter Senatorum, qui Duci minus favebant, consilia longe magis prævalebant suasionibus Brissonnetti Cardinalis, & Georgii de Ambasia Rothomagensis Archiepiscopi, qui Regi auctores erant, ut fœderatorum munimenta vi perfringeret, cum Ducis, Gallorumque, qui cum eo erant, salutem, libertatemque procurandi nullum aliud supereffet remedium. Tandem Rex repente sententiam suam mutavit, utque recentes, quibus Chierii in quandam nobilem fœminam Annam Sorelli nomine exarserat, amoris flammas honesto obvelaret prætextu, Sabaudiæ Ducissam rogavit, quatenus Vercellanam urbem ei concederet, ut Novariensi urbi magis expeditum afferret subsidium. Annuit Duciss, Rexque, licet nonnisi decem millia postulasset, viginti tamen millia

millia Helvetiorum obtinuit, quibus suppetiis auctus omnem intendit operam, ut civitatis obsidionem solveret, ac foederatorum obsidionales fossas circa urbem ductas superaret; hæc tamen ideo omnia dextre inventa fuere, ut rumor late disseminatus paulatim refrigesceret, quo passim spargebatur, quod longioris, quam rerum suarum ratio postularet, moræ causa fuerit immoderatus præfatæ mulieris amor. Sæcul. XV. A. C. 1495.

§. LIII.

Concordia Regem inter & Florentinos.

Hæc dum geruntur, interrupta resumuntur Florentinorum negotia, qui urbes suas sibi restitui petebant; nec concordiæ pactum ultra unam diem tenuit, caussam maturante pecuniarum inopia, qua Galliarum Rex premebatur: ergo utrinque sancitum I. Respublica Carolo mox triginta aureorum millia, & septuaginta millia Mompensierio Neapolis Pro-Regi numeraret, II. obsides daret sex civium præcipuos; III. Rex quantocius Florentinis redderet cunctas eorum urbes, exceptis Seresana, & Petra sancta, quæ Genuensibus restituerentur, si illi intra biennii spacium denuo Franciæ imperio sese subjecturi essent, alioqui Florentinis redderentur; IV. iidem *Guicc. l. cit.*

Secul. XV. A.C. 1495.

dem nunc ducentos quinquaginta Lancearios ſuis ſumptibus alendos in Neapolitani Pro-regis auxilium ſubmitterent. Verum omnes hæ pactiones Novarrenſis urbis calamitates neutiquam minuebant, quamvis obſeſſi horrenda fame cruciati, conſtanter in Regis fide perſtitiſſent. Non deerant, qui Carolo auctores erant, ut ad honeſtas deditionis conditiones deſcenderet: nec ab hoc conſilio Rex omnino alienus erat, primas tamen hac in re partes agere recuſabat. Equidem Palicius, aliique urbem commeatu, atque auctiore præſidio munire nitebantur, tentabantque alicubi hoſtium propugnacula armis ſuperare; verum usque adeo irrito conatu, ut etiam Itali Aureliæ Duci Franciſanorum conventum, & ſuburbium S. Nazarii eriperent; unde Aurelianenſis ceteris ſuburbiis ignem ſubjicere compellebatur, hujus obſidionis vi graviſſime arctatus, qui etiam malorum cumulo ſuccubuiſſet, niſi opportuni caſus beneficio feliciter ereptus fuiſſet.

§. LIV.

Montferatenſis Marchioniſſæ obitus.

Comm. l. 8. c. 4. tom. 2. p. 136.

Eo tempore Montferatenſis Marchionis vidua, quæ Caroli partibus ſtudebat, rebus humanis erepta eſt, annos nata viginti novem; erat filia Serviæ Regis a Tur-

a Turcarum Imperatore ditionibus spo- Saecul. XV.
liati, ejusque obitu tam tutella, quam A.C. 1495.
Principatus, qui Paleologo puero illius
filio obtingeret, administratio vacabant;
duo erant, qui de tutella Principis con-
tendebant, nimirum celebris ille Constan-
tinus defunctæ Patruus, qui antea Mont-
ferratum ad Marchionissam sese recepe-
rat: alter erat Saluciarum Marchio, am-
bo huic pupillo sanguine juncti, ac tam
regimini quam tutellæ sat idonei. Ergo
Statuum Ordines ad tutoris electionem
Casali conventum agunt, sed obstante
ingenti utriusque Competitoris auctori-
tate, res definiri non poterat; unde Ca-
rolus Rex veritus, ne alteruter horum
hac dissensione fretus, Mediolanensis Du-
cis opem imploraret, Casalim misit Phi-
lippum Comminæum specialis legationis
munere auctum, qui Ordines induceret,
ut rectorem suum, necnon Principis pue-
ri tutorem juxta legum præscripta eli-
gerent. Itaque Philippus Casalim con-
tendit, & post crebras consultationes
cum Optimatibus habitas, Constantino
suffragatus est, ceteris omnibus huic ele-
ctioni unanimi voto applaudentibus.

Secul. XV. A.C. 1495.

§. LV.

Comminæi molimina de Fœdere inter Carolum Regem & Venetos.

Interim Italiæ Principes ſub idem tempus, quo Novarrenſi obſidioni unice intenti erant, ad juvenem Montferrati Marchionem Oratores decernebant, qui nomine ſuorum Principum Marchioni de Matris ſuæ Marchioniſſæ obitu mærorem dolenter teſtarentur. Hos a Venetorum Republica ablegatos, ac præceteris quemdam Mantuani Marchionis menſæ Præfectum Comminæus optime noverat, hunc ergo ſub prætextu obſequii inviſit, miſcuitque cum illo colloquium, exponens, præſentem rerum viciſſitudinem omnino expoſcere, ut concordia cum Galliarum Rege iniretur; ſi enim aperto Marte rem dirimi contingeret, adventantibus Helvetiis horrendam utrinque cædem imminere, potius ergo opportuno pacis remedio humani ſanguinis effuſioni parcendum eſſe, denique præfatum Miniſtrum induxit, ut de concordia cum Venetis ageret, eo potiſſimum nomine, quod Dominum ſuum Mantuæ Marchionem ad pacis conſilia valde propenſum teſtaretur; cum vero ille ſubjungeret, Marchionem nullatenus priorem in componenda pace futurum,

Comm. ut ſupra p. 138.

turum, hinc Comminæus, ut hunc quo- Sæcul. XV.
que obicem ſubmoveret, ad ambos Rei- A.C. 1495.
publicæ Curatores per Caduceatores li-
teras miſit, quibus illi quantocius re-
ſpondebant, ſignificantes, ſe mox de Re-
gis animo ad concordiam propenſo Rem-
publicam edocturos, ejusque juſſa præ-
ſtolaturos. Ergo Veneti mandata ſua
expediunt, ablegantque Comitem Alber-
tinum, Ferrariæ Ducis Cubicularium,
Virum ad conciliandam pacem minus i-
doneum, eoquod Domini ſui partibus
plurimum ſtuderet, ille vero bellum pro-
rogari unice optaret, ut ditiones in Pen-
inſula Rhodigiana ad oram Atheſis ſitas,
ſibique a Venetis ereptas armis recupe-
raret: Igitur Comes, ut Regem a fœdere
averteret, Trivulcio ſeſe adjunxit, qui
hoſtium caſtra oppugnanda contenderat,
unde ambo ſeorſim Regi exponebant,
fœderatos Gallici exercitus adventu,
gravi timore turbatos eſſe, proin nec du-
bium fore, eos ad primos Francorum im-
petus obſidionem ſoluturos.

§. LVI.

Conſultationes de concordiæ pactis.

Verum Carolus certum hac ſuper re *Comm. l. 8.*
reſponſum Oratoribus dare differe- *c. 9. tom. 2.*
bat, donec Senatus ſui ſententiam ro- *p. 142.*

Sæcul. XV. A.C 1495.

gaſſet; aſt non eadem erat omnium opinio; quippe fœderatorum propugnacula expugnare placuit Briſſonneto Cardinali, Georgio de Ambaſia Rothomagenſi Archiepiſcopo, aliisque, qui Aureliæ Duci favebant: Trivulcius quoque odio in Mediolani Ducem ſtimulatus, horum ſententiæ acceſſit: potiſſima vero ceterorum pars, ac præcipue Arauſionenſis Princeps, qui non ita pridem ex Galliis advenerat, Trimollius, & Comminæus in diverſum abibant, rem compoſitione pacis dirimendam eſſe contendentes. Prævaluit etiam horum conſilium, ac Venetis ad concordiæ leges inclinatis, utrinque publicæ ſecuritatis literæ expediuntur, decernuntur Legati, ac denique ad mutua colloquia deſignatur locus in Mediolanenſi Ducatu haud procul a Novarrenſi urbe Bolgarim inter, & Camerinum interjacens. Prima congreſſus die inter eos convenit, Dux Aurelianenſis & Saluciarum Marchio, qui cum illo Novarræ incluſus erat, nulla mora cum omnibus ſuis famulis urbe excederent, & Vercellas ad Regis curiam pergerent, ea tamen lege, ut iisdem, vel aliis pari tamen numero famulis ſtipati, ſi forte pacis conſilia in irritum caderent, urbem obſeſſam repetant, ac præterea in conditionis hujus fidem obſides relinquant: Ut vero Aureliæ Du-

ci,

ci, ac Salutiarum Marchioni obsidionales fossas transeuntibus, ab omni insultus periculo cautum esset, ipsemet Mantuæ Marchio lubens sese obsidem obtulit. sæcul. XV. A.C. 1495.

§. LVII.

Primi pacis articuli effectui dati.

Verum non ita facilis erat executio hujus articuli de Aureliæ Ducis discessu, quam promptum esset illius desiderium; Præsidiarii enim milites tam Ducis, quam Saluciarum Marchionis absentiæ graviter obluctabantur, veriti, ne utroque extra discriminis aleam posito, ceterorum salus negligeretur; unde seditionem conflant, ambos Principes comprehendunt, ac non sine excubiis custodiunt, significantque, eos, cum illorum jussu in commune hoc periculum conjecti essent, pari se cum illis fato, aut libertatis, aut mortis socios omnino futuros. Ergo fides datur, illos, utcunque res esset, evoluto tridui spacio libertati asserendos esse, atque in promissi pignus Rochefortius Giensis Marescalli Nepos illis obses relinquitur. Nec pollicitationi integra fides deerat; quippe altera mox die Oratores communi suffragio decernebant, ut Galli ex pacto a Novarrensi urbe discederent, arcem non- *Comm. l. 8. c. 10. p. 144.*

Sæcul. XV. A.C. 1495. nisi triginta præsidiariis, unoque Duce munitam tenerent, his vero data pecunia commeatus suppeditaretur, donec fœderis pacto ultima manus accessisset; denique urbs civium præsidio defenderetur. Ceterum, ex quinque millibus, quibus præsidium constabat, ægre sexcenti recensebantur milites, qui ad arma gerenda idonei essent, nec ultra equites numerabantur, eoquod ad pellendam famem equi mactati fuissent.

§. LVIII.

Obstacula fœderis.

Comm. l. c. cap. II. Primis hisce articulis effectui datis, de summa fœderis agebatur, nempe de tradenda Novarrensi urbe; verum jam quintum decimum diem consultatio tenebat, quin tamen vel ulla conditio mutuo consensu firmaretur, imo adeo exarsere contendentium studia, ut Aureliæ Dux, qui colloquium dissolvi petebat, Arausionensem Principem mendacii argueret, ipsosque Helvetios concitaret, ut manus conseri, alta voce postularent.

§. LIX.

Articuli pacis cum Francia.

Nihilominus insuperhabitis hisce jurgiis, tandem fœdus die decima Octobris

bris utrinque firmatum est, cujus præcipuæ conditiones erant sequentes; I. Nullum declaretur pactum, quo Ludovicus XI. urbem, totamque Genuensium ditionem Francisco, & Galeatio, qui Sfortiæ Pater, & Ludovici frater natu major erat, cesserat; proin Genuenses denuo Francorum imperio adjungantur, salvis tamen eorum privilegiis, quæ, dum sese Carolo VI. subjiciebant, intacta petebant. II. Novarra Mediolanensis Ducis dominio subjecta permaneat; civibus tamen, ceterisque, qui Aureliæ Duci adhæserunt, anteactorum criminum oblivio indulgeatur. III. In pristinum statum, quo inveniebantur, reducantur triremes, & navigia, quæ Galli in Genuensium portus; invehebant, atque ad reparandam hanc injuriam Ludovicus suam quoque classem adjungat, illamque tribus Deciremibus augeat, usque dum Carolus VIII. Neapolis regnum plene recuperasset. IV. Ludovicus equitum, peditumque agminibus, quotquot terrestri itinere eo ducere libuerit, per Mediolanensem Ducatum liberum concedat transitum, ea tamen lege, ut uno agmine nonnisi quadringenti Cataphracti, ac peditum quatuor millia transirent. V. Idem omnibus armorum societatibus adversus Franciam initis nuncium mittat. VI. Carolo VIII. octoginta Ducatorum millia ad

Sæcul. XV. A. C. 1495.

Sæcul. XV. A.C. 1495. belli sumptus mutuo data condonet, quinquaginta vero aureorum millia pro iisdem expensis Aureliæ Duci solvat. VII. Trivulcio pristinos honores, ac reditus bonorum, quæ ærario adjudicata erant, restituat, simulque præter Sanseverinatem copias etiam, quas Pisas miserat, revocet, nec Sabaudiæ Duci ob transitus facultatem, aut subsidia Gallis concedenda bellum ullo pacto inferat, eademque commercii libertate Helvetii per universum Mediolani Ducatum fruantur. Cumque ad discutiendas huic fœderi accedendi rationes Veneti bimestre spacium postularent, Comminæus hisce pactis postremum hunc articulum adjici petiit, quo Ludovicus promitteret, quod, si forte Venetorum Respublica intra duos menses præfato fœderi accedere renueret, Gallique bellum ei nunciarent, adversus illam copias suas adjungere, aditumque concedere velit, ut in continentem illius regionem infestis armis irrumpere valerent; id quoque Ludovicus Gallis dedit, haud veritus, sibi per hoc insignis erga suos benefactores ingratitudinis maculam inuri.

§. LX.

§. LX.

Sæcul. XV. A. C. 1495.

Pacta a Carolo Rege, & Ludovico Sfortia firmata.

Vix hæ pacis conditiones proponebantur, cum Ludovicus mox eas manu suo firmaret, sola Novarram quantocius recuperandi spe animatus; cetera firmum fixumque habebat, se nullum, nisi e re sua esset, fœderis articulum servaturum: nec meliora Galliarum Rex a Ludovico sperabat, prævaluit tamen in eo ingens in Franciam redeundi cupiditas, unde concordiæ fœdus, inconsulto Senatu suo præceps firmavit: Helvetii vero, cum eos potissimum belli gerendi spes advocasset, fœdus honori rebusque suis tam exitiosum permoleste ferebant, atque ad prælia educi postulabant, Regemque arma in manibus tenentes compellebant, ut, nisi bellum gereretur, ex pacto inter Ludovicum XI. ac eorum pagos sancito ipsis bimestre stipendium solveret: quin etiam ipsum Regem prehendere statuebant: ea res Carolum tanto terrore perculit, ut præcipiti fuga, totoque pedum studio Tridinum, quæ Montferratensis Ducatus urbs est, sese reciperet, inde vero Gannayum Præsidem, & Commineæum ad Mediolani Ducem ablegaret, qui eum ad se venire rogarent: ast Duce repulsam

La Vign. journ. du voyage Charl. VIII.

Secul. XV. A C. 1495. repulsam dante, Carolus die decima quinta Octobris Tridino profectus, vigesima septima ejusdem mensis Gratianopolim pervenit, ubi adversa aliquot dierum valetudine detentus, nonnisi septima Novembris Lugdunum præsentia sua honoravit suis duntaxat aulicis stipatus; ceteri enim Galli ad suam quisque Provinciam reversi sunt.

§. LXI.

Ludovicus Sfortia fœdifragus.

Ludovicus Sfortia, recuperata tandem Novarra, datæ fidei immemor Genuam sibi vendicavit, nec triremes, nec naves ibi repertas restituit, tantumque abfuit, ut hisce navigiis cursum Neapolin versus prosequendi libertatem concederet, quin etiam eorum ministerio ad subvehendum in arces commeatum uteretur, eaque classi suæ utramque hanc arcem obsidenti adjungeret; quo facto Caroli res in Neapolis Regno summopere deficere, ex adverso Ferdinandi spes plurimum crescere videbatur; hic enim, cum quasdam adhuc urbes in sua fide retinuisset, ut faciliori negotio regnum suum recuperaret, clam cum Venetis fœdus pepigit, quo pollicitus est, se maritimas urbes, quas in Apulia denuo occupaturus esset, Venetis pignoris loco cessu-

ceſſurum, donec ipſis ſumma expenſas adæquans inde proveniret. Placuere Venetis hæ conditiones, forte quia Gallos ex Italia pellere firmiter decreverant, aut quod facilius ſub Principe imbecilli, qualis erat Ferdinandus, quam ſub Galliarum Rege votis ſuis potiri ſperaſſent. Ergo Marchio Mantuanus cum copiarum reliquiis, quæ ex Fornovienſi clade ſupererant Neapolis oram relegit, Brunduſium, Hydruntum occupavit, ceterasque omnes urbes, quæ Venetorum rebus magis opportunæ erant, cepit excepto Tarento, quam urbem Sullyus invicta animi fortitudine tuebatur. Sæcul. XV. A.C. 1495.

§. LXII.

Venetorum atque Hiſpanorum conſilia de redintegrando Ferdinando.

Hiſpani primis hiſce blandientis fortunæ auſpiciis ſtimulati, Venetorum conatibus favere aggrediuntur, ac unacum Ferdinando, qui hucusque in Ænaria, quæ eſt Siciliæ Inſula, agebat, Meſſinæ naves conſcendunt, ceterisque copiis, quæ terra procedebant, Conſalvum Fernandez de Corduba præficiunt, Virum, qui in nupero Granatenſi bello ante alios longe eminuit, ac ob fortitudinis *Guicciard. hiſt. Ital l 2. Paul. Jov.*

Sæcul. XV. A. C. 1495.

dinis laudem *Magni Belliducis* cognomen emeruit: Claſſi vero imperabat Villarmianus, maritimas autem Venetorum copias Grimanus, terreſtres Franciſcus Gonzaga ducebant. Ergo Conſalvus Regio-Julii, quæ urbs e regione Meſſinam reſpicit, exercitum ſuum in terram exponit, ac quorumdam nautarum opera civitatem occupat, Gallorum præſidium profligat, arcemque nonniſi triduo hoſtium impetus ſuſtinentem expugnat. Albinus, qui in Calabria imperabat, & Precii de Alegre copiis augebatur, Ferdinandum profligare decernit, unde exercitum ſuum ad Seminaram urbem admovet, quam antea a Conſalvo captam, Ferdinandus fatigatum corpus refecturus incolebat.

§. LXIII.

Hiſpanorum exercitus ab Albino profligatus.

Marian. hiſt. Hiſp. l. 28.

Itaque arma conferuntur, ubi Gallorum equitum turmæ Hiſpani equitatus ordines impetu facto perfringunt, ac quaquaverſum ferro viam ſibi aperiunt, usque ad Conſalvi agmina penetrantes, qui tamen haud expectata hoſtili aggreſſione mox pedem retulit. Ferdinandus quoque, equo ſuo jamjam trucidato, ipſus ab hoſte captus fuiſſet, niſi Joannes de

de Altavilla Termensis Ducis frater opportuno auxilio eidem equum suum suppeditasset, eumque periculo eripuisset. Tanto tamen terrore percellebatur Ferdinandus, ut nec Regii, nec in alia quacunque Neapolitani regni urbe morari ausus, Messinam repeteret. Sæcul. XV. A.C. 1495. Termini

§. LXIV.

Valida Ferdinandi classis ad Neapolis oram.

Abs dubio Albinus omnes hostium copias in captivitatem abstraxisset, proin Carolo Neapolis regnum vindicasset, si Hispanos Seminaram usque, quo confugerant, cunctatione remota insecutus fuisset; ast adversa valetudine obrutus, victoriæ cursum in posteram diem prorogabat, qua moræ opportunitate hostes bene usi, Seminara Regium sese receperunt. Interea Ferdinandus haud diu Messanæ hærebat, moxque ad eum quorumdam Neapolitanorum Optimatum literæ deferuntur, quibus significabant, se hoc unum destinatum habere, ut una omnes eidem adhærerent, dummodo ipsus Neapolin petere non cunctaretur: Unde Ferdinandus dextre captata benevolentia eorum, qui Hispanicæ classi præerant, iis annuentibus, simulque eum comitantibus, ad Neapolis oram reversus *Marian. hist. Hisp. l. 28.*

Sæcul. XV. A.C. 1495.

sus est, & conventione facta cum siculis Mercatoribus, qui opibus magis præditi proprias possidebant naves, brevi classem instruxit, sexaginta navigiis validam. Verum ingenti annonæ penuria pressus, jam tertio die omnem optati successus spem abjecerat, nihilque propius fuisset, quam ut Messinam rediret, nisi adversi obstitissent venti; interea tamen Neapolitani cives, phasello ad Ferdinandum misso, eidem nunciant: bono sit animo, cum certo certius res bene, ac feliciter eventura foret, dummodo quasdam copias urbi admoveret, ac verisimili ratione in vulgus spargeret, longe validiores brevi subsecuturas.

§. LXV.

Mompenserius ex urbe erumpens, Ferdinandum aggreditur.

Ergo Ferdinandus Neapolitanorum auxilio tutus, vela vertere jussit, moxque secundis ventis ad Neapolis oram appulsus est, ac nonnisi octingentis militibus stipatus, totidem vero nautis auctus, exscensionem fecit. Re comperta Mompenserius Pro-Regiæ dignitatis immemor, cum in præsenti rerum vicissitudine nec pedem extra mœnia movere, illum decuisset, sex millia selectioris militiæ, quæ urbem tuebantur, collegit,

legit, ipsusque Ducis partes agens, per illam erupit portam, quæ hosti in terram exscendenti propior erat, tamque inconsulta vincendi fiducia in Ferdinandi copias irruit, perinde ac si de victoria primo impetu reportanda certus esset. Verum vix prælium auspicatur, cum jam omnes urbis campanæ insonant, motæ seditionis inditia, moxque conjurati civibus sibi conciliatis, celebriores urbis regiones obsident, portas occupant, tamque ingentem excitant tumultum, ut Mompenserius sedandæ tempestati præsentiam suam maxime necessariam fore ratus, e prælio elaberetur, & confestim ad urbis portam advolaret, quam tamen non modo occlusam invenit, sed etiam strenue defensam a Viris, aut vincere aut mori paratis, qui in eum densam globorum, ac flammæ tempestatem effundebant, eumque ad castrum novum per longas, easque difficillimas viarum ambages fugere compellebant. Sæcul. XV. A.C.1495.

§. LXVI.

Ferdinandus Neapolin ingressus.

Hæc dum in urbe gerebantur, Ferdinandus opportunum nactus est temporis spacium, ut Neapolin ingrederetur, & copias suas civibus magis ad audendum projectis augeret, atque ipsas quoque

Sæcul. XV. A. C. 1495.

platearum, quæ ad arces ducebant, fauces excubiis muniret, eo consilio, ut castrenses fossores, qui valla, aggeresque erigebant, tueretur. Mompensierius cognito Ferdinandi adventu, comitante eum Ivone Alegrio, cum suis copiis arcem egressus, per spatiosam plateam in urbem penetrat, hostem e vallo deturbat, & viarum aditus oppositis doliis obstructos perfringit; ast ubi cum agmine suo plateas occuparet, Ferdinandi milites dextrorsum, ac siniſtrorsum domos involant, fenestras, & tecta obsident, indeque emissa in Gallos globorum grandine quam plurimos tanta strage conficiunt, ut Mompensierius ad castrum novum reverti, ac sese intra mænia recipere compelleretur. Ivo quidem altera ex parte ad medium Neapolitanæ urbis procurrit, ast præter Ecclesias S. Crucis, & S. Agathæ, necnon S. Laurentii monasterium non nisi duas arces Gallorum potestati subjectas servare poterat.

§. LXVII.

Mompensierius in arce obsessus, & ad deditionem compulsus.

Mompensierius in castro novo inclusus, nil reliquum habebat, quam ut signa inferentibus resisteret; tam arcte enim a Ferdinandi, Venetorum & Hispanorum

norum classibus cingebatur, ut undique Gallis accessus prohiberetur. Carolus comperta Neapolitanorum seditione Perronium de Baschi ablegat, dato negotio, ut classis Nicææ instructa quantocius vela faceret; interea vero Rex naves, quæ in finibus Genuæ in anchoris hærebant, ad Mompenserii auxilium excurrere jubet, hujus expeditionis cura Arbano demandata; hic quidem expansis pleno sinu velis hostium classi occurrit, quæ triginta duobus navigiis constans, Cajetæ in alto torpebat; ast Arbanus conspecta hostili classe tanto terrore turbabatur, ut ipsi lingua, & aqua hæreret, necnon consilii, mentisque inops nil in promptu haberet, quod ageret, nisi quod classiarios suos fugam arripere juberet, unde nullo ordine, unaque ex suis navibus jamjam amissa ad Liburni portum cursum relegit. Igitur Mompenserius omnis auxilii spe dejectus, ac famis violentiam ultra sustinendo impar, cum hoste pacisci tur, quod nisi intra triginta dies validæ mitterentur suppetiæ, Ferdinando ea omnia, quæ adhucdum Galli in Neapolis regno possident, reddere, regnoque excedere velit, ea tamen lege, ut sibi cum armis, & sarcinis per mare, vel per terram pro suo arbitrio cum plena securitate exire liceret.

saecul. XV. A C 1495.

Sæcul. XV. A. C. 1495.

§. LXVIII.

Precyus de Alegre Mompenserio opem fert, & Matalonem profligat.

Marian. l 26 Arbanus in his anguſtiis prehenſus, Albinum ſollicitat, ut collecto juſto copiarum numero, ac commeatu eum a periculo educeret; verum Albinus morbo affectus, Precyo de Alegre iſtius curam demandavit, qui rei gerendæ negotium lubens accepit: Ferdinandus vero re comperta quantocius cum delecta ſuorum militia Matalonem Comitem decernit, qui Precyo occurreret. Verum Comes inſidias, quæ eidem ſtruebantur, haud evitare poterat; Precyus enim agmen ſuum nimis laſſatum ac itineri proſequendo impar eſſe ſimulans, eandem, qua venerat, viam relegit, cumque a fronte tutus eſſet, commeatum ſuum ea ex parte collocavit, copias vero ſuas eo ordine inſtruxit, ut validiores extrema aciei occuparent. Nunciant interea Matalonis exploratores, quod Gallos, niſi mature eos ab æqui campi opportunitate excluderet, nunquam penitus profligare poſſet, eoquod illi facili negotio in Apuliæ urbes confugerent, a quorum civibus, cum ferme omnes Andegavenſibus adhærerent, non ſine jubilo excipe-

rentur.

rentur. Comes horum relatione animatus, Gallos, priusquam arctiores vias reliquissent, aggredi statuit, ac improvido plane consilio stationem suam deseruit. Equidem Gallis occurrebat, cum adhucdum in campo summe inæquali hærerent, nihilominus Precyus in primum Matalonis agmen irruit, illudque altero impetu feliciter tentato, protrudit usque ad mediam ejus aciem, quæ veteranæ Neapolitanæ militiæ tribus millibus, ac mille Vasconibus, qui omnes in prælio occubuerunt, constabat. Postrema Matelonis acies, cum sibi soli totam victorum, prælique molem incumbere intelligeret, cunctis dilabentibus, & ipsa periculum fuga prævertit, illud vero agmen, quod Matelo ad subitos prælii casus sepositum habebat, insciis Gallis Elbolim conduxit, ceteris Nolam, aliis Neapolin fugientibus. Sæcul. XV. A C. 1495.

§. LXIX.

Precyus ad castrum Ovi movet, sed in Calabriam profugit.

Ferdinandus hac suorum clade summe perterritus, jam in eo erat, ut soluta arcium obsidione cæptum expeditionis cursum sistere decerneret; attamen conjurati, qui Mompensierium Neapolitana urbis porta excluserant, necnon Prosper,

Sæcul. XV. A.C. 1495

& Fabricius ex Columnenſium familia fratres, relictis Caroli partibus, quamvis ab eo beneficiis cumulati eſſent, pœnæ tamen metu deſperationem ſtimulante, omne impenderunt ſtudium, ut fractum Ferdinandi animum erigerent, certiſſimi, de rebus ſuis conclamatum eſſe, niſi Rex ille priſtino regni ſui faſtigio redderetur: Itaque trecenti lancearii, qui Elbolim ſeſe receperant, Neapolin rediere, quo etiam Precyus de Alegre pervenit, ſuasque copias caſtri Ovi munitionibus admovit, ſed grandinantibus undique tormentis, ac volitantibus grandioris plumbi globis adeo ſuus decreſcebat miles, ut obſeſſos aggredi minime auſus, in Calabriam reverteretur: cum vero Proſper Columna fugientem inſequeretur, arma denuo conferuntur, atque levior Italorum equitatus tanto impetu funditur, ut usque ad cataphractorum agmina, quæ illum tuebantur, repelleretur; Avaloſus quoque Piſcariæ Marchionis frater natu minor, & Marchionis de Guaſto ſeu Vaſtii Pater in terram proſternebatur, cataphracti vero per media equitum agmina ferro ſibi viam aperientes, tandem una omnes fuga ſeſe eripiebant, in mediam aciem, ad quam confugerant, terrorem extendentes; ipſe quoque Ferdinandus, qui præillo præerat, cum multitudini turmatim irruen-

irruenti obsistere haud posset, promiscuo ceterorum impetu abreptus est, ac cum reliquis & ipse haud parum postremæ aciei dissipationem promovit. Sæcul. XV. A.C. 1495.

§. LXX.

Mompenserii discessus ab arce Neapolitana.

Abs dubio Ferdinandus funditus periisset, quin etiam captus fuisset, si Precyus fortunam rebus suis propitiam fuisse sciviſſet; ast excitatæ pulveris nubes a vento circumactæ adeo oculorum aciem perstringebant, ut victoriam, quam sui milites reportabant, nec mente nec oculis assequi posset, quocirca integram referre palmam negligebat: interea vero Ferdinandus copias suas augendi tantum accipiebat spacium, ut quiete præstolari valeret, donec terminus ex arce discedendi Mompenserio concessus expiraſſet. Post hæc Neapolis Pro-Rex cum pergeminam, quam Precyum mox reportasse contenderat, victoriam rerum faciem mutatam esse cerneret, se haud amplius datæ fidei religione teneri arbitrabatur; quapropter munimenta, quæ foris castrum novum cingebant, qua parte minus custodita essent, lustrat, suosque milites in unam aciem colligit, tantaque ferocia, qua majorem nec summa necis

Sæcul. XV. A.C. 1495. nec victoriæ aviditas inspirare posset, in hostem irruit, ac per gladiorum acies erumpit, nonnisi quindecim, aut viginti suorum desideratis; demum per ultimas cædes elapsus, San-Severinum versus se recepit, quod oppidum antea ab hoste captum denuo suis armis subjecit, necnon & castra sua ad vicina loca extendit, hancque stationem adeo firmiter tenuit, ut inde haud facile propelli posset.

§. LXXI.

Utraque Neapolis arx cum ceteris urbibus a Ferdinando occupata.

Mariana hist. Hisp. lib. 26. n 64. Comm. l. 8. c. 14.

Ceterum Ferdinandus Mompenserium ultimis hisce conatibus manifeste data deditionis fidem fregisse reputabat; unde perfidiam ulturus, quinque obsides sibi traditos neci dare animo constituit, imo etiam eos, ut animam ad mortem præpararent, admoneri jussit. Horum nomina erant, Ivo de Alegre, Marchia, Chapella, Roquebertinus, & Genlis, omnes primæ Nobilitatis Gallicæ Viri, consilio, manuque promptissimi, & ab ipsismet Ferdinandi Proceribus in honore habiti, quapropter ejusdem Senatores Regi exponunt, horum Optimatum nece adeo non rebus suis consultum iri, ut

la Marc

Raynald. hoc ann. num. 36.

ut potius ipsius conditio pejor evaderet: fore enim, ut Mompensierius omnes Nobiles, quos casus & fors in manum ejus daret, promiscuo interitu jugulari præciperet. Ferdinandus his rationibus cessit. Sæcul.XV. A C 1495.

Ceterum castrum novum non nisi viginti diebus expugnantium impetus sustinuit, ac demum sexta Octobris die Ferdinando reddita est, octavo nempe abhinc mense, quo Carolus Galliarum Rex hanc arcem ingressus erat. Pari quoque fato Castrum Ovi, præsidiariis tantisper resistentibus, Hispanis cessit, brevique reliqua regni pars horum exemplum sequebatur. Præterea Consalvus totam Calabriam Gallis eripuit, ac præter Capuanos, qui Ferdinandi partibus sese addixerunt, tota quoque Apulia Gallorum jugum excussit, Salernum quoque, Aversa, Arx Montdraconia, ac plurimæ aliæ urbes Gallorum præsidia expulerunt, atque Arragonensium vexilla erigentes, Franciam diris execrationibus devoverunt, paulo post Mompensierium regno excedere compellentes.

§. LXXII.

Comminæus pacem cum Venetis inire nisus.

Dum Neapolis arces obsidione premebantur, interea Comminæus Venetiis *Comm. l. 8. c. 12.*

Sæcul. XV. A.C. 1495.

tiis agebat, totusque in eo erat, ut Reipublicæ Rectores ad acceptandas pacis conditiones induceret, quarum tres potissimum proponebat. I. Monopolim, quam Gallis eripuissent, iisdem restituerent. II. Mantuæ Marchio copias suas e Neapolis regno evocaret, ac Ferdinandi stipendiis nuncium mitteret. III. Veneti palam denunciarent, Ferdinandum nullatenus adscriptum esse Fœderi, quod inter Papam, Romanorum Regem, Regemque Hispaniæ, & Mediolani Ducem initum fuisset. Veneti, priusquam Comminæo responderent, crebris supplicationibus, atque eleemosynis mentes suas illustrari a Deo efflagitabant, tandem vero decima quinta ex post die cuncta Comminæi postulata omnino rejiciebant, eidem significantes, Rempublicam Galliarum Regi bellum haud intulisse, equidem copias subministrasse, non alio tamen consilio, quam ut Mediolanensium Duci fœderato suo, in cujus interitum Carolus jurasset, suppetias ferrent. His addiderunt, Ferdinandum, consentiente Papa, Neapolis regni clientelam apud Galliarum Regem professurum, necnon Franciæ quotannis numeraturum quinquaginta Ducatorum millia, quæ a Venetis mutuo danda essent, ea tamen lege, ut Brundusium, Hydruntum, Tranium, aliæque Apuliæ urbes eorum domi-

dominio ſubjicerentur, Tarentum vero, cum adhuc Gallis pareret, Regi cederetur. Denique Veneti Carolo offerebant centum triremes ſuis ſumptibus inſtruendas, & quinque millia equitum, ſi forte Rex Turcis bellum nunciaturus eſſet. Sæcul. XV. A.C. 1495.

§. LXXIII.

Delphini Franciæ obitus.

Verum Comminæus cunctas haſce propoſitiones nonniſi vana eſſe effugia, haud temere ſuſpicabatur, hinc Venetis valere juſſis Lugdunum, ubi Carolus tum agebat, contendit. Bimeſtre, aut paulo amplius effluxerat ab adventu Regis in hanc urbem, cum nuncium accepiſſet, Delphinum unicum ejus filium vivis ereptum fuiſſe, quo triſti fato Rex ad tempus voluptatibus ſuis modum frœnumque injecit: verum paulo poſt ad priſtinas ſuas cupiditates rediit. Anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo Delphinus ſacro Baptiſmate ablutus, ac Carolus Rolandus nominatus eſt, & tertium nonniſi ætatis annum agebat, cum ſupremam vitæ diem clauderet. Præmaturo illius obitu Regina dolore nullis ſolatiis leniendo afficiebatur, Rege nequicquam mæſtum illius animum recreare intento. *Comm. l. 8. c. 13.*

§. LXXIV.

Sæcul. XV. A. C. 1495.

§. LXXIV.

Mandata Regis de urbibus Florentinæ Reipublicæ reddendis neglecta.

Guicc. l. 2. Paul. Jov.

Equidem Galliarum Rex pacto fœdere Florentinis urbes suas restitui imperabat: ast minime res ad effectum deducta est; unde Florentini Oratores pactis integram fidem præstari, omni ope & opera contendebant: Venetorum autem Respublica Pisanis suppetias ferre simulabat, ne Florentini urbem hanc occuparent, quam tamen iidem Veneti re ipsa suo imperio adjungere meditabantur: idem quoque consilium Ludovici Sfortiæ animo insedit, nec inanis erat illius spes; Pisani enim, ne denuo Florentinorum jugo subjicerentur, cujuscunque demum Principis imperio sese submittere parati erant: quapropter Florentinorum Oratores vehementer instabant, ut juxta data sibi a Rege fidem urbes redderentur; Annuit Carolus Florentinorum postulatis, illosque, qui præfatas civitates tenebant, eas restituere jussit; hi vero obtemperare haud solliciti, illas Pisanis, ac Venetis pacto pretio vendiderunt. Carolus Entrageſio negotium dedit, Pisas, ceteraque Reipublicæ urbes Florentinis traderet; verum ille etiam jussa exequi neglexit,

glexit, ac repetita Gallicæ curiæ manda- Sæcul. XV.
ta perperam eluſit, vel Piſanorum auro A.C. 1495.
corruptus, vel ſecreto Regis mandato inſtructus, quo his urbibus minime excedere jubebatur, vel demum mandatum tranſgredi juſſus a Cardinale Briſſoneto, qui Piſanorum fautor Entrageſio pollicitus eſt, ſe illum, quidquid futurum eſſet, ſemper metu ac periculo ſoluturum. Quocirca hæc controverſia non niſi ineunte anno ſequenti compoſita eſt, & quidem tranſactione non modo Florentinis parum proficua, ſed etiam admodum moleſta.

§. LXXV.

Ferdinandi connubium cum Nepte ſua.

Ferdinandus unice eo curas intendit, ut Gallos penitus e Regno Neapolis propulſaret, cumque rebus ſuis nullum amplius præſidium in Mediolanenſium Ducis potentia repoſitum ſciret, eoquod ille reddita Novarræ urbe in gratiam Caroli Regis rediiſſet, in Regis Catholici auxilio omnem fortunæ ſuæ ſpem collocabat: Is igitur, ut Regem hunc arctiori amicitiæ vinculo ſibi devinciret, filiæ ejus nuptias expetit: Aſt Rex Catholicus Neapolitani belli exitum, ſortemque præſtolaturus, nullo certo reſponſo poſtulata

Marian. l. 26 n. 62.

exce-

Sæcul. XV. A.C. 1495.

excepit; unde Ferdinandus in aliis consiliis, atque nuptiis opem quærere compellebatur, valuitque successus; quippe paternus ejus Avus secundis nuptiis sibi Catholici Regis sororem desponsaverat, atque ex hoc thalamo non nisi unicam suscepit filiam tum duodecim annos natam; equidem illa, cum Ferdinandi Neptis esset, Neapolitano haud nubere potuisset, quin publicæ honestatis leges violaret: nihilominus ad hoc connubium Ferdinandum stimulabat propriæ utilitatis ratio, quæ in præsenti rerum suarum statu plurimum promoveri posset; hoc enim novo amicitiæ fœdere Regem Catholicum facile induci sperabat, ut eum adversus Gallos tueretur, eundemque, si forte in Neapolis regnum jus quoddam haberet, haud ægre ejusmodi juribus ob conjugalem societatem cessurum sibi policebatur. Præterea hæ nuptiæ potissimis Italiæ Principibus probabantur, ipse quoque Pontifex iisdem consensu suo suffragatus est, atque impedimentum, quod illas morabatur, auctoritate Apostolica sustulit. Ergo Ferdinandus tori consortem accepit Joannam Neptem suam, Reginæ viduæ filiam, ac Principem tredecim vel quatuordecim annos natam. Comminæus hæc verba subjungit: *Horrenda res videtur hujus matrimonii commemoratio.*

§. LXXVI.

§. LXXVI.

Sæcul. XV.
A. C. 1495.

Rex Luſitaniæ fœderi adverſus Gallos adſcribi recuſans.

Ab eo temporis articulo fœderati Principes nil intentatum relinquebant, ut ceteros quoque Principes ſocietati ſuæ adverſus Carolum Regem adſcriberent. Ipſe Rex Catholicus Luſitaniæ, & Angliæ Reges aggregandi negotium in ſe ſuſcepit: aſt haud diſſimulanter repulſam tulit a Luſitano, qui Hiſpaniæ Legato ſignificabat, veteri amicitiæ vinculo Luſitaniam Gallis eſſe junctam; illud ergo diſſolvere, nec æquitatis, nec proprii honoris rationem ſuadere. Aliunde Luſitaniæ Rex in Papam indignationem concipiebat, eoquod Georgium Filium ejus Nothum juſtorum natalium dignitate donare renuiſſet, hancque repulſam tam indigne ferebat, ut Maximilianum Imperatorem Patruelem ſuum ad cedendum juri, ſi quod nomine Eleonoræ Imperatricis Matris ejus in Regnum Luſitaniæ haberet, inducere, illudque in Gregorium transferre conaretur; non enim ignorabat, niſi ille ſuccederet, regnum, in quo hucusque pax floruiſſet, certe diſſidiis, ac tumultibus ſciſſum iri. Ceterum in Anglia non modo Henricus VI. acriter ſtimulabatur, ut fœderatorum ſocie-

Marian. l. 26 n. 60. Surita to. 5. l. 1. c. 99. Raynald. n. 45.

Sæcul. XV. A.C. 1495. societati adversus Franciam nomen daret, sed etiam nuptiæ offerebantur Arturo ejus filio natu minori, ac Regni successori cum quadam Castellæ Infante, nomine Catharina: Nec consilium eventus fefellit; Henricus enim Legatos ad Ferdinandum, & Isabellam decrevit, qui has nuptias confirmari postularent; præterea Robertum Sherburnum Romam ablegavit, qui summum Pontificem ad armorum fœdus adlegeret, quod & ipse die vigesima tertia Septembris anni sequentis ratum habebat.

§. LXXVII.

Teneriffa Regibus Catholicis subjecta.

Marian. hist. Hisp. l. 26. n. 59. Jam plurium annorum curriculum evolvebatur, quo Rex Catholicus Insulas Canarias suo imperio subjicere, animo agitabat; hoc autem anno Alphonsus de Lugo hujus expeditionis Dux Teneriffam & Palmam Insulas Castellanæ coronæ adjunxit. Harum prima prisco nomine Nivaria Insula vocabatur, satque amplo circuitu circumscribitur, pluresque pagos & loca recenset, quorum præcipue hæc nomina celebrantur, Laguna, Diva Crux, Gartico, San-Christovallis, & Rialejum. In eadem Insula exurgunt litora admodum alta, præprimis vero in illa memo-

ratu

ratu dignus est Mons oppido sublimis, & medium occupans Insulæ, quæ Pic d'Adam seu Tenariffa vocatur, eoquod altitudine ceteros omnes universi orbis montes superare credatur; ejus enim fastigium ad quindecim leucarum spacium attollitur, illiusque culmen Adamante superbit, quem nautæ licet quinquaginta aut sexaginta milliarium intervallo discreti essent, suis tamen telescopiis detexerunt, eumque hodie velut itineris sui indicem, ducemque respiciunt, ac communi ferme suffragio potior Nationum pars lineam Meridionalem per hunc montem ducit. Hæc Insula, cum Hispanorum armis cederet, Regi suo parebat, qui regno pulsus Venetias contendit, ubi rei novitas, inculta Viri facies, vestes, idioma, atque mores, Venetos in admirationem rapuere. Suprema Canariarum Præfectura in laboris præmium Alphonso de Lugo credita est, cujus etiam solertiæ demandata est ceteras Canariæ Insulas detegendi sollicitudo, quæ postmodum Castellæ regno perpetuo jure adjunctæ fuerunt.

Saecul. XV. A. C. 1495.

§. LXXVIII.

Joannis II. Lusitaniæ Regis obitus.

Postquam Lusitaniæ Rex fœderi contra Gallos inito subscribere recusave- rat, *Christoval de Ferraria in vita Joa. II.*

Sæcul. XV. A.C. 1495.

rat, haud diu amplius vita ſuperſtes erat, ſed die decima quarta Septembris, ut Mariana teſtatur, ſeu ut alii volunt, vigeſima quinta Octobris hydropiſi abſumptus, vivere deſiit Anno ætatis ſuæ quadrageſimo primo, Regni decimo quarto. Tum Albori in Algarbia agebat, ubi Termis utebatur. Princeps erat virtutum laude, ac æquitatis præſtantia ſumme commendandus, vitia plectendi, ac proborum merita remunerandi ſtudio inſignis, magnoque Chriſtianæ religionis propagandæ zelo clarus, nam is liberam Verbum Dei in remotis Provinciis prædicandi viam aperuit, unde & *Magni* cognomen emeruit: Hiſpani tamen Scriptores, inepte licet, illum ignaviæ inſimulant, quod Pontificis, eorumque Regis fœderi adverſus Carolum nomen dare recuſaſſet. Sub primis Regni ſui auſpiciis nonnulli Proceres Joannem Regem acriter vexabant, ille vero diſſipatis ſeditioſis eorum conſiliis rebellionis principes trucidari, atque inter ceteros Ferdinandum Bragantiæ Ducem capite plecti juſſit. Denique incredibili ardore colonias Luſitanas in Indiis, atque in Africa conſtituere adlaborabat, atque complures arces apud Guineas conſtrui curabat, qua ratione S. Evangelii Præconibus liber ad barbaras gentes patebat acceſſus, non ſine maximo Religionis Chriſtianæ propa-

Surita to. 5. lib. 2. c. 15.

Guinee

propagatæ incremento. Ejus Corpus in alio loco primitus ſepultum, poſt annos quatuor ad Majorum Luſitaniæ Regum monumenta Aljubarotam delatum eſt, ubi idipſum incorruptum ac integrum viſebatur, imo populi credulitas illum miraculis quoque inclaruiſſe affirmabat. Sæcul. XV. A. C. 1495.

§. LXXIX.

Emanuel Beiræ Dux Joannis Succeſſor.

Cum Joannes nullam prolem legitimam ſuperſtitem haberet, Alphonſus enim ejus filius ante obitum Patris e vivis exceſſerat, Succeſſorem deſignavit Emanuelem Beiræ Ducem, Patruelem ſuum, ac Ferdinandi Viſai Ducis Patrui ſui Filium, cui tamen, ſi prolibus non relictis morte præriperetur, Georgium filium ſuum Nothum ſubſtituit, ac ſupremum Ordinis Chriſti Magiſtrum, necnon Conimbriæ Ducem nominavit. Ex eodem quoque Georgio Duces de Aveiro originem trahunt, nominis gloria, atque potentia inter ceteras Regni familias longe celeberrimi. Ergo communi omnium ſuffragio Luſitaniæ diadema Beiræ Duci defertur, atque in urbe Alcaſarienſi ad Sandanum Rex proclamatur, ubi tum una cum Regina Sorore ſua agebat, nonniſi viginti ſex annos natus. Spernebantur *Marian. ib. num. 61.*

Sæcul. XV. A.C. 1495.

tur Maximiliani Imperatoris jura, viquorum regni ſceptrum ſibi competere contendebat, eoquod Beirenſi Duce ætate major, proin annorum beneficio proximior hæres eſſet; adſtipulatæ quoque ſunt Maximiliano patriæ leges, quæ in ſucceſſionibus collateralibus tam ad regni coronam, quam ad cetera bona non ſtirpem, ſed ſexum, ætatemque eorum, qui in eodem Gradu affines ſunt, reſpiciunt. Verum communis omnium conſenſus Imperatoris rationibus prævaluit, acceſſere etiam novi Regis præclaræ dotes, quibus nullo ea ætate Principum inferior, plurimis ſuperior exſtitit. Hic quidem a Rege Catholico ſollicitabatur, ut ſe Principum fœderi contra Galliarum Regem adjungeret, ipſe tamen, prout Prædeceſſor ejus fecerat, ſuam cum Gallis amicitiam obtendit, interea tamen ſuas vires & fœdus ad Hiſpaniæ fines ab omni injuria tuendos libenter obtulit, ſi neceſſitas id exigeret.

Comm. lib. 8. cap. 17.

§. LXXX.

Suppetiæ ab Emanuele Venetis contra Turcas ſubmiſſæ.

Emanuel quieta regni poſſeſſione adepta, mox Joannis II. Prædeceſſoris ſui veſtigia premens in Africam trajicere ſtatuit, novas de Mauris reportaturus victo-

victorias. Ergo exercitum conducit, peditum viginti sex millia, levioris armaturæ equitum sex millia, ac octingentos cataphractos: Cum vero a Venetis rogaretur, ut eis contra Turcas, qui urbes eorum in Morea obsidebant, suppetias mitteret, quantocius decem armatorum millia triginta navibus imposuit, eisque Joannem de Menesez, quem postea Taravæ Comitem salutavit, præfecit: unde ad tempus magis opportunum suam expeditionem in Africam prorogavit. Ceterum classe ejus Venetias adpulsa, Turcæ jamjam fuga dilapsi fuerant. Secul. XV. A.C.1495.

§. LXXXI.

Gabrielis Biel, Angeli de Clavasio, & Roberti Caraccioli obitus.

Hoc anno Gabriel Biel patria Spirensis, ut nonnulli referunt Scriptores, naturæ debitum reddidit, unde alii Historici perperam illius mortem revocant ad annum Domini millesimum quingentesimum vigesimum. Is erat Theologiæ Doctor, ac Tubinganæ Universitatis Professor publicus, ab Evrardo Comite, qui hanc Academiam Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo condidit, ad tradendam Theologiam, ac Philosophiam accitus, quo munere non sine magno Scholarium profectu defun-

Sæcul. XV. A.C. 1495.

ctus est. Verum post emensa plurium annorum studia, ad Deventinum Monasterium Ordinis Canonicorum Regularium sese recepit, ibidemque solemni votorum sponsione se obstrinxit. Idem Cognomen *Collectoris* emeruit, eoquod *epitomen seu collectorium circa quinque sententiarum libros* edidisset: Præterea posteritati reliquit commentarium in Magistrum sententiarum, & expositionem super *Canonem Missæ*, in quo tamen ferme totum Eggelinkum Brunsvicensem transcripsisse videtur. Edidit etiam sermones varios, tractatum *de monetarum potestate & utilitate*, ac denique compendium libri Guilielmi Okami.

Eodem anno fatis cessit Angelus de Clavasio, qui in quodam pago ejusdem nominis in Genuensium ditione natus, Ordinis S. Francisci Religiosus, ac Cunei in Pedemontio Vicarius Generalis renuntiatus est. Is scripsit casuum conscientiæ summam, quæ a suo nomine Angelica dicebatur, & primo Venetiis anno millesimo quadringentesimo nonagesimo, quatuor autem post annis Lugduni, & demum Parisiis anno Domini supra millesimum quingentesimo sexto typis excusa prodiit. Idem etiam elucubravit tractatum de restitutione, alium-que, quem inscripsit, *arcam fidei*. Celebris

lebris Jurisconsulti æque, ac Theologi nomen adeptus est, magni habitus a Sixto IV., ejusque Successoribus, qui eum Nuncii Apostolici dignitate honorabant, atque ad colligenda pecuniarum subsidia pro bello Turcico designabant. Sæcul. XV. A.C. 1495.

Robertus quoque Caracciolus Licensis, quod Licii in Neapolis regno natus esset, cognominatus, hoc anno extremum vitæ diem morte confecit. Ferventissimus erat verbi divini Præco, ac solidos quinquaginta annos de rebus divinis mira in dicendo efficacia ex suggestu verba fecit, ad ejus sermones populo omni ex parte certatim confluente, suoque zelo, atque eloquentia illius ævi genio accomoda insigne nomen *alterius Pauli* emeruit. Primis juventutis suæ annis Ordinem Fratrum Minorum professus, demum famæ, ac meritorum suffragio ad Episcopalem Aquilanæ Ecclesiæ sedem evectus claruit. Acriter concionibus suis insectatus est depravatos ævi sui mores, fastum, ac Cardinalium, Romanæque Curiæ luxum; varios etiam conscripsit sermones, præter tractatum de organizatione hominis, & speculum fidei christianæ, potissima ejus opuscula collecta, ac in tria volumina digesta literis Venetis anno millesimo quadringentesimo nonagesimo, ac Lug-

Sæcul. XV A.C. 1495.

dunenſibus anno Domini quingenteſimo tertio ſupra milleſimum excuſa proſtant. Sepultus eſt Lugduni in monaſterio Ordinis ſui, ac legitur in ejus epitaphio duobus verſibus latinis ſcripto, quod a tempore D. Pauli Prædicator eloquentia magis celebris in orbe non fuerit. Id fors contigit ex eo, quod illi, qui hosce verſus ſcripſerant, eo celebriorem ignoraſſent, vel quod tanto encomio Ordinis ſui gloriam extollere nimium ſtudioſi eſſent.

§. LXXXII.

Cardinalis de Mendoza Archiepiſcopi Toletani extrema.

Aubery hiſt. Card. Onuph. Ciac. Mariana.

Hoc anno in ſacro Cardinalium collegio vacuam ſedem reliquit Cardinalis de Mendoza Archiepiſcopus Toletanus, qui tunc extremum vitæ diem obiit. Is anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo vigeſimo octavo tertia Maji primam lucem aſpexit, Innici Lopez Marchionis de Santigliana, & Catharinæ de Figuera Filius: cum vero ſcientiarum laude, jurisprudentia civili, & canonica, nec non aliis liberalibus artibus nemini coævorum cederet, hinc Alvareſius ejusdem Patruus, Toleti Archiepiſcopus Nepotis ſui meritis permotus, illum Eccleſiæ ſuæ Archidiaconum nominavit.

navit, atque ad aulam Joannis II. Caſtellæ Regis ablegavit, cujus favore Calacuritanus Epiſcopus nominatus eſt: Porro Henricus IV. Joannis II. Succeſſor cum illo graviſſima regni negotia partitus eſt, ac Seguntino Epiſcopatu auctum, Sixtus IV. ad inſtantiſſimas Regis preces purpura condecoravit anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio. Idem Henricus, qui anno ſequenti fatis ceſſit, poſtremæ ſuæ voluntatis executorem Mendozam ſcripſit; hic demum ſacro Collegio adſcriptus, vulgo Cardinalis Hiſpaniæ nuncupabatur, ac plurima, eaque inſignia præſtitit obſequia Ferdinando atque Iſabellæ, dum illi contra Luſitaniæ Regem bellum gererent, ac Granatæ regnum Mauris eriperent. Denique Hiſpalenſis, ac poſtea Toletanus Archiepiſcopus renunciatus eſt, quam Eccleſiam, cum mira prudentiæ & ſapientiæ laude rexiſſet, ineunte hoc anno undecima Januarii die ex hac vita migravit. Sæcul XV. A.C.1495.

§. LXXXIII.

Ximenius a Caſtellæ Regina ad Toletanam Sedem nominatus.

Mendoza vivis erepto, ingentes exorti ſunt tumultus, cum omnes Caſtellæ Proceres quemdam ex familia ſua pro-

Sæcul. XV. A. C. 1495.

propinquum Toletanæ Eccleſiæ præfici contenderent. Ceteris potentior erat Ferdinandi Regis Catholici auctoritas, qui Cæſar-Auguſtano Epiſcopo filio ſuo Notho plurimum favebat, cum vero nominandi jus Iſabellæ, utpote Caſtellæ Reginæ, competeret, illa vero paſſim omnes conjugis ſui ſpurios filios odio haberet, ſuffragio ſuo delegit quemdam Minoritam nomine Franciſcum Ximenium de Ciſneros, qui Reginæ a Confeſſionibus erat. Ergo Iſabella animi ſui propoſitum nullatenus Ximenio manifeſtans, clam diploma regium confici præcipit, in quo vacuum relinqueretur ſpatium pro inſcribendo nomine illius, qui ad Archiepiſcopatum eligeretur, ipſa vero Ximenii nomen propria manu inſeruit, ac diploma Romam quantocius miſit, ut nominatio Apoſtolicis literis confirmaretur; annuit Pontifex, & Regina, vocato ad ſe confeſſario ſuo, Papæ Bullas, quas in jejunio verno obtinuerat, ex pera extrahit, & Ximenium alloquitur, dicens, „ has literas mox Roma accepi, quæ „ ſua Sanctitas perſcribat, inſpice. „ Ximenius velut fulmine tactus hæſit, cum legeret inſcriptionem his verbis conceptam: *Venerabili fratri noſtro Franciſco Ximenio electo Archiepiſcopo Toletano.* Has literas Ximenius nequidem aperuit, ſed eas duntaxat reverenter deoſculatus Reginæ

Goniez de reb. geſt. Ximenis. lib. 1.

ginæ reddidit, inquiens, „ Auguſtiſſima, Sæcul. XV.
„ hæ literæ non ad me ſunt directæ, „ A.C. 1495.
his dictis mox aula exceſſit, ad conventum ſuum rediturus, ut ibidem hebdomadæ ſanctæ exercitiis vacaret, hunc vero Archiepiſcopatum nunquam acceptare, fixum in animo, deſtinatumque habebat. Regina, cum viri merita ſibi ſatis perſpecta eſſent, nihilque in illo eorum, quæ ad obeundam hanc Eccleſiaſticam dignitatem in regno ſuo ſupremam requiruntur, in Ximenio deſiderari cognoſceret, ejus repugnantiam, virtutemque plurimum admirabatur, nil tamen intentatum relinquebat, ut invitum licet, ad acceptandam ſui electionem inclinaret. Verum incaſſum omnia, ergo omnino Pontificis Maximi imperio eum urgeri oportuit, ut dignitatem acceptare cogeretur, quam tot ſupremi Principes immodice ambiebant. Itaque Pontificiæ auctoritati tandem paruit Ximenius, iis tamen legibus, ut nunquam ab Eccleſia Toletana dimoveretur, nec ullis Archiepiſcopatus præ reliquis in toto Chriſtiano orbe ditiſſimi penſionibus gravaretur, ac denique ne Eccleſiæ ſuæ privilegia, atque immunitates ullo pacto labefactarentur.

§. LXXXIV.

Sæcul. XV.
A. C. 1495.

§. LXXXIV.

Judicium Cameræ Imperialis a Maximiliano Imp. inſtitutum.

Hoc anno in Comitiis Imperii Wormatiæ celebratis Maximilianus Imperator ſupremum Cameræ Imperialis judicium inſtituit, ex conſilio Bertholdi Archiepiſcopi Moguntini, qui firmum fixumque tribunal erigi maxime neceſſarium duxit, eoquod ipſe diu Archicancellarii munere in Imperio functus vidiſſet, ſumma cum litigantium moleſtia cauſſas protrahi. Igitur hoc judicium primo Norimbergam anno ſalutis milleſimo quingenteſimo primo, ac ſecundo poſt anno Ratisbonam in Bavaria inferiore translatum eſt, poſtea anno milleſimo quingenteſimo nono Wormatiæ denuo inſtitutum, inde vero quarto poſt anno Spiram, ac tertia vice anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo Wormatiam, & poſt tres annos Eslingam, tandem vero anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo Spiram translatum eſt, ubi hactenus viget, Carolo V. firmum, ſtabilemque illius locum anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo ibidem decernente. Vi Pacis Weſtphalicæ huic judicio præſunt Judex religione Catholicus, & quatuor præſides, duo Catholici ac totidem Pro-

Serrarius hiſt. Mogun. lib. 5.

Proteſtantes, præter quinquaginta Conſiliarios, quorum viginti ſex Catholici, viginti quatuor vero Proteſtantes ſunt. Judex, qui Princeps aliquis ſeu Comes, ſeu Baro eſſe debet, nec non quatuor Præſides, quorum duo Sagi, ceteri togæ dotibus eminentes ſint, ab Imperatore nominantur. Hodierno autem tempore horum Miniſtrorum numerus decrevit, ſolusque Elector Trevirenſis, utpote Spirenſis Epiſcopus, hujus tribunalis Judex ſalutatur, nec plures quam duo Præſides, unus Catholicus, alter Proteſtans, & quindecim Conſiliarii, octo Catholici, & ſeptem Proteſtantes numerantur. Sæcul. XV. A.C. 1495.

§. LXXXV.

Gallorum res in Italia inclinatæ.

Interim continuo in Italia tumultus fervebant, & Gallorum res de die in diem ſemper magis peſſumibant; Neapolitani enim ſeditione mota Ferdinandum in ſua Metropoli receperunt, Papa etiam tantopere Gallis indignabatur, ut Genuenſibus, ne ulli Franciæ Regis navigio tranſitum concederent, interdiceret; Veneti quoque, cum rebus ſuis hoc bellum ſat propitium eſſet, diſſidia fovere ſatagebant, quibus acceſſit Ludovici Sfortiæ Mediolanenſium Ducis perfidia, *Guicc. lib 3. Belc. lib. 7.*

&

Sæcul. XV. A.C. 1496.

& Caroli Regis negligentia, qua in Gallias redux feliciter parta ſegnius tuebatur; verbo, cuncta iſta Gallorum rebus in Neapolis regno extremum præſagiebant exitium; His nec immerito ſubjungi poteſt ſumma Briſſonneti Cardinalis avaritia, qui pro ſuo arbitrio totam Regis aulam moderabatur, continuoque moras nectebat, forte, ut ſummi Pontificis, quocum clandeſtinam conſiliorum communicationem habere credebatur, gratiam aucuparetur, aut certius, ut commodis ſuis tam in Francia, quam in Italia melius conſuleret. Denique ipſimet Galli ad interitum ſuum ultimam admovebant manum; corruptis enim eorum moribus, atque in rebus gerendis imprudentia adeo proſtrata eſt illorum gloria, ut demum toto Neapolis regno pellerentur, & Albinus Mompenſerio Puteolis defuncto, ut mox memorabimus, exercitus reliquias in Gallias reducere compelleretur; hæc omnia Guicciardinus, Belcarius & Comminæus fuſo calamo deſcribunt.

§. LXXXVI.

Rex Angliæ fœderi Principum Italiæ adverſus Gallos adſcriptus.

Burch. MS. arch. Vat. ſig. n. 104. l. 2.

Cum vero eo tempore Gallorum res necdum penitus corruiſſent, atque Ponti-

Pontifex, necnon fæderati Principes consilia sua ad optatum exitum deducere desperarent, quamdiu ceteri Principes obsisterent; ideo illos ad suas partes pertrahere, præcipua omnium erat sollicitudo. Equidem, ut supra meminimus, Lusitaniæ Rex fœderatorum conatibus, ac suasionibus surdas præbebat aures, unde Angliæ Regem ad mutuam armorum societatem pellicere conantur. Hic quidem ob Perkini turbas domesticis rebus implicitus, ab exteris belli negotiis alienus, suisque fœderatis auxilio ferendo impar credebatur, missis tamen Legatis illum sollicitant, ut amicitiæ cum Gallis nuncium mitteret, eorumque vires inopina in Picardiam irruptione potenter distraheret. Hosce Legatos Henricus, cum nullam gloriæ suæ augendæ occasionem prætermitteret, haud vulgaribus benevolentiæ significationibus Londini excepit; verum a pristinis suis rationibus haud unquam recedere solitus, bellum Gallis nunciare, Angliæ regno minus proficuum fore arbitrabatur, præcipue in præsenti rerum vicissitudine, ubi Angli captata exteri tumultus occasione facile prætensis Perkini juribus suffragarentur; quapropter se apertum Caroli hostem profiteri renuit, pollicitus tamen, se summo Pontifici, ejusque fœderatis auxilia submissurum,

Sæcul. XV. A.C 1496.

Raynald. ad ann 1496. num. 1.

Bacon hist. Regni Henric. VII.

Sæcul. XV. A.C. 1496. surum, hancque mutuæ defensionis sodalitatem anno Servatoris millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto die vigesima tertia Septembris ratam habuit.

§. LXXXVII.

Lætitia Romanorum ob præfatum fœdus.

Quamvis Fœderati in promisso Henrici VII. auxilio non nisi infirmum haberent præsidium, nec magnos armorum progressus inde sperare possent, nihilominus accepto fœderis nuncio Romani communi gaudio triumphabant; exeunte enim mense Julio dicta armorum societas, quamvis ab Anglo necdum firmata esset, solemniter publicabatur, & Dominica ultima ejusdem mensis summus Pontifex, comitantibus eum cunctis Cardinalibus, consueta pompa equo vectus procedebat ad Ecclesiam S. Mariæ de populo, ubi Bartholomæus Archiepiscopus Cosentinus solemne sacrum de Spiritu sancto celebrabat in gratiarum actionem pro eo, quod Rex Angliæ fœderi inter Papam, Imperatorem, Hispaniæ Regem, Venetos, & Mediolani Ducem dudum contra Franciam publicato nuper nomen dedisset. Peracta re divina, antequam Papa populo bene precaretur, Adrianus de Corneto Clericus Camerae

Burchar. l. c.

meræ Apoſtolicæ, veſte, quam *cappam* vocant, indutus, ac Pontificis pedem deoſculatus ſuggeſtum conſcendit, orationem huic ſolemnitati congruam declaturus; Tandem Papa pœnarum condonationem publicavit, quam hymnus Ambroſianus conſueto ritu decantatus excepit, cui Pontifex verſiculos, & orationem ſubjunxit, ac Benedictionem impertitus eſt, demum vero eo ordine, quo Eccleſiam acceſſerat, palatium ſuum repetiit. Sæcul. XV. A.C. 1496.

§. LXXXVIII.

Mediolanenſium Dux omnes pacti conditiones transgreſſus.

Fœderati Principes ampla hac potentiſſimi auxilii ſpe animos erigunt, atque abolita, quam Galli ſibi primo in Italia conciliaverant, nominis fama, Ludovicus Sfortia, Novarrenſi urbe recuperata, de data Francis fide minime anxius erat; quinimo Piſas ſibi ſubjicere molitur, ſeque apertum Galliarum Regis hoſtem profitetur, eoquod ille duas arces hujus Reipublicæ præcipuas ſibi cedere recuſaſſet, unde Ludovicus validо militum agmine in Piſanam ditionem irruit. Aſt cum Entraguius, qui urbi ac Piſarum ſtatui præerat, ex præſidiis expeditam militum manum contraxiſſet, Sereſanellam adeo copioſe cunctis ad ſuſtinen-

Secul. XV. A.C. 1496.

stinendam obsidionem necessariis munivit, ut Fœderatorum audacia plurimum lanqueſceret, cumque imminens hyemis asperitas diutius ibidem hærendi spacium militibus præriperet, Fœderati Pisas occupandi consilium dimittere compellebantur, obsessis infracto robore urbem tuentibus.

§. LXXXIX.

Florentinorum urbes ab Entraguio divenditæ.

Com. l. 8. c. 14.

Guicc. l. 2.

Entraguius ex hoc Fœderatorum damno non parum res suas auxit; mox enim Pisanam arcem numerata viginti millium aureorum summa incolis tradembat, quo facinore, inquit Comminæus, duplex *Sacramentum Regis violavit; his enim Florentinis juraverat Carolus, quod eis Pisanam arcem unacum aliis oppidis restituere velit.* Præterea cum de Serefana, & Serefanella civitatibus cum Genuensibus ageretur, itidem Florentini has urbes recuperandi spe exuebantur, nec non a possessione urbis Petræ sanctæ arcebantur, cum hæc sex aureorum millium pretio Luccensibus divenderetur. Ergo Pisani primo arcem, quæ illos diuturna servitute coercuit, solo æquant, & Papam, Venetos, Ludovicum, necnon Italiæ Principes exorant, ut illos in

in ſuam fidem adverſus Florentinos reciperent. Hac Entraguii imprudentia Carolus Rex ſuppetiis fruſtrabatur, quas a Florentinorum ditione pro expeditione Neapolitana ſibi promiſerat, unde Entragulum exilio mulctavit, a quo tamen brevi revocatus eſt; Comes enim Ligniacenſis, quamvis & ipſe haud levioris, quam Entraguius erroris culpa teneretur, in intima Regis tamen familiaritate verſabatur, tantaque apud eum gratia, & auctoritate valebat, ut nullo negotio Entraguio amico ſuo redeundi veniam impetraret, ac ipſe, quamvis delicti ſui gravitas ſeveriſſimas expoſceret pœnas, impunis tamen evaderet (*). *Sæcul. XV. A. C. 1496.*

§. XC.

Mediolanenſis Ducis conatus de Mediceis Florentiam revocandis.

Ludovicus diſſipato Piſas occupandi conſilio, recta ad alia media accingitur, fœderatis exponens, Petrum de Medicis priſtino Florentinorum regimini reddendum eſſe; ſperabat enim ſe hac *Belcar. lib. 7. Guicc. lib. 3.*

(*) Severiſſimam ſane pœnam promeruiſſet; teſtatur enim Comminaeus cit quod hæc venditio *facta fuerit cum ſumma Regis infamia, Gallici nominis dedecore, & integra Regni Neapolitani amiſſione.*

Sæcul. XV. A.C. 1496.

via Pisis potiturum, si rursus Florentinis ad urbem regressus patesceret, eoquod id etiam antea Petrus Gallis concessisset, ea tamen lege, ut Florentinis avita eorum libertate frui liceret. Tandem, ægerrime licet, Ludovicus fœderatos, ut ejus consiliis annuerent, induxit, atque Virginio Ursino summum rei exequendæ negotium demandavit. Hic ergo copias suas Cortonæ admovet, spe fretus, occupata urbe Florentinos mox sese ejus imperio subjecturos. Verum hi explorato, quod Virginius clam in urbe fovebat, commercio præsidia commutant, novis copiis augent, proditionis auctores, sociosque castigant, ac primas Virginii legiones, quæ urbi propius accedebant, captivas abducunt, ipse quoque Ursinus paulopost a Ferdinando injuria affectus, fœderatorum stipendia deseruit, quo factum, ut Medicæorum familia nonnisi post emensum septendecim annorum intervallum pristinæ dignitati Florentiis redderetur: indigno enim animo ferebat Ursinus, quod non sine suo damno Ferdinandus Connestabilis honorem Columnensibus detulisset; quocirca, qui paulo ante Gallis acriter adversabatur, jam eorum partes tuendas suscepit, atque in auxilium Caroli trecentos cataphractos, ac tria peditum millia contraxit, ut Roberti de Lenoncurtio

curtio Victoriacensis Provinciæ Præsidi, ceterisque Franciæ belli Præfectis junctus, Ferdinandum oppugnaret. Sæcul. XV. A.C.1496.

§. XCI.

Auxilia a Mompensio petita parantur.

Eodem tempore tota belli moles Apuliensibus impendebat, fortuna tantisper Gallorum rebus adspirante; centum enim pedites Natione Germani a Fœderatis in Ferdinandi auxilium submissi copiarum, quas Mompensius ducebat, numero opprimebantur, tam communi clade affecti, ut ad unum omnes trucidati perirent. Galli delibuta hac victoria Foveam perveniunt, ac priusquam Ferdinandus urbis muniendæ labores absolveret, eum ad pugnam provocant, irrito tamen Gallorum ausu; Ferdinandus quippe eorum conatus ludibrio excepit, ac Mompensius, postquam vicinam regionem devastasset, ad urbis mænia sese recipere compellebatur. Verum vix discesserat, cum Ferdinandi exercitus novis copiarum suppetiis, quas Marchio Mantuanus, aliique adducebant, plurimum augeretur, quarum potentiæ Mompensius resistendo impar, Bellovaquadrensem Senescallum inducere cogebatur, ut Gallias repeteret, atque auxi-

Guicc. lib. 3. Belcar. l. 7.

Foggie.

Sæcul. XV. A. C. 1496.

lia accerſeret. Seneſcallus accepto negotio Regem, qui Lugduni agebat, adiit, ejus etiam poſtulata ſecundis auribus accipiuntur, cunctisque ea inſedit opinio, Gallici nominis honorem expoſcere, ut Neapolitana expeditio urgeretur. Horum rationibus acceſſit quoque auctoritas Comitis de Montorio a Neapolitanis Andegavenſi factioni addictis in Gallias miſſi, necnon Cardinalis S. Petri ad vincula, Caroli ab Urſinis, Vitelloſii e Vitellorum familia natu minoris, & Trivulcii, qui omnes jurati erant Ludovici hoſtes.

Bellcar. & Guicc. l. c.

Rex horum rationibus expugnatus, animo conſtituit, tria militum agmina conducere, quæ ſuperatis Alpibus in Italiam penetrarent; præterea decrevit, ut primo agmini, quod octingentis cataphractis, bis mille Helvetiis, totidemque Vaſconibus conſtaret, Trivulcius imperaret, ac primo Aſtam contenderet, ibique præſtolaretur Aureliæ Ducem, qui validiori adhuc milite ſtipatus ſequeretur, ſi tamen ſe ei jungere velit, dato inſuper eidem negotio, ut Mediolani Ducem infeſtis armis aggredi ſimularet, ut eidem terrorem incuteret. Hic idem Aureliæ Dux ſecundo agmini præeſſe jubebatur; Rex vero extremam aciem ducere conſtituerat, reliqua Nobilium corona munitus. Præterea vali-

da

da illuc deſtinabatur claſſis, cujus naves Maſſiliæ convenirent, adjunctis etiam viginti aut triginta triremibus; cum vero hæc claſſis ea celeritate, quam præſens Mompenſerii periculum, neceſſitasque exigeret, expediri non poſſet, ſancitum, ut naves, quæ velis quam citiſſime ferri noſcuntur, inſtruerentur, eæque magis neceſſarium belli apparatum Mompenſerio adveherent. Inſuper Rex Mediolani Ducem a Fœderatorum ſtudiis avertere conabatur, ille vero a Gallis ſpoliari veritus, haud flecti poterat. Saecul. XV. A.C. 1496.

§. XCII.

Ludovicus Gallorum apparatu territus.

Bellici hujus apparatus fama Ludovici animum vehementer terruit, hinc illico Venetos, quæ in Galliis agerentur, edocuit, eorumque opem imploravit, Imperatorem quoque, ut ipſus toto armorum robore in Italiam veniret, ſollicitavit. Aſt Veneti amplis pollicitationibus Ludovicum lactabant, qui tamen inde anxiis ſuis curis minime liberabatur, maxime eo nomine, quod Trivulcius jamjam Aſtam perveniſſet, atque Aureliæ Ducis ſarcinæ illuc deportarentur; haud immerito Ludovici timor augebatur, veritus, ne e Mediolani Ducatu *Com. lib. 2. cap. 15.*

Sæcul. XV. A.C. 1496.

pelleretur; non enim Gallos latebant frequentes illius perfidiæ, fractaque Novarrensis pacti fides. Nihilominus Aureliæ Ducis inconstantia, Regisque exigua animi firmitas brevi Ludovicum metu liberabat: Aurelianensis enim quamvis maxime e re sua fuisset, ut Mediolani Ducatus occuparetur, exercitus tamen imperium omnino recusabat; nam inter plures alias rationes, ob quas e regno excedere renuebat, potissima erat, quod cum unicus Caroli VIII. Filius non ita pridem fato concessisset, ac vix ulla alterius generandæ prolis spes Regi superesset, ipse Aureliæ Dux proximus regni hæres salutaretur, proin adeo remotæ expeditioni sese implicare, inconsultum fore sibi videretur; hac præcipue ratione Dux suam Alpes transeundi repulsam excusabat; igitur supremum exercitus imperium Trivulcio deferebatur.

§. XCIII.

Gallorum res in Neapolis Regno inclinatæ.

Omnes istæ consultationes haud quaquam inclinatas Gallorum res in Italia restaurabant. Jam primo Vere Ferdinandus, & Mompenserius suas quisque copias in aciem educebant, ille quidem Circajum Montem obsedit, hic vero Gallo

Gallo ad varia certamina abſtracto obſeſ- Sæcul. XV.
ſis opem ferre adlaboravit, armisque in- A.C. 1496.
feſtis Frangetum cinxit, inde enim Circajum expugnantibus commeatus advehebatur. Vix eo delatus, impetum in urbem fieri jubet, aſt ejus copiis primo repulſis, Mompenſerius ſoluta Circaji Montis obſidione Frangetenſi urbi auxilium laturus accurrit, quam tamen continenti incendio deletam repererat; captam enim Ferdinandus comburi juſſerat: unde Mompenſerius Circajum reverſus, obſidionem reſtaurat, inani tamen ſucceſſu; quocirca obſidione ſoluta Ferdinandum ad pugnam provocare ſtatuit. Ille autem prœlii diſcrimen experiri recuſans, Mompenſerium nonniſi crebris velitationibus laceſſere decrevit, haud dubius, eum brevi annonæ penuria preſſum ſtationem mutare compulſum iri. Nec ſua eum opinio feſellit; Mompenſerius enim paulopoſt Arianum verſus recedere cogebatur, ubi totus, quem ex Neapolitanis contraxerat, equitatus tanto numero ad hoſtes transfugiebat, ut ne unus quidem amplius Gallorum ſigna ſequeretur. Hac militum deſertione ad tantas redigebatur anguſtias, ut copias ſuas in aciem educere minime valeret, ſed quærere aſylum compelleretur, cujus præſidio tutus ab hoſte inter-

Sæcul. XV. A.C. 1496.

cipi non posset, donec suppetias ex Gallis recepturus esset.

§. XCIV.

Mompensérius Arpinum profugus, ibidem inclusus.

Ergo Galli Arpinum contendunt, quæ est longe munitissima Basilicatæ urbs, in æquo campo sita, quam colles paulum e planitie surgentes, ac viarum angustiæ cingunt, arxque Gesualda nomine velut porrecto aggere, primævo naturæ genio firmat; Ferdinandus tam presso vestigio fugientium Gallorum tergis imminebat, ut his Arpinum ingredientibus, ipse jamjam arcem obsideret, tantaque dexteritate præsidiariorum animos inclinaret, ut eadem adhuc die arcem suo subjiceret imperio; qua parta Mompensérii consilia in irritum cecidere, cum ipse annona, atque equorum pabulo destitutus esset. Accessit quoque ad malorum cumulum seditio pedestris exercitus, qui præter sexcentos Germanos nonnisi Helvetiis constans, integer relictis Gallorum signis ad Ferdinandi vexilla transibat; quocirca Mompensério nil reliquum erat, quam ut sese Albini copiis jungeret, qui tum cum periculoso morbo conflictabatur; inde Fœderatorum res augebantur; quippe eo facilius Consal-

vus

vus Manfredoniam, Cosentiam, cete- Sæcul. XV.
rasque urbes in suam potestatem rede- A.C.1496.
git; equidem Albinus Consalvo victori opponebat Moretum Comitem, & Albertum Sanseverinatem, qui copias Hispanis numero ferme pares contraxerant, hostemque e Calabria pellere speraverant; nec infaustum erat Martis auspicium; nam jamjam Hispanis Lainoum eripiebant, in qua urbe nuncium acceperunt, qui eis Mompenserii nomine præcepit, ut relictis omnibus copias suas Mompenserio sociarent. Jam in eo erant, ut jussa exequerentur, cum Consalvus comperto horum discessu, prima vespera Castrum-Villarum contendit, ac postera die albescente cœlo tam Moretum, quam Albertum in stratis suis non minus quiete stertentes offendit, perinde acsi nulli omnino timori locus esset, quapropter ambos captivos abduxit, Hispanis interea urbem ingredientibus, qui nequidem excubias in statione, aut vigilias, vel quemcunque alium hominem, qui irrumpentes indicaret, reperiebant.

Consalvus felici hoc successu Calabriam a Gallorum metu penitus liberabat; unde copias suas Ferdinando, qui Arpinum cinctum tenebat, conjunxit, Gallosque, dum eis a se captorum numerum, ac eorum exercitum, quem ferme totum

Sæcul. XV. A.C. 1496. totum jamjam ſubegerat, oſtendebat, ſat perſuaſos reddidit, quod nulla ipſis amplius in Neapolis regno auxilii ſpes ſupereſſet; poſthæc promiſſa expenſarum compenſatione inducebantur Veneti, ut copias Arpinum ſubmitterent, ductore Marchione Mantuano, cui datum erat negotium, ut ſeptingentos cataphractos, mille levioris armaturæ equites, ac quindecim millia peditum Ferdinando adjungeret; Conſalvus quoque victrices ſuas copias Arpino admovit, cunctaque hæc agmina junctis viribus Mompenſerium tam arcte cinxerunt, ut negata exercitus ſui equos adaquandi libertate, ſui etiam milites ad ſedandam ſitim aqua dulci deſtituerentur.

§. XCV.

Mompenſerius ad deditionis pacta compulſus.

Guicc. hiſt. Ital. lib. 3. Recenſebantur in urbe adhucdum ſeptem Gallorum millia, quos inter non pauci nobilitate generis conſpicui numerabantur; omnes communi, eaque extrema premebantur rerum inopia. Equidem Vitellius urbe eruperat, annonam advecturus; aſt in inſidias, quas eidem Conſalvus paraverat, incidit, atque amiſſa tertia ſuorum parte ægre admodum fuga ſeſe morti ſubduxit. Superé-

pererant adhuc Mompenſerio extra Ar- Sæcul. XV.
pini muros quædam piſtrina, ſed & illa A.C.1496.
Conſalvus aggreditur, captaque igne ab-
ſumit, & Helvetios & Vaſcones, qui ea
tuebantur, trucidat. Ad primos hujus
certaminis rumores Galli Nobiles, con-
ſcenſis equis, erumpunt, campum jam-
jam deperditum recuperant, Hiſpanos
cædunt, eosque pedem ad ſua caſtra re-
ferre compellunt, captis quam plurimis
foſſoribus; demum veluti in victoriæ tro-
phæum beſtias cornibus armatas, quæ
hoſti adducebantur, in urbem agunt;
nec tamen piſtrinorum incendium extin-
quere valebant. Itaque Mompenſerius
extrema quæque perpeſſus, fecialem ad
Ferdinandum ablegat, hic vero primum
ſine ambage Gallis denunciat, victorum
arbitrio ſeſe committerent: aſt illi clare,
ac perſpicue reſpondent, ſe potius ferro
ex urbe ſibi viam aperire velle, ne ſaltem
inulti perirent. Tandem igitur Ferdi-
nandus ad mitiora deſcendens, eis dedi-
tionis leges præſcripſit, quæ die vigeſi-
ma menſis Julii utrinque concluſæ fue-
runt, ſequentibus articulis conceptæ.

§. XCVI.

Deditionis conditiones.

I. Concedantur triginta dierum indu- *Guicc. l. 3.*
ciæ, quibus durantibus nec Gal- *Comm. lib. 8.*
lis *c. 14. p. 165.*

Sæcul. XV. A. C. 1496. lis Arpinum munire, nec fœderatis eos ibidem aggredi liceat. II. Singulis diebus omnibus Gallis ad victum neceſſaria ſubminiſtrentur. III. Mompenſerio libe-rum ſit, Galliarum Regem de hoc pacto edocere, ſique evolutis triginta diebus ſuppetiæ ad reſiſtendum idoneæ non mit-tantur, Mompenſerius Ferdinando non modo Arpinum reddat, ſed ceteras om-nes quoque urbes, quæ ejus imperio ſub-ſunt tam in Regno Neapolitano, & in Calabria, cui Albinus præeſt, quam etiam in Aprutzio, quod Gratiano de Guerres paret, exceptis nihilominus ur-bibus Tarento, Cajeta, & Venuſia. IV. Has urbes omni tormentorum genere, quo tum inſtructæ reperiuntur, munitas relinquat. V. In Gallorum arbitrio po-ſitum ſit, an mari vel terra in Franciam reverti vellent, eorum tamen itineri neceſſaria ſuppeditentur, eisque Sarci-nas ſuas, arma, & equos ſecum deferre liceat. VI. Iisdem quoque privilegiis fruantur Itali Gallorum ſtipendia meren-tes. VII. Neapolitanis, qui Andega-venſis partes ſequebantur, omnia eorum bona reſtituantur, eisque plena præteri-torum oblivio concedatur, dummodo hanc veniam intra quindecim dierum ſpacium petituri eſſent, quo elapſo ab ea excludantur. VIII. Denique Mompen-ſerius non teneatur ſuis Præfectis urbium dedi-

deditionem præcipere, nisi prius tradantur obsides, a quibus tam adimpleti quam violati mandati hujus ratio jure exigi possit. Sæcul. XV. A.C. 1496.

§. XCVII.

Mompenserius captus, ejusque exercitus fame atque ærumnis absumptus.

Jam triginta dierum induciæ ad ultimum usque exactæ sunt, nec tamen ulla navis, aut ullæ copiæ, quæ Gallos exitii metu liberarent, advenerant; unde Mompenserius plena, ac integra fide, quæ pollicebatur, adimplevit, seque cum toto exercitu ex quinque, aut ferme sex millibus constante Victoribus tradidit. Hos jure belli captos Ferdinandus exeunte Mense Augusto Neapolim abduci jussit: Cum vero Carolus Galliarum Rex Mompenserio æque, ac ceteris Præfectis Pro-Regis dignitatem, officiumque ea lege concessisset, ut ipsi literis proprio chirographo signatis pollicerentur, se urbes sibi creditas nullatenus hosti tradituros, nisi hæ literæ ipsius Regis jussu exhiberentur; cumque illas Carolus secum in Gallias detulisset, atque ad eas repetendas non sufficerent triginta illi dies deditionis legibus concessi, hinc Mompenserius datæ fidei satisfeciſſe existima- *Comm. l. 8. c. 14.*

Sæcul. XV. A.C. 1496.

istimabat, si Ferdinandi Commissariis omnes syngraphas, quas a Gubernatoribus urbium suo imperio subjectarum scriptas accepit, exhiberet. Ast Ferdinandus ipsas quoque literas, quas tamen Rex in manibus habebat, sibi tradi postulabat, quod cum fieri haud posset, Ferdinandus occasione inde captata Mompenserium unacum suis copiis in exilium ablegabat ad oram maris in quasdam regiones, quæ ob aeris malignitatem autumnali tempore ab incolis frequentari non possunt; hinc ex toto Gallorum exercitu intra exiguum temporis spacium nequidem mille quingenti, ex trecentis vero ac mille Helvetiis nonnisi trecenti vita superstites erant; ceteris omnibus morborum violentia absumptis; Famuli autem, quorum maximus erat numerus, in suo in Franciam itinere ipsis designato fame, atque ærumnis confecti perierunt.

§. XCVIII.

Mompenserii Comitis obitus.

Ceterum, cum Mompenserius Marchionis Mantuani sororem tori sui sociam haberet, tanta inter utrumque necessitudo, ac vetus amicitiæ usus intercesserat, quantam diversa, quæ quilibet sequebatur, studiorum ratio indulgere poterat; quapropter Mantuanus cognita loci,

loci, ad quem Mompenſerius relegatus erat, iniquitate nil intentatum reliquit, ut auctoritate, ac gratia, qua apud Ferdinandum valebat, impetraret, quatenus ex Regis venia Sororius ejus Mantuam ſeſe recipere poſſet; id quoque, ut referunt nonnulli, precum ipſius importunitati datum eſt. Verum Mompenſerius indecorum ratus, conceſſam acceptare gratiam, qua uti non liceret, niſi Galles, quorum imperium ſibi a Rege creditum erat, præſentia ſua deſtitueret, ideo firmum, ratumque habuit, communi cum eis fato mortem oppetere, ſpe fretus, Carolum Regem conjugis ſuæ, ac liberorum curam in ſe ſuſcepturum. Obiit re ipſa Puteoli die quinta Octobris Anno reparatæ ſalutis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto, febri conſumptus, quam ſibi ex tædio accerſiverat, ægerrime ferens, ſe a Galliarum Rege penitus derelictum, ac nequidem ſibi ſubmiſſa fuiſſe illa quadraginta aureorum millia, quæ quidem Carolus Lugduni agens, Briſſoneto Cardinali tradidit, ut ea ad Mompenſerium perferri curaret, ille vero hanc ſummam in alios uſus convertit, vel in gratiam Pontificis, ut ejus adverſarii calumniabantur, vel ut oppoſito Regis mandato obtemperaret, qui Neapolis occupandæ animum abjecerat. His addit Comminæus, quod Mompenſerium

Sæcul. XV. A. C. 1496.

Commin. l. 8. c. 14. ad fin.

Sæcul. XV. A.C.1496. veneno extinctum fuisse, rumor in vulgus sparserit, sed nullo satis firmo testimonio.

§. XCIX.

Ursini, sollicitante Papa, a Ferdinando custodiæ dati.

Mariana l. 26. n. 68. Ursini, qui secundam, & adversam Gallorum fortunam pari constantia sequebantur, cum illis quoque Arpini inclusi hærebant, proin extremis calamitatibus exponebantur. Accessit Alexandri Pontificis odium; hic enim propinquos suos intra Ecclesiæ territorium bonis augere adlaborabat, cumque absque Columnensium, & Ursinorum dispendio id exequi haud posset, utramque familiam perdere animo constituit, consilii sui executionem auspicatus ab Ursinorum familia, cum illa viribus ac potentia inferior esset (*). Ergo datis ad Neapolis Regem literis

(*) *Virginii Ursini calamitas propriæ ejus culpæ, non vero Alexandri odio attribuenda est: merito enim a Sede Apostolica perdutionis crimine damnatus est, eoquod ab Alexandro sæpius admonitus, ut relictis Franciæ studiis utpote Romanæ Ecclesiæ cliens Pontificias partes tueretur, ipse tamen spreto tam Pontificis anathemate, quam insuperhabitis Cæsaris, Hispaniæ Regis, Venetorum, ac Mediolanensis Ducis*

literis Urſinos cuſtodiæ mancipari jubet; Rex Pontificem veritus, ut ei obtemperaret, datam fidem fregit, ac Virginium Urſinum, necnon Jordanum ejus filium, pluresque alios Italiæ Principes comprehendi, ac in carceres compingi præcepit: Vitellium quoque eadem pœna mulctari deſiderabat Pontifex, ut Tiphernatenſem illius Principatum aucupari poſſet; aſt ille ad Mantuæ Marchionem confugerat, qui eum tradere negabat, quamvis ad id precibus ac minis urgeretur, quibus ille flecti neſcius, Vitellium Mantuam conduxit, ubi eum detinuit, donec periculi metus ceſſaſſet. Sæcul. XV. A C. 1496.

§. C.

Galli toto Neapolis regno pulſi.

Interim Cajetæ, ac Tarenti urbium Gubernatores tam ſegniter hoſtium impetus retundebant, ut ſatius fuiſſet, ſi Mompenſerii deditionem & ipſi acceptaſſent. Porro Sullyus Tarenti Præfectus ibidem peſti- *Marian. hiſt. Hiſp. l. 26. n. 68.*

Ducis precibus, cum maximo Eccleſiæ damno copiis ſuccinctus in Neapolis Regnum Sedi Apoſtolicæ beneficiario jure obnoxium contra ejus Regem populabundus irruperit. Conſulatur lib. 7. Bullar. ſecret. p. 246. & 341. ubi Virginii crimina fuſe recenſentur.

Sæcul. XV. A.C. 1496. pestilentia confectus obiit: Gratianus vero de Guerres Cajetæ Præfectus pactis deditionis conditionibus urbem Hispanis cessit; magna enim navis, quæ ex Normannia Cajetano præsidio commeatum subvehebat, post acre certamen cum Genuensium navibus prope Portum Herculis initum, suborta tempestate fluctibus hausta perilt. Posthæc cum Consalvus Arpino in deditionem accepto, recessisset, Albinus hujus absentia in rem suam versa, quamplurimas Calabriæ urbes, quas dedere compellebatur, recuperat, totamque ferme Provinciam ad Gallorum obsequium revocat: Consalvus autem re comperta mox in Calabriam reversus, tanta animi fortitudine in Gallos irruit, ut illos in fugam ageret; suppetiis enim, quas Albinus speraverat, omnino destituti erant: Gabriel quoque de Montefalcone, in cujus animi magnitudine Albinus plurimum reponebat, ad primum Consalvi occursum ultroneam deditionem obtulit; Cum igitur Galli hostium viribus indies auctis resistendo impares essent, Albinus Arpini pacta exequi compulsus, ex Italia excessit, atque in Gallias rediit.

§. CI.

§. CI.

Sæcul. XV.
A.C. 1496.

Ferdinandi Neapolitani Regis obitus; Fridericus ejus Patruus ſucceſſor.

Ferdinandus Neapolis Rex, cum in ſummo gloriæ faſtigio conſiſteret, victoriarum ſatur, ad Sommam urbem ſeceſſit, fractas belli laboribus vires refecturus. Verum livida mors Regi quietis ſpacium invidebat; ibi enim in gravem alvi fluxum incidens, quem morbum ex conjugis ſuæ conſortio contraxiſſe fertur, die ſeptima Octobris e vita migravit; Paucos quoque ante menſes Alphonſus ejus Pater in quodam Siciliæ conventu Fratrum Montis Oliveti, quorum inſtitutum profeſſus erat, vitam morte commutabat, proin duorum annorum ſpacio Neapoli quinque Reges imperabant. Hi erant Ferdinandus de Arragonia ſenior, Alphonſus ejus filius, Ferdinandus ejusdem Nepos, Carolus Galliarum Rex, Ferdinandus junior, qui abs liberis deceſſit, ac demum Fridericus hujus ſucceſſor, in cujus obſequium Neapolitani Andegavenſium partibus olim addicti, jam ambabus ulnis rediere; cum enim cum Ferdinando de concordia agere abſterrerentur ex eo, quod illum vindictæ, cædisque cupidum crederent, Friderici

Comm. l. 7. c. 11.
Guicc. l. 3.
Paul. Jov.
Mariana lib. 26. n. 76.

Sæcul. XV. A.C. 1496. autem, qui illius Patruus erat, moderationem a Ferdinandi indole longe alienam cognoscerent, hinc isti sese eidem subjecerunt. Hic quoque suæ benignitatis auxilio ea, quæ ejus Avus, Pater, Frater & Nepos frustraneo conatu tentabant, feliciter persecit, Nobilium animos sibi devinxit, ac cum illis sincero animo in gratiam rediit, necnon prædia beneficiaria eis vi ablata restituit, & quamprimum temporis ratio permitteret, proventus resarcire pollicitus est. Haud parum ad firmandam hanc concordiam contulit Galliarum Regis morositas, qua Neapolitanos partibus suis addictos colere neglexit, aliunde vero tunc vindictam sumere intentus erat de Regis Catholici perfidia, atque ingratitudine, qua pacta post restitutum Ruscinonensem Comitatum inita violabat.

§. CII.

Initia atque inducie belli Franciam inter & Hispaniam.

Hispani, cum Galliarum Regis consilia omni, qua possent, arte dissiparent, in Occitaniam ex Narbonnensi ora populabundi excurrunt; ast primos eorum ausus brevi arrepti consilii pœnitentia excepit: Carolus enim Albonensis San-Andreanus, qui Borbonii Ducis in hac regione

gione vices gerebat, collectis protinus copiis, ac militibus provincialibus Salsulas urbem obsidione cinxit, ac post decem horarum certamen obsessos ad deditionem compulit, quamvis satis valido præsidio urbs munita esset, & Castellanorum exercitus nonnisi unica leuca distaret; perierunt in hac obsidione quinquaginta duo Nobiles, ac inferioris conditionis quadringenti Viri. Nihilominus Carolus Galliarum Rex hoc bellum, quod magno utrinque furore cæptum est, prosequi rebus suis minime congruere reputabat; quapropter Albonensi, qui muri ruinas sarcire meditabatur, præcepit, ut Salsulas urbem in eodem rerum statu, ad quem tormentorum impetu redacta est, relinqueret, ac cum suis copiis in Occitaniam contenderet: igitur Hispani Gallis a civitate discedentibus revertuntur, aggeres reparant, novos construunt, urbemque tot propugnaculis firmant, ut munitissimas quasque arces in finibus positas facile superaret. Paulo post iidem de belli successu timidi, mox pacis consilia agitabant, unde exeunte hoc anno inter utramque Nationem pactæ sunt induciæ, ea lege, ut Rex Catholicus a Mediolanensis Ducis partibus deficeret, eoquod prior ipse inito Vercellis fœdere Hispanorum societati nuncium misisset. Ceterum ad hanc armorum

Sæcul. XV. A.C. 1496.

Secul. XV A. C. 1496.

cessationem Rex Catholicus inducebatur, eoquod arma sua ad Africæ oram adversus Mauros extendere, fixum in animo haberet: quocirca induciæ primum nonnisi bimestres, demum ita prorogatæ sunt, ut integræ pacis brevi consecuturæ pollicitatio accederet.

§. CIII.

Nuptiæ Philippi Austriaci cum Infante Joanna.

Marian. hist. Hisp. l. 26. n. 69.

Fœdere supra memorato conventum erat, ut Regia Princeps Joanna secundo genita Ferdinandi & Isabellæ filia nuberet Philippo Austriæ Archiduci, Maximiliani Imperatoris Filio, duodeviginti annorum Principi; hæc itaque in Laredono portu classem a Rege Catholico instructam conscendit, ac die vigesima secunda Augusti secundis velis in Flandriam navigavit, ipsa Isabella Regina filiam suam ad portum usque comitante; Fridericus vero Henriquez summus militiæ terra marique Præfectus Sponsam conduxit in Flandriam, ubi tantis, quanti illustrissimo illius generi, ac dignitati debebantur, honoribus excepta est, ac die vigesima prima Octobris Anno quadringentesimo nonagesimo sexto supra millesimum solemni ritu Philippo juncta est.

§. CIV.

§. CIV.

Sæcul. XV. A.C. 1496.

Italorum Principum Fœdus cum Maximiliano adversus Gallos.

Plurimum turbatæ, fractæque erant fœderatorum vires pace nuper a Ferdinando cum Gallis inita; ergo partes suas reficere satagunt nova armorum societate, quam cum Maximiliano Imperatore pacisCuntur, eo promittente, seipsum, si fœderati viginti duo aureorum Rhenanorum millia in singulos menses numerarent, in Italiam venturum cum valido exercitu suis sumptibus alendo. Galli ex adverso, qui adhucdum in Italia hærebant, quosdam Principes ad arma concitare conantur, præcipue vero Ferrariæ Ducem, qui Venetis, quod eum Peninsula Rhodigiana spoliassent, nec non Ludovico, qui eis operam suam locabat, summe infensus erat; Præterea Dux Ferrariensis non modo Florentinos, sed etiam Mantuæ Marchionem ad suas partes trahebat; illum enim Veneti ab exercitus sui imperio nuper amoverant: Florentinorum quoque exemplum imitabatur Bentivolius, probe edoctus, quod Pontifex Bononiam, ut illius possessionem cuidam ex suis Filiis Nothis vindicaret, vi occupare meditaretur. Accesserant etiam Jordanus Ursinus, & Al-

Sæcul. XV. A. C. 1496.

vianus, qui ex carcere, in quem Ferdinandi jussu detrudebantur, elapsi fidem dederunt, se Gallis quingentos levioris armaturæ equites suppeditaturos; Frater quoque Cardinalis S. Petri ad vincula Romanæ urbis Præfectus totidem pedites transmittere pollicitus est. Hisce copiis Trivulcius Astæ commorans præficiebatur.

§. CV.

Ordines Regni a Lusitaniæ Rege convocati.

Marian. l. 26 n. 70.

Sub idem ferme tempus Emanuel Lusitaniæ Rex adepto regni solio generales status sui Ordines Montemauri prope Eburam convocabat, ut ex eorum consilio publica Regni sui negotia in ordinem redigeret. Intererat quoque Georgius defuncti Regis filius Nothus, nonnisi quatuordecim annos natus unacum Didaco Almeyda supremo Ordinis S. Joannis Magistro ejusdem Moderatore. Hunc Rex haud vulgaribus amoris significationibus excepit, professus, quod illum velut Patrem suum veneraretur, atque ab eo tanquam illius filius haberi vellet. Postea Emanuel Oratores ad Castellæ & Arragoniæ Reges ablegabat, qui de consensu a se throno eosdem edoceret, alios quoque decernebat ad Alexandrum sum-

summum Pontificem, eidem tanquam Christi Vicario obsequium delaturos: Praeterea per universum regnum promulgari praecepit edictum, quo Judaei a servitute ipsis a Rege defuncto imposita eximebantur; novus enim Rex muneris sui partes deposcere autumabat, ut illos pristinae suae libertati redderet, eorumque calamitates, ac conditionis suae miserias temperaret. Agebatur etiam in hisce comitiis de rebus Africae, atque illuc mittebantur copiae commeatu, bellique apparatu ubertim instructae, eo fine, ut urbes recens partae ad propulsandos Maurorum impetus longe munitissimae rederentur. Saecul. XV. A. C. 1496.

§. CVI.

Lusitanorum bellum in Africa adversus Mauros.

Tunc temporis Lusitanorum imperio subjecta erat Septa, quam urbem Joannes I. Mauris eripiebat: Iisdem quoque parebant Tingis & Arzilla. Haec oppida ab ea, quae occidentem respicit, parte Oceani oris adjacent, atque ab Alphonso Regis Patruo, domitis infidelibus, non modo fortiter parta, sed & solerter conservata fuere: Cum vero Joannes Menesez Arcillae urbis Praefectus intelligeret, quod vicini quidam *Marian. ibi. n. 71.*

Pagi

Secul. XV. A.C. 1496. Pagi ſolitum tributum pendere recuſarent, illos ad officium armis compellere ſtatuit, ſulque conſilii participem reddidit Tingis Præfectum, qui ambo collectis viribus ad præfatos pagos contendebant, eo animo, ut illos omnino exſpoliatos demum comburerent. Aſt incautius incidebant in quoddam validiſſimum Maurorum agmen, cui Barraxa & Almandaria, ambo Duces ea ex gente ceteris animi fortitudine longe celeberrimi, imperabant; nihilominus Luſitani Maurorum exercitum, quamvis numero longe ſuperiorem, profligant, ac potiſſima eorum parte trucidata, ceteros in fugam agunt. Interea Rex ingraveſcente peſtilentia, Montemaurana Comitia ſolvere compulſus, ad jejunii verni initia Setubaliam ſeceſſit, ut Reginam Viduam, ac Iſabellam ſororem ſuam officioſa ſalutatione ibidem præveniret.

§. CVII.

Bragantiæ Dux in Patriam redire a Rege Luſitano permiſſus.

Marian. ib. n. 72. In hiſce Comitiis regni Ordines exponebant, Alvarum Bragantiæ Ducem, qui poſt Patris ſui obitum relicta patria in Caſtellam auffugere cogebatur, unacum liberis

liberis ſuis in Luſitaniam revocandum eſſe. Rex ipſe ad concedendam redeundi libertatem ſat propenſum fovebat animum: verebatur tamen, ne malam præcipitis conſilii notam ſibi inureret, ſuique Prædeceſſoris memoriam diffamare argueretur, ſi ab eo ſancita mox ſub primis regni ſui auſpiciis immutaret: aliunde etiam, cum ſolium nondum ſatis firmum teneret, prudentiæ leges dictabant, ut ſuorum animos plurimum ſibi devinciret, minime vero illos, qui longo temporis ſpacio horum exulum bona ærario addicta tranquille poſſidebant, irritaret: prævalebat tamen filialis ejus in Duciſſam Matrem pietas & amor, ſuarumque ſororum, ac propinquorum preces, jugibus permixtæ lacrimis. Ergo Filium, ac Bragantiæ Ducis liberos, cunctosque, qui hos regno proſcriptos ſequebantur, revocat, in illos vero, qui horum bona ſibi vendicabant, in damni compenſationem adeo liberali manu beneficia effundit, ut neminem mutatæ conditionis ſuæ pœniteret, unde per univerſum regnum generoſus Regis animus plenis buccis deprædicabatur: quinimo iidem, quibus propriæ utilitatis ratio Principum horum reditum diſſuadere videbatur, ejusdem revocationem ſuo quoque ſuffragio comprobare, amica quadam vi compellebantur. Secul. XV. A. C. 1496.

§. CVIII.

Sæcul. XV.
A. C. 1496.

§. CVIII.

Isabella regia Castellæ filia a Lusitano Rege in Sponsam petita.

Marian. l. cit. n. 73.

Communi voto cuncti Proceres exoptabant, ut Lusitaniæ Rex tum vigesimum sextum ætatis suæ annum jamjam egressus, tori sociam sibi deligeret, nec uberior regno prosperitas accedere credebatur, quam si Rex Catholicus novo affinitatis vinculo Emanueli deviniciretur. Equidem Hispano quatuor filiæ erant, quarum reliquas ætate præcedebat Isabella, eamque sequebatur Joanna, & tertio genita extitit Maria, ultima denique Catharina; ex his Joanna in Flandriam abiit Philippo Archiduci desponsata, Catharina vero Arturo primogenito Angliæ Regis filio in conjugem destinata erat, & Isabella, quam Alphonsus nonnisi duodeviginti annos natam viduam reliquerat, sui juris erat, hinc Ferdinando sola supererat Maria, quam ejus Pater lubenti quidem animo Lusitaniæ Regi in matrimonium dedisset, Emanuel vero illam respuebat; cum enim Isabellam natu majorem ejusque merita jam eo tempore, quo juveni Alphonso Principi juncta erat, perspecta haberet, semper illam plurimi habebat, teneramque amicitiam erga eandem conservabat.

servabat: Cum ergo Rex Catholicus semper propriæ (*) utilitati intentus esset, Isabellam induxit, quatenus inter prima nuptiarum pacta, ut Mauros ac Judæos regno suo expelleret, ab Emanuele peteret, eidemque exponeret, nunquam se nupturam Principi, cujus regnum Christi ac fidei orthodoxæ hostium receptaculum esset. Sæcul. XV. A. C. 1496.

§. CIX.

Edictum Lusitaniæ Regis adversus Mauros & Judæos.

Lusitaniæ Rex, cum matrimonii cum Isabella ineundi desiderio æstuaret, cuncta quæ illa petebat, ingenti facilitate pollicitus est, hacque super re Senatorum suorum sententias rogavit, quorum tamen potissima pars Regis voto obluctabatur; Nihilominus spretis horum consiliis, Rex exeunte hoc anno novum edictum promulgari præcepit, quod priori, cujus supra meminimus, prorsus oppositum *Marian. l. c.*

(*) Forte melius: *Religionis Catholicæ incremento intentus.* Si enim Rex Catholicus privato magis, suoque quæstui quam communi fidei commodo intentus fuisset, nec ipsus Judæos regno suo expulisset, cum ab eis haud exiguas tributorum pensiones sperare potuisset.

Sæcul. XV. A.C. 1496.

positum erat: In eo enim tam Mauros, quam Judæos omnes, qui in Lusitania degebant, jussit intra certum tempus toto regno abscedere, proposita servitutis pœna, si qui post præfixum tempus persistere auderent. Mauri quidem mandato parebant, atque in Africam continuo trajiciebant: Judæis vero obtemperare cunctantibus, Rex novo edicto jussit eos, qui nondum decimum quartum ætatis annum excessissent, a parentibus abstrahi, eosque invitis licet eorum Patre ac Matre religionis Christianæ disciplina imbui. *Insolens decretum*, inquit Mariana, *a legibus & institutis Christianis abhorrens maxime, malum si cogas homines Christiana sacra suscipere? libertate cælo data in re omnium gravissima spolies, quos Deus sui arbitrii esse voluit? grave id piaculum sit, ac ne filios quidem a parentibus eo studio abstrahere liceat: in utroque tamen gens Lusitana peccavit, pueris enimvero sine voluntate parentum ad baptisma violenter raptis, atque majoribus natis, ut Christo darent nomina, convitiis & contumelia vexatis, ac nominatim discedendi facultate per fraudem sublata, cujus necessitas erat imposita: ita plerique servitutis metu dederunt manus, quidam sincera voluntate, pars multo maxima tempori servientes animo simulato: cujus rei deinde clara documenta extiterunt: multi ad patriam superstitio-*

stitionem, quam rejeciſſe viſi erant, cum ignominia Chriſtiani nominis reverſi. Subjungit Spondanus: *hoc adeo moleſtum fuiſſe miſeris parentibus, ut fuerint, qui filios in puteos abjecerint, multi qui ſibiipſis mortem propriis potius manibus conſciverint, quam* quod filios ſuos Baptiſmo initiari paſſi fuerint. Sæcul. XV. A.C. 1496.

§. CX.

Papa a Rege Luſitaniæ de conſilio expeditionis in Africam certior factus.

Idem Rex Emanuel concepto Africani belli conſilio Georgium Albanenſem Epiſcopum Romam ablegabat, ut expeditionis in Mauros ſuſcipiendæ propoſitum ſummo Pontifici exponeret, ejusque aſſenſum, ac favorem imploraret. Lubenti animo Alexander petentis voto annuit, hancque in rem Regi diploma conceſſit hoc anno decima tertia Septembris editum, quo Papa concedit, ut omnes utriusque ſexus Chriſti fideles, qui duo regalia argentea (*) pro infirmis militibus curandis, ac etiam pro ædificandis Eccleſiis in locis, quæ ab infidelium *Raynald. hoc ann. n. 28. lib. 7. Bull. ſecret. p. 370.*

(*) Eſt Nummus Hiſpanorum argenteus, qui octavam Imperialis partem adæquat.

Sæcul. XV. A.C. 1496.

lium manibus eripientur, necnon pro ornamentis ecclesiasticis ad divina inibi celebranda officia pie erogaverint, in omnibus suffragiis precibus, eleemosynis, jejuniis, orationibus, carnis macerationibus, ceterisque omnibus spiritualibus bonis, quæ fient, & fieri poterunt, in tota universali Christi militante Ecclesia, & omnibus membris ejusdem, participes in perpetuum fiant: plures etiam indulgentias idem Pontifex illis concessit, qui expeditionis hujus signa secuturi essent, aut in sumptus bellicos quovis modo opem conferrent.

§. CXI.

Nubendi facultas religiosis Lusitaniæ Equitibus a Pontifice concessa.

Marian. l. 26 n. 74. Osorius lib. 1 Raynald. hoc anno n. 33. lib. 7. Bull. pag. 205.

Pontifex die vigesima Mensis Junii nuper elapsi aliam edidit Constitutionem, qua soluto perpetuæ continentiæ vinculo trium Ordinum militarium Equitibus in Lusitania existentibus, qui in posterum dictis militiis nomen daturi essent, matrimonium inire concessit: sumus enim Pontifex hac indulgentia publicæ equitum libidini occurrere studebat, nec id abs re fuerat; hac enim via Lusitaniæ regnum ab ingenti illa Nothorum multitudine, ac turpi natalium ma-

cula

cula purgari poterat. Quidam hanc Pontificis agendi rationem ratam habebant, illamque tanquam prudens remedium, ac necessarium severioris disciplinæ moderamen deprædicabant: Alii ex adverso contendebant, legem adeo sancte stabilitam perperam fuisse immutatam, cum satius fuisset, peccata luxuriæ in his equitibus per alia remedia præcavere, servata legum firmitate; maxime etiam dolendum quidam ajebant, quod hac venia passim opima horum ordinum bona a zelo ac fidelium pietate large errogata dissiparentur, ac propter nuptiarum curas antiquus ardor militandi pro fide Christiana restingueretur, ordinumque bona in Aulicorum delicias, qui castra nunquam secuti fuerant, conferrentur. Sæcul. XV. A.C. 1496.

§. CXII.

Ordo S. Michaelis a Papa confirmatus.

Olim Ludovicus XI. Galliarum Rex Ambasiæ prima Augusti Anno salutis millesimo quadringentesimo sexagesimo nono Ordinem equestrem S. Michaelis instituit: Cum igitur pro ejusdem approbatione Carolus VIII. supplicem libellum Sedi Apostolicæ porrexisset, hinc Alexander Pontifex diplomate die decima tertia Novembris præsentis anni hanc *Lib 7. Bull. secret. p. 144.*

Secul. XV. A.C. 1496.

in rem edito hunc Ordinem equestrem confirmavit.

§. CXIII.

Titulus *CATHOLICI* Regibus Hispaniæ datus.

Comm. l. 6. c. 17.

Idem Pontifex Hispaniæ Regi, ejusque successoribus perpetuo jure cognomen *Catholici* confirmavit: eo enim Innocentius VIII. Alexandri Prædecessor jam antea ob devictum Granatæ regnum, crebrasque victorias Ferdinandum honorabat. Equidem Alexander, ut testatur Comminæus, splendidum *Christianissimi* Regis titulum, a Francorum Rege in Hispaniæ Reges transferre decreverat; verum Cardinales quidam acriter obsistebant, Pontifici exponentes, satius esse, si Ferdinandum Regis *Catholici* nomine decoraret, Galliarum vero Regi titulum ipsi a Sede Apostolica longævo abhinc tempore concessum confirmaret.

Marian. lib. 26. c. 69.

Unde halucinatur Mariana, dum innuit, nonnisi ante aliquot annos Pium II. Pontificem Ludovico XI. nomen Regis *Christianissimi* attribuisse. Haud quidem diffitemur, quod Papa hunc Regem ea appellatione coluerit: ast id fecit non ex recenti concessione, sed antiquissima temporum memoria, ut idem Pius II. in epi-

Pii II. epist. 385.

stola ad Carolum VII. Ludovici XI. Patrem

trem scripta indicare videtur, *Habitus es*, inquit Papa, *charissime fili, devotissimus Princeps fidei, & religionis nostræ præcipuus: Nec immerito ob Christianum nomen egregie a progenitoribus tuis defensum, NOMEN CHRISTIANISSIMI ab illis hæreditarium habes.* Ferdinandus vero Cognomento *Catholici* non sine invidia, atque Regis Lusitani indignatione ab Alexandro insignitus est, qui etiam apud Romanam Sedem graviter hac super re conquestus legitur, nec contentio cessaverat, donec universa Hispania sub unius Regis dominium, scilicet Philippi II. redacta esset. Sæcul. XV. A.C. 1496.

§. CXIV.

Novi Cardinales ab Alexandro creati.

Die decima nona sequentis Februarii Purpuratorum Senatus ab Alexandro Papa sex Cardinalibus augebatur (*) quorum *Raynald. hoc anno n. 38. Surita to. 5. l. 2. c. 40. lib. 7. Bull. secret. p. 361.*

(*) Paggius in hanc rem observat, quod *Continuator Hist. Eccles. Abbatis Fleury* incogitans scripserit, *Alexandrum die decima nona Februarii anni sequentis 1497. sex Cardinales creasse, Odoricum Raynaldum hoc anno num. 38. pariter Suritam tom. 5. lib. 2. cap. 40.* petulanter citaverit, cum tamen Raynaldus loco

Sæcul. XV. A. C. 1496. quorum nomina sunt, I. Philippus Lucemburgius natione Gallus, Episcopus Atrebatensis, postea Cenomanensis, Presbyter Cardinalis tit. SS. Petri & Marcellini, Episcopus Albanensis, ac Tusculanus. II. Bartholomæus Martini Hispanus Segoviensis Episcopus tit. S. Agathæ. III. Joannes de Castro itidem Hispanus, Episcopus Agrigentinus in Sicilia, & Administrator Ecclesiæ Slesvicensis in Dania, tit. S. Priscæ. IV. Joannes Lopez natione Hispanus, Episcopus Perusinus & Archipræsul Capuanus tit. S. Mariæ trans Tiberim. V. Joannes Borgia, Hispanus, Pontificis Nepos, Episcopus Melfitanus Cardinalis Diaconus tit. S. Mariæ in via lata. VI. Denique, Ludovicus de Arragonia Ferdinandi I. Neapolitani Regis nothus Filius, Aversanus Episcopus, postea Legionensis in Hispania, Cardinalis tit. S. Mariæ in Cosmedin. Eo tempore Borgia absens erat; tum enim apud Neapolis Regem Legationis munere fungebatur.

§. CXV.

laudato dicat Cardinalium Senatum hoc anno auctum fuisse, & laudat Burchardum, qui quatuor tantum Cardinales recenset. Haud tamen dissimulare debemus, quod in editione Parisiensi non legatur, ab Alexandro die 19. Februarii *anni* sequentis, sed duntaxat *Februarii sequentis* Purpuratos fuisse creatos.

§. CXV.

Saecul. XV. A. C. 1496.

Margarita Archiducissa Filio Hispaniæ Regis nupta.

Faustas, quas Joanna Hispaniæ Regis filia cum Philippo Archiduce contraxit, nuptias excepit connubium Margaritæ pariter Maximiliani Imperatoris filiæ. Matrimonium hoc apud Cæsarem conciliabat nominatissimus Joannes Manuel natione Castellanus. Igitur cum Joanna Hispaniæ Regis filia vix Gandavum perveniisset, Archiducissa Margarita inde recedebat, Hispaniæ Principi nuptura; hinc Flessingæ conscendit prætoriam navim classis ad Sponsam in Hispaniam deducendam instructæ, tandem post superatam horrendæ tempestatis vim non sine iterato, eoque manifesto vitæ discrimine, Hispaniæ portum ingressa est; terrestri demum itinere Burgim, tum temporis Castellæ Metropolim contendit, ubi Reges Catholici adventantem Sponsam excipiebant, & Ximenius Toletanus Archiepiscopus, utpote Hispaniæ Primas, nuptiarum pompam sacris cæremoniis augustiorem reddebat.

Sæcul. XV.
A. C. 1496.

§. CXVI.

Maximiliani Imp. adventus in Italia.

Imperator gemino affinitatis fœdere cum Regibus Catholicis contracto, in Italiam proficiſci conſtituit, ac alpibus tranſmiſſis, mille equitibus, ac quinque peditum millibus ſtipatus, Longobardiam ingreditur, ſuasque copias Mediolanenſium Duci adjunxit; inde enim viribus auctus, Trivulcio jamjam occurrenti ſeſe opponere valebat. Hic Franciæ Mareſcallus Aſtam usque proceſſit, ac in quadam eminenti colle caſtra poſuit. Ludovicus Dux minima quæque Trivulcii molimina explorans, arcana ejusdem conſilia detexiſſe ſibi perſuadebat, ratus, haud alio ex fine a Trivulcio hunc caſtrorum ſitum fuiſſe delectum, quam ut eo ſecurius Genuæ Fregoſio juniori, & Savonæ Cardinali S. Petri ad vincula, quibuscum ſecreta fovebat conſilia, ſeſe conjungere poſſet; nil firmius igitur in animum adducebat Ludovicus, quam quod Trivulcius alterutri huic urbi copias ſuas admoturus eſſet, hinc utramque urbem potiſſima militum parte, quos Mediolani habebat, munivit.

§. CXVII.

§. CXVII.

Sæcul. XV. A.C. 1496.

Occasio Mediolanum occupandi a Trivulcio neglecta.

Inde vero Trivulcii fautores, quos Mediolani sibi adhucdum devinctos tenebat, seditionem concitandi opportunitatem captabant, ac confestim turmas suas per plateas dividunt, ad arma conclamant, nullaque mora fecialem ad Trivulcium ablegant, qui eum de moto in urbe tumultu edoceret, ac significaret, eidem si in ipso temporis articulo accurreret, certo urbem fore tradendam: Ast ille segnior ad credendum, patriam suam honorifice recuperandi occasione frustratus est, cum tamen Ludovicus urbem nonnisi quingentis equitibus, peditumque sex millibus munitam teneret, & hæc exigua militum manus Gallorum exercitui, quem seditiosi introduxissent, resistendo impar fuisset.

§. CXVIII.

Maximilianus Neapolis regnum Genero suo vindicare molitus.

Hoc facto Paulus Fregosus Genuam venit, ultra progredi haud ausus; Cardinalis vero S. Petri ad vincula in itinere a copiis sibi per Trivulcium transmissis derelictus, re infecta redire compul-

Sæcul. XV. A.C. 1496.

ſus eſt, ipſe Trivulcius ad eas redigebatur anguſtias, ut Noviam, & Boſcum exigua duo oppida occupare cogerstur, quæ tamen parta tueri exercitus ſui impotentia prohibebat; nimium enim vincina erant hæc loca Alexandrinæ urbi validiſſimo præſidio munitæ. Cuncta hæc gerebantur, priusquam Cæſar Italiam ſalutaſſet: hic vero quamprimum advenerat ſeſe Ludovico adjungebat, atque in primo belli Senatu fœderatis exponebat, regiminis normam hucusque Neapoli ſtabilitam omnino immutandam eſſe: Gemino enim affinitatis vinculo Hiſpaniæ Regi adſtrictus, parique cum Regibus Catholicis commodi ſtudio incitatus, Neapolis Regnum Genero ſuo aſſererere nitebatur, eo uſus obtentu, quod Alphonſus Arragonius regnum licet armis partum, nullo tamen pacto in Ferdinandum filium ſuum Nothum transferre potuerit, excluſo Joanne fratre ſuo legitimo, qui Hiſpaniæ Principis nuper cum Cæſaris filia deſponſati Avus paternus erat.

§. CXIX.

Sabaudiæ Dux, aliique Papiam venire a Cæſare juſſi.

Marian. hiſt. Hiſp. l. 26.

Verum Fœderati hæc Cæſaris conſilia unanimi ſuffragio rejiciebant, partim

tim quod Fridericum ſuæ ſocietati adſcriptum velut legitimum regni Succeſſorem venerarentur, partim quod eum ſolio haud deturbare poſſent, quin ideo Gallis Italiam repetendi occaſionem præberent. Ergo ſaniori conſilio Gallos Aſta propellere adlaborant; hæc enim unica erat urbs, quæ adhuc trans Alpes Gallorum parebat imperio, eaque adeo firmiter munita, ut illam oppugnare non auderent, haud tamen veriti, ne Trivulcius intercluſo commeatu fœderatorum copias fame preſſas facile extenuaret. Ceterum Maximiliano permagni intererat, ut nominis ſui famam glorioſo facinore illuſtraret, unde Sabaudiæ Duci, & Montferrati ac Saluciarum Marchionibus ſignificat, ut Papiam venirent, eoquod ipſe in illa urbe Longobardici Regni coronam accepturus eſſet, proin ipſi in hac ſolemnitate, utpote S. R. Imperio obnoxii clientelare obſequium profiterentur; eo tamen potiſſimum nomine Cæſar illos accerſivit, ut a Gallorum amicitia eos abſterreret. Sæcul. XV. A.C. 1496.

§. CXX.

Liburnum ab Imperatore fruſtra obſeſſum.

Verum hi Duces Cæſaris mandata exequi parum curabant; cum enim non niſi *Marian. lib. 26. n. 78.*

Secul. XV. A.C. 1496.

Comm. lib. 7. cap. 7. Paul. Jov. lib. 4.

niſi exigua militum manu ſtipatus eſſet, adeo vilipendebatur ejus auctoritas, ut Principum, quos vocaverat, nullus ad conditum colloquii locum accederet. Hi omnes, ut abſentiæ culpam purgarent, allegabant, quod ipſis Ludovici Sfortiæ fides multis nominibus ſuſpecta, aliunde vero Cæſareæ ſuæ Majeſtatis exercitus hoſtibus reſiſtendo impar eſſet. Præterea Mutinenſis Dux, quamvis Regium æque ac Mutinam tanquam Imperii prædia fiduciario jure poſſideret, cauſſam tamen prætexebat adeo vero ſimilem, ut Cæſar de illius æquitate perſuaſus videretur; Dux enim ex Vercellenſi pacto Genuenſem arcem Sequeſtris nomine tenebat, cunctisque, quorum intererat, fidem ſuam obſtringebat; cum igitur hos inter Carolus quoque Galliarum Rex recenſeretur, hinc Cæſari expoſuit, quod Gallus merito conqueri poſſet, ſi ipſe Franciæ hoſtibus ſeſe adjungeret. Ergo aliis mediis res tentanda erat, conventumque, in Florentinos belli molem exonerandam eſſe; quapropter primo Liburnum, quamvis Reipublicæ pars magis periculoſa eſſet, infeſtis armis cingitur, Maximiliano ad hanc expeditionem ſeſe accingente ad Ludovici preces, qui permoleſte ferebat, quod Veneti Piſanos in fidem ſuam recepiſſent, eosque adverſus Florentinos defende-

fenderent. Cum ergo Ludovicus Pisas occupandi spem nondum abjeciſſet, dextre Cæſaris animum eo inclinabat, ut ipſe Piſas in ſuam tutelam acciperet, bellumque Florentinis inferret. Annuit Imperator lubenti animo, totamque Genuæ oram, ac Hetruriæ partem armis ſuis emenſus, Liburnum, quæ urbs eſt, ad Arni fluminis oſtium ſita, obſidere parat; aſt Ponti levitas Cæſaris conſilia disjecit; coorta enim horribili tempeſtate claſſis ſuæ navigia, aut diſperſa, aut lacerata fuere; unde obſidionem ſolvere compulſus eſt. Secul. XV. A.C. 1496.

§. CXXI.

Inglorius Cæſaris in Germaniam reditus.

Maximilianus magis quam unquam alias conſilii inops, eorum a quibus in Italiam advocabatur, integritati, ac fidei ſeſe committere dubitabat, hinc Germaniam repetere ſtatuit, abjecta gloriæ ſuæ ſollicitudine. Hoc animi ſui propoſitum Papienſi expoſuit Senatui, quem tum etiam præſentia ſua honorabant Mediolani Dux, & Carvajalus Cardinalis eo tempore Sedis Apoſtolicæ Legatus, qui ad promovendum fœdus contra Gallos in Longobardiam miſſus erat. Hic omnibus viribus Cæſarem inducere cona- *Guicc. l. 3. Paul. Jov. lib. 4. Marian. l 26. Surita tom. 5. l. 4. c. 39.*

Sæcul. XV. A.C.1496. conabatur, ut dilato reditu quantocius Genuenſibus præſto eſſet, cum hi in proximo luctarentur diſcrimine, ne denuo Gallorum imperio ſubjicerentur, eoquod iſti nullum non moverent lapidem, ut quamdam civitatem recuperarent, quæ ipſis denuo viam ad Neapolis Regnum ſterneret. Cum hæc eſſet rerum facies, inopino ex Hiſpania nunciatur, Regem Catholicum cum Carolo VIII. inducias ſanxiſſe, haud dubia ſpe, brevi ſolidam inter utrumque regnum concordiam fore ſtabiliendam. Hoc nuncio rerum gerendarum curſus magis adhuc turbabatur, adeo, ut Maximilianus Germaniam præcipiti profectione repeteret, poſtquam toti Italiæ, quæ a multo tempore (ut inquit Guicciardinus) armatos Cæſares non videbat, virium ſuarum imbecillitatem planam feciſſet. Poſt hæc Florentini, quibus Savonarola irritos Maximiliani conatus contra eorum Rempublicam prædixerat, ob Cæſaris diſceſſum (*) metu

(*) Si Cæſaris exercitus adeo exiguus fuit, ut eo nonniſi virium ſuarum imbecillitatem toti Italiæ patefecerit, qua ratione dici poterit, Italos tantopere ſibi a Maximiliani armis timuiſſe, ut etiam ex inſtinctu devoti cujusdam Viri, quem Florentini tanquam Prophetam ſanctum venerabantur, publicas inſtitue-

tu liberati fuerunt, atque ex præfati Religioſi hortatu publicas ſupplicationes decreverunt, ſtatumque ſuæ Reipublicæ ad antiquum ſplendorem revocarunt. Totum hoc Maximiliani iter in Italiam paulo uberius deſcripſit Camillus Gilinus Romanus. Sæcul. XV. A.C. 1496.

§. CXXII.

Legatio Georgianorum Regis ad Papam.

Interea Conſtantinus Georgianorum Rex ad Alexandrum Papam ablegabat Nilum Ordinis S. Baſilii Monachum tanquam Oratorem, qui Regis ſui nomine obſequium eidem velut Chriſti in terris vices gerenti deferret, ipſumque rogaret, ut occidentales Reges ad ſacrum in Saracenos bellum concitaret, quibuscum & ipſi Orientales Principes arma juncturi eſſent, idemque Rex vetus cum Romana Eccleſia fœdus redintegraturus efflagitabat, ut Papa Florentini Concilii decre- *Raynald ad ann. 1496. n. 21.*

---

tuerent preces, quibus Deo gratias agebant, eoquod per Cæſaris diſceſſum metu liberati fuiſſent. Ægre hæc duo conciliari poterunt: verum ejusmodi hallucinationes ſatis ſolemnes ſunt illis Scriptoribus, qui promiſcue ſine ſelectu ex variorum Authorum laciniis Hiſtorias ſuas conſuunt, partiumque ſtudio abripiuntur.

Sæcul. XV. A.C. 1496.

decretum de damnatis Græcorum erroribus ad ipsum transmitteret. Alexander Nilum Monachum ingenti animi lætitia excepit, ac reduci literas ad Regem deferendas tradidit, quibus eximium Georgianorum fervorem, ac fidei Zelum commendat, additque, *nos omnem quoque conatum adversus hostes sanctæ fidei convertemus, de quibus non veremur crucis vexillum præferentes certam victoriam reportaturos; definitionem fidei*, prosequitur Papa, *in Concilio Florentino firmatam, pro qua nobis supplicari fecisti, tibi mittimus, hortantes, ut illam mandes per universas Provincias tuas publicari & observari.* Datæ sunt hæ literæ septima Julii die (*). Præter has extant plures aliæ ad eundem Regem ab Alexandro scriptæ, in quibus Ecclesiæ Catholicæ dogmata de Processione Spiritus sancti a Patre, Filioque veluti unico Principio explicat; haud immemor dogmatis de primatu Romani Pontificis, cujus tamen prærogativam nimia ostentatione, ne dicam, exagge-

(*) *Hæ Alexandri literæ datæ sunt, non die septima Julii, sed III. Nonas Julii, seu die quinta, ut constat ex Brevi Apostolico ab Odorico Raynaldo citato, ex quo Continuator hæc deprompsit.*

aggeratione extollit (*) Sub idem tempus Pontifex ampliſſima indulgentiarum præmia propoſuit omnibus pugnaturis adverſus Moſcovitas, qui in Sueciam, Livoniam, aliasque Septentrionales Provincias populabundi excurrebant. Data eſt hæc Bulla die vigeſima ſecunda Junii. Sæcul. XV. A.C. 1497.

§. CXXIII.

(*) *Conſulatur ipſa Alexandri epiſtola, quæ exſtat apud Odoricum Raynaldum ad hunc annum num. 22 & certe lector nec oſtentationem nec exaggerationem deprehendet; non enim alia Pontifex recenſet Primatus jura, quam quæ ſummis Pontificibus primitus adſcripta fuere, nonne eadem ſtabilita ſunt in Concilio Niceno I. videatur Canon Arabicus 39. in verſione Turriani. & Canon 44. apud Labbæum tom. 2. Edit. Venet. item Synodus Epheſina act. 3. & 4. Chalcedonenſis act. 3. ac denique Conſtantinopolitana I. II. III. & IV. aliaque Concilia tam occidentalis quam orientalis Eccleſiæ, in quibus ſummus Pontifex ſemper deprædicatur:* Succeſſor S. Petri, verus Chriſti Vicarius, totius Eccleſiæ caput, omnium Chriſtianorum Pater & Doctor, univerſam Eccleſiam regendi poteſtate præditus. &c. *Nec plura etiam Alexander in laudatis literis protulit. Hæ ſi Continuatori diſplicent, vel oſtentationem ſapere videntur, primorum Conciliorum uſum, ac ſubmiſſionem erga ſummos Pontifices incuſet.*

Sæcul. XV. A.C. 1497.

§. CXXIII.

Bellum Pontificis adversus Ursinos.

Marian. ib. Ceterum Pontifex in eo erat, ut Ursinos, qui Carolo VIII. adhærebant, bonis exueret, & pagos, urbesque, quas in Romana ditione possidebant, hostiliter invaderet. His curis distentus præpediebatur, ne Liburnensium obsidioni suas quoque copias adjungeret, quibus tamen Urbini Ducem præfecit, eique militaris disciplinæ tyronem, ac Tribunum associavit Gandiæ Ducem, qui Nothus ipsius Alexandri filius erat secundo genitus. Ursini, cum ad numerosum exercitum in aciem educendum viribus impares essent, copias suas pari numero inter se partiti sunt.

§. CXXIV.

Bracciani obsidio.

Alvianus igitur intra muros Bracciani, quod Ursinorum oppidum est longe munitissimum, sese inclusit, ceteri vero ex eadem Familia ad alia securitatis loca sese receperunt, ut opportuno auxilio Alvianum juvare possent, quam primum pertinacior obsidionis mora hostium vires attenuaverit. Ergo Braccianum primitus obsidione premitur; verum præsidiarii invi-

invicto robore oppugnantium impetus re- Saecul. XV.
tundunt; Alvianus quoque omni, qua A. C. 1497.
par erat, animi fortitudine hostem ab accessu urbis arcere conatur, atque omni ex parte intra suos aggeres defensus, quam plurima belli tormenta admovet, ut in obsidentium castra densam globorum tempestatem evibraret. Praeterea militiam provincialem sibi addictam, ac in Bracciani finibus dispersam contrahi jubet, dato negotio, ut una omnes concubia nocte, ac hora praestituta urbi advolarent, ac quamdam hostilium castrorum partem aggrederentur, ipse vero eruptione facta in eandem irruit, occupat, ac tamdiu eam sibi vendicat, donec ipsius copiae cunctos hostium labores solo aequassent; Inde vero ad ceteros tormentorum suggestus contendit, eosque omnes evertit, ac tormentorum nonnulla, quae ibi locata erant, Braccianum devehit, alia autem impacto clavo obstruit.

§. CXXV.

Pontificii exercitus clades.

His victoriae auspiciis oppugnatorum animi erigebantur, faustaque haec mora ceteris Ursinis spatium indulsit, ut ad solvendam obsidionem necessarias copias colligere possent, interea etiam collectitia manu sibi ex Galliis sub-

Sæcul. XV. A.C. 1497.

missa aucti, insuper trecentos cataphractos, quadringentos levioris armaturæ equites, necnon bis mille quingentos pedites conscribebant, quas copias obMarian. lib. 26. n. 80. longis præter morem armabant hastis, eoque apparatu instructas Tiferno educebant. Verum consultius fore rati, si hostium vires nova expeditione distraherent, Vasanum, munitissimam ditionis Ecclesiasticæ urbem, circumsidere aggrediuntur, eo fine, ut a Bracciana obsidione Pontificis exercitum ad se converterent, eumque ad experiendum prælii discrimen compellerent. Valuit successus: Dux enim Urbinus intra obsidionales fossas Ursinorum adventum præstolari impatiens, primus ipsis obviam procedere statuit: Ergo utroque exercitu propius admoto, die vigesima quarta Januarii anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo initium certamini datum est.

Acriter utrinque depugnatur; ast Ursinorum equitatus militaris constantiæ, ac fortitudinis immemor detortis habenis retrocessit, pedites quoque equestri agmine, quo protegerentur, destituti, pari fuga e prælio discesserunt captis Carolo, & Francioto ex Ursinorum familia, necnon Rosseto Centurione; eadem etiam facilitate media acies, cui Vitel-

Vitellosius ab Ursinis præerat, certo profligata fuisset, si Fabricius Colonna, qui primum impetum fecerat, in eandem simul irruisset; ast ille Urbini Ducis jussu pugnæ quietem interponens, fugientibus sese colligendi spacium concessit. Demum pedestria utriusque exercitus agmina, quæ necdum manus conserebant, certaminis aleam decidebant; quippe Germanorum pedites, quibus Urbini, & Gandiæ Duces imperabant, Ursinorum milites adoriuntur, ast eorum hastas suis longiores experti, mox omni vincendi spe abjecta, terga vertebant, ceteris quoque Pontificii exercitus peditibus fuga dilapsis, Duce Gandiæ in facie vulnerato, Urbino autem ac Nogarolla Comite captis. Hac victoria Ursinorum res restaurabantur, ac victores cunctas urbes paulo ante amissas recuperabant. Alexander Papa horum vires, iramque veritus, licet invitus, Ursinis pacem dedit, conciliatore Consalvo, cujus opera tam feliciter concordia est restituta, ut quamvis ipse ad preces Pontificis pacis negotium in se suscepisset, Ursini tamen, a Rege Catholico rem esse penitus confectam gauderent, vehementerque lætarentur.

Sæcul. XV. A. C. 1497.

Sæcul. XV. A. C. 1497.

§. CXXVI.

Ostia a Consalvo obsessa, captaque.

Marian. ib. num. 81.

Quamvis Neapoli belli flammæ nec-dum penitus fuissent extinctæ, nihilominus Consalvus Pontifici opem laturus, Romam venit, ac confecta cum Ursinis pace, Ostiam, quam Gallorum præsidium tuebatur, obsidere aggreditur. Urbs ista, cum ad Tiberis ostia sita esset, commeatus aditum Romanis intercludens, extremam rerum egestatem induxit, nec minori calamitate populus afflictabatur, quam si urbis mœnia hostis undique cincta teneret. Præsenserat Consalvus arcis superandæ arduitatem, natura enim & arte munitissima; omniumque rerum apparatu copiose instructa erat. Præter hæc obsidionis difficultas augebatur ex eo, quod urbem Præsidiarii milites numero & animo, reique militaris experientia nominatissimi firmarent. Nihilominus Hispani Ducis fortitudo vinci nescia, simulque intrepidus, quo ipsius copiæ flagrabant, pugnandi ardor cunctis hisce obstaculis longe superior evasit; unde Consalvus brevi Ostiam vi occupavit, Gallumque urbis Præfectum ex deditionis lege honorifice habuit, ac sub militari honore liberum dimisit. Ceterum Consalvus magnam captæ urbis

bis partem debebat dexteritati, ac con- Sæcul. XV.
filiis Garziæ Laſſi, qui Regum Catholi- A.C.1497.
corum apud Sedem Apoſtolicam Lega-
tus erat, vir inter celeberrimos ævi ſui
Politicos facile Princeps. Conſalvus tran-
quilitate Eccleſiaſticis ditionibus reddita,
ſollicite Neapolim reverſus eſt, ut ur-
bes, quas Cardinalis S. Petri ad vincu-
la Gallorum nomine tenebat, Regi ſuo
vindicaret: Priusquam vero eo abiret,
Papam ſalutabat, hic vero graviter de
Ferdinando & Iſabella querebatur, in-
quiens, quod utriusque Principis indo-
les ſibi ſatis perſpecta eſſet, nec illi un-
quam ſe gratos Sedi Apoſtolicæ exhi-
buiſſent, prout tamen par fuiſſet, eis-
que conceſſa beneficia exegiſſent.

§. CXXVII.

Conſalvi reſponſum ad Papæ querelas.

Reſponſum Conſalvi vehementiſſimis *Marian. l.*
conceptum erat verbis: *Credo equi-* *cit.*
dem, repoſuit Conſalvus, *tibi eſſe notos,*
quorum in ditione es natus: quod vero ad-
dis, nulla eorum in te officia extare: nimi-
rum oblitus es eorum Regum ope, & aucto-
ritate ſtare tibi Pontificatum, in tanta quam-
vis licentia actionum, aulæque univerſæ mo-
rum perverſitate. Ergo quæ collapſa ſunt,
ſeveriori cenſura in priſtinum ſtatum reſti-

Sæcul. XV. A. C. 1497. *tuas moneo, priusquam meus Rex religione prohibeatur ei favere, qui suis moribus universum orbem Christianum fædare, pravoque vitæ exemplo multis exitio esse videtur.* Recensuit præterea Consalvus sigillatim beneficia, quæ Rex Catholicus, ejusque Prædecessores tam Alexandro, quam illius familiæ contulerant, postea plura alia adjecit Consalvus, ad quæ *Pontifex*, inquit Mariana, *victus conscientia, & audacia hominis militaris perterritus, cui loquendi fiduciam misera temporum & morum conditio dabat, mutire non est ultra ausus. Malorum etiam colluvies, qua ex eo fonte orbis Christianus premebatur, Castellæ & Lusitaniæ Reges impulit, repetitis legationibus Consalvi exemplo tantundem a Pontifice ut postularent* (*) nempe reformationem Ecclesiæ in capite & membris.

§. CXXVIII.

Papa Beneventi Ducatum Gandiæ Duci suo filio donare molitus.

Marian. ib. Verum Consalvi declamatio, ac Principum monita adeo non Pontificis animum flectebant, ut etiam paulopost in quodam Secreto Patrum Senatu, ubi de

(*) *NB. Hæc ultima verba Continuator de suo addidit, quo consilio? prudens Lector facile perspiciet.*

de Neapolitani Regni poſſeſſione Friderico confirmanda agebatur, Beneventum Pontificiæ ditionis urbem a Patrimonio Eccleſiæ avelli, ac Gandiæ Duci filio ſuo cedi, audacter poſtulaſſet. Qinimo ferunt nonnulli, Pontificem animo conſtituiſſe, quod Neapolis Regibus tributum ab iis Sedi Apoſtolicæ quotannis beneficiario nomine pendi ſolitum, condonare velit, ea tamen lege, ut Fridericus eundem Gandiæ Ducem Regni ſui Principatu centum aureorum millibus pingui augeret. Verum Papæ conſiliis obſtabat ingens obluctantium frequentia; Garzias Laſſus quoque Hiſpaniarum Regis Orator Papæ conſilium vehementer indignatus, haud diſſimulanter Beneventani Ducatus diſtractionem ab Eccleſiæ patrimonio improbabat, acrioribus verbis declarans, Regem ſuum nunquam conceſſurum, ut Ducatus iſte a Sedis Apoſtolicæ dominio avulſus, cuicunque demum, aut ſub quocunque prætextu donaretur; inſuperhabitis tamen omnibus hisce obſtaculis Alexander, ſuos ditandi cupiditate deluſus, nec æquitatis, nec rationis lege contineri patiens, rem omnino perfeciſſet, niſi ambitioſa Patris conſilia funeſta filii ſui mors conturbaſſet: tragicum autem Ducis Gandiæ exitum Mariana his verbis deſcribit.

Sæcul. XV. A.C. 1497.

Sæcul. XV.
A C. 1497.

§. CXXIX.

Sicaria cædes Gandiæ Ducis.

Marian hiſt. Hiſp. l. 26. n. 82.

Nocte quadam ad octavum decimum Kalendas Julias (*) *ex hortis, ubi cænati erant Gandiæ Dux, & duo Cardinales Valentinus, & Borgia*, quorum primi duo Spurii erant Papæ Filii, tertius vero ejusdem Nepos, flexo in veſperum die ſerius ſeſe domum conferebant ex horto Cardinalis S. Petri ad vincula prope Eccleſiam, ubi cum Venotia ſua Matre ſæpius convenerant, atque ad Palatium ſuum revertebantur (**), ut inquit

(*) Seu decima quarta Junii.

(**) Equidem Continuator hanc epiſtolam ex Mariana refert, atque in editione ſua illam virgulis obliquis deſignat, perinde ac ſi verba, ut vocant, illius formalia recitaret, cum tamen ea verba, quæ ciceronianis literis excuſa ſunt, mere de ſuo adjecerit, ut Lectoris memoriæ rurſus inculcet, hos Cardinales fuiſſe nothos Papæ filios, eorumque Matrem eſſe Venotiam, cum tamen plusquam vigeſies idipſum jamjam memoraverit, ac nunquam utriusque hujus Cardinalis mentionem fecerit, quin ſtudioſe adderet hæc verba: *Nothi Papæ Alexandri Filii*, quos tamen Alexander longe ante Papatum procreaverat. Inſue-

ta

quit Burchardus: *Divertit paululum de via Dux cum unico a pedibus famulo, quem etiam a se dimisit arma quæsitum. Fecit ille, ut erat imperatum: verum in reditu Herum non invenit, neque vero die proximo omnino intelligi potuit, ubi esset. Mula tantum, qua Dux pridie vehebatur, ad Flaminiam portam urbis est inventa; majori ergo diligentia & inquisitione cognitum e naviculario est, de media nocte e cymba, in qua pernoctabat, vidisse se hominem e mula, qua portabatur ab alio in clunibus insidente, & duobus ab utroque latere ad extremum Tiberis pontem, ubi ventum esset, in subjectum flumen præcipitem datum. Rogasse eum, qui in mula sedebat, an mergeretur, ac duobus illis id affirmantibus discessisse omnes.* Papa quantocius urinatores jussit, *ut ad imum usque flumen quærerent in loco a navicularo designato*, qui erat locus, in quem fimus, urbisque sordes paulo ante

Sæcul. XV. A. C. 1497.

ta autem hac repetitione frustra novam Pontificatui invidiam accersere satagit Continuator, Catholici enim perbene sciunt, quod Deus Ecclesiæ veræ ejusque capiti promiserit infallibilitatem in docendo, non item innocentiam morum. Protestantes vero ubique ac præcipue in Anglia tanquam supremum Ecclesiæ caput agnoscunt eos etiam Principes, qui ejusmodi sceleribus, aliisque pejoribus contaminati erant.

Sæcul. XV. A.C. 1497. ante projiciebantur (*). Hi poſtquam diligenter quæſierunt, *corpus invenere novem fœdatum vulneribus cum veſtibus, ac reliquo omni ornatu.*

§. CXXX.

Incogniti hujus cædis Auctores.

Marian. ib. Guicc. l. 3. Quamvis ſolertiſſima adhiberetur inquiſitio, nihilominus hujus cædis Auctores haud detegi poterant. Alii in ſceleris ſuſpicionem adducebant Urſinos, qui de Pontifice ipſis infenſo vindictam ſumpturi, iræ ſuæ rabiem in Filios ejus effudiſſe credebantur; alii accuſabant Aſcanium Sfortiam Cardinalem, qui ob injurias ſibi a Borgianis illatas eosdem ſummo perſequebatur odio; conſtantior tamen fama tulit, criminis auctorem fuiſſe Cæſarem Borgiam Valentinum Cardinalem defuncti Ducis fratrem natu majorem, qui omnium, quos illo ævo terra ſuſtinuit, ſceleratiſſimus audiebat, nec ſuſpicioni fundata ratio deerat; quippe præter ambitionem, qua flagrabat, ægre etiam ferebat, Gandiæ Duci potiores fuiſſe

(*) Hæc verba itidem intruſit Continuator, cum Mariana tantummodo dicat: *Loco a navicularo deſignato urinantes ad imum usque flumen quæſitum diligenter corpus invenere.*

fuisse partes apud Lucretiam Borgiam, quæ utriusque Soror simul & prostibulum erat; huic etiam accessit invidia fratris erga fratrem, eoquod se posthabito utut natu majori, alteri Ducatus Gandiæ cessisset: verum in ejusmodi eventibus, nec effrænis calumniantium libertas, nec effusa invidæ plebis maledicentia coerceri, minus vero facti veritas detegi valet: vero tamen simillimum est, hosce rumores ex communi odio, quo habebatur Pontifex, fuisse exortos: unde persæpe contigit, ut cuncta, quæ Alexandrum quoquo modo concernebant, proclivi in deterius persuasione populus siniſtra interpretatione acciperet. Sæcul. XV. A.C. 1497.

§. CXXXI.

Papæ luctus ob Gandiæ Ducis mortem.

Comperta Gandiæ Ducis cæde summus Pontifex vehementissime affligebatur, ac postquam proprias miserias deploravisset, e Cardinalium numero quosdam delegit, quorum opera in moribus curiæ suæ corrigendis uteretur, imo referunt nonnulli, solida tamen ratione destituti, ipsum de dimittendo Pontificatu agitasse consilia, eaque Ferdinando Regi Hispaniarum patefeciſſe, hunc tamen eidem auctorem fuisse, ut hac super re nil *Raynald. hoc anno n. 4. Surita tom. 5. lib. 2. c. 1.*

Sæcul. XV. A C. 1497. nil ſtatueret, donec concepti de cæde doloris vis remitteret. Id an verum ſit, dubitandi locus ſupereſt, certiſſimum tamen, nec Papatus abdicationem, nec Curiæ reformationem fuiſſe ſecutam, imo huic nec manus admota videtur.

§. CXXXII.

Quædam propoſitiones a Pariſienſi facultate Theologica proſcriptæ.

Theologica Pariſienſis facultas, quæ ad conſervandam Chriſtianæ doctrinæ puritatem indefeſſo ſtudio incumbebat, cunctis erroribus ſubinde irrepentibus ſeſe opponebat: hanc ob rem die decima quinta Aprilis currentis anni cenſura notavit, damnavitque opinionem illorum, qui illa Davidis verba ex Pſalmo vigeſimo primo, *ego autem ſum vermis, non homo* in ſenſu literali Chriſto Domino attribui negabant, licet de eodem *humanato* Deo in ſenſu allegorico, atque anagogico vere intelligi profiterentur. Ergo facultas definit, hanc propoſitionem eſſe falſam, ac hæreſim ſapere. Non multo poſt tempore eadem Facultas Theologica quemdam Ordinis FF. Prædicatorum, nomine Joannem Alutarium compulit, ut ſermonem, quem die octava Septembris, quæ Nativitati B. V. ſacra erat, in Eccleſia S. Joannis *in Gra-*

Argentre coll. jud. tom. I. p. 336. & 338.

Ex Regiſt. Facult. fol. 147. & 148.

via

via habuit, publice retractaret, in hoc enim, quamvis assereret, *Beatissimam Virginem Mariam non peccasse veniaSæcul. XV. A.C. 1497.*
liter, adversus hanc tamen doctrinam argumenta, ac Doctorum testimonia produxit, hancque quæstionem *imprudenter ac indiscrete cum populi offensione* discussit; referimus ipsam propositionem, prout ab hoc Religioso retractata, verbisque illius ævi stylo accommodis relata fuit: *Non obstante quod S. Joannes Chrysostomus, ut videtur, insinuaverit, B. Virginem apud nuptias venialiter peccasse, ac humanam quamdam fragilitatem, atque levem vanæ gloriæ motum habuisse; nihilominus nunquam veniale peccatum commisit, nec committere potuit, & contrarium S. Chrysostomum expresse tenuisse, affirmat S. Thomas.* Hanc Propositionem Alutarius non quidem in Ecclesia, sed tamen præsentibus Decano ac Deputatis in quodam Facultatis conventu revocabat.

Jam anno priori perspeximus, quanto fervore eadem facultas infectata esset omnes illos, qui immaculatam Conceptionem B. V. impugnabant, hujusque mysterii sanctitatem labefactabant. Hoc igitur argumento in tribus consultationibus mature discusso, quarum prima habebatur tertia Martii, altera ejusdem mensis sexta die, demum in tertia de-

Argentre ib. p. 333 regest. fol. 148.

cidit,

Secul. XV. A.C. 1497. cidit, hunc in modum, *Majorum noſtrorum veſtigia ſequentes, univerſi tertio congregati poſt multam, gravem & maturam deliberationem, in ejus piiſſimæ doctrinæ, quæ benedictam Dei Matrem ab originali peccato Dei ſingulari dono fuiſſe præſervatam affirmat, quamque jam pridem veram credidimus, defenſionem ſpeciali Sacramento conjuravimus, ſtatuentes, ut deinceps nemo ſacro huic Collegio adſcribatur, niſi ſe hujus doctrinæ ſtrenuum propugnatorem ſimili juramento profiteatur; quod ſi quis ex noſtris contrariæ aſſertionis, quam falſam, impiam, & erroneam judicamus, patrocinium ſuſcipere auſus fuerit, hunc honoribus noſtris omnibus privatum, atque exauctoratum a noſtro conſortio procul abjiciendum decernimus.* Hoc Decretum conditum eſt in tertia Congregatione die nona ejusdem menſis Maji poſt Miſſam de Conceptione celebratam: illud tamen nonniſi anno ſequenti milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo promulgatum eſt in alia quadam Congregatione apud Maturinos die vigeſima tertia Auguſti habita, in qua idem juramentum præſtitum, ac renovatum fuit, præſentibus Univerſitatis Rectore, Bituricenſi Archiepiſcopo, ſeptem Epiſcopis, pluribus Abbatibus, Conſiliariis regiis, & quam plurimis Doctoribus, aliisque prima laurea donatis. Nihilominus hujus decreti

severitas haud deterruit quemdam Religiosum Ordinis S. Dominici, quominus in festo die Conceptionis B. V. M. in quodam sermone Deppæ habito sententiam de immaculata Conceptione impugnaret; quapropter tres propositiones, ad quas illius sermo reducebatur, ad Facultatem delatæ ab eadem die decima octava Septembris condemnatæ fuerunt, velut *falsæ, impiæ, piarum aurium offensivæ, sacræ Scripturæ, cultui Ecclesiæ, ac rectæ rationi dissonæ, necnon a devotione fidelium de immaculata Conceptione gloriosissimæ Virginis Mariæ Matris Domini nostri Jesu Christi retractivæ.* Sæcul. XV. A.C 1497. *Argent pag. 336. & 337. Ex regist. fol. 151. Trith. in Chron. Spanheim.*

Eadem Facultas Theologica Parisiensis hoc anno die vigesima tertia Augusti quatuor alterius cujusdam Dominicani nomine Joannis Morcelli damnavit propositiones, utpote honori Beatissimæ Virginis derogantes. Harum prima his concepta erat verbis: *Deus potest producere creaturam puram in majori gloria, quam sit Virgo Maria, de potentia absoluta, licet non de ordinaria.* Hæc propositio, inquit Facultas, *quamquam quoad primam partem sit vera, inepta tamen, indiscrete, infructuose, & sine ædificatione populi taliter prædicata, nec de cetero taliter prædicanda: quoad secundam partem, si comparare intendat Virginem ad humanitatem* *Argentre ib. p. 339. ex regist. fol. 154.*

Sæcul. XV. A.C. 1495.

Christi, vel animam ejus quoad Gloriam, falsa est, & erronea in fide, & sic revocanda.

Secunda Propositio: *Problema est Virginem Mariam pulchriorem esse corporaliter Eva.* Hæc propositio est *temeraria, laudi, & dignitati Virginis detractiva, falsa, dictis Sanctorum dissona, Scripturæ sacræ contraria, de hæresi suspecta, ideo revocanda.*

Sequitur propositio tertia: *Christum occurrisse Virgini Mariæ in sua Assumptione, apocryphum est.* Hanc propositionem Parisienses Doctores notabant tanquam *falsam, contra Scripta Doctorum, impietati faventem, piarum aurium offensivam, detractivam populi a devotione, quam habent ad Virginem Dei Genitricem.* Propositio quarta. *Nos non tenemur credere sub pœna peccati mortalis, quod Virgo sit assumpta in corpore & anima, quia non est articulus fidei.* Facultas declarat hanc propositionem, *prout jacet, temerariam esse, scandalosam, impiam, devotionis populi ad B. Virginem diminutivam, falsam, & hæreticam.*

Revocatæ sunt hæ propositiones a Joanne Morcello publice in Ecclesia S. Benedicti die vigesima tertia Augusti. Dupinus harum propositionum censuras referens, inquit, Censores juxta plurium opinionem severitate excessisse.

§. CXXXIII.

§. CXXXIII.

Sæcul. XV. A.C. 1497.

Quæstiones a Rege Facultati de reformatione Clericorum propositæ.

Carolus VIII. Galliarum Rex, cum in Regno suo Ecclesiæ ac Clericorum reformationi animum adjiceret, quasdam propositiones a Facultate Parisiensi examinandas, atque decidendas proposuit. Ex his erat prima. I. „ An summus Pontifex singulis decenniis sacram Synodum, quæ Ecclesiam universalem repræsentat, convocare teneatur, & quidem in hac ipsa temporis circumstantia, ubi corruptela „ tam in capite, quam in membris notorie viget. II. Si igitur in casu præsenti necessitas urgeret, cum jamjam „ ab ultima Synodo decem anni effluxerint, utrum Papa rogandus, aut si „ Concilium convocare negligat, vel protrahat, stimulandus esset, vel an in „ ejusmodi casibus Principes tam Ecclesiastici, quam Laici nec non cetери Ecclesiæ Status possint ipsimet „ convenire, & an iidem, etiamsi a „ summo Pontifice convocati non essent, „ nihilominus Synodum efficiant, quæ „ universalem repræsentat Ecclesiam. „ III. Utrum tempore urgentis necessitatis, ut præsens est, vel post decen-

Argentre tom. I p. 335. & 336.

„ nium,

Sæcul. XV. A. C. 1497.

„ nium, poſtquam aliqua magna & no-
„ tabilis pars Chriſtianæ Reipublicæ,
„ quemadmodum eſt regnum Franciæ,
„ vel ipſe Rex Chriſtianiſſimus ipſius vi-
„ ces gerens, rogaverit, poſtulaverit,
„ & adhortatus fuerit ſummum Pontifi-
„ cem, ceterasque partes de congre-
„ gando tali Concilio, ut neceſſitati Ec-
„ cleſiæ provideatur, ipſe vero Ponti-
„ fex vel aliquæ prædictarum partium
„ recuſarent, negligerent, vel differrent
„ ejusmodi Concilium congregare, ni-
„ hilominus illi, qui aderunt, ſine aliis
„ non convenientibus poſſint præfatam
„ Synodum celebrare, & neceſſitati Ec-
„ cleſiæ providere. „

§. CXXXIV.

Reſponſum Facultatis Theologicæ ad quæſita Regis.

Argentre ib. Ex 1. regiſt. MS cenſurar. facult. Pariſ. fol. 147.

Die undecima Januarii hoc anno Facultas Theologica Pariſienſis hac ſuper re deliberatura conventum egit, eodemque die Regi in hanc ſententiam reſponſum transmiſit. I. *Summus Pontifex tenetur de decennio in decennium congregare generale Concilium, univerſalem Eccleſiam repræſentans, & maxime nunc, cum tanta ſit deordinatio in Eccleſia tam in capitibus, quam in membris, quæ cunctis necceſſitatoria eſt.* II. *Si tempore urgentis neceſſitatis,*

tis, ſicut nunc, vel poſt decem annos ab ultimo celebrato Concilio dictus ſummus Pontifex rogatus fuerit, requiſitus, provocatus, & monitus de ſic congregando dictum Concilium, & facere recuſaverit, neglexerit, vel diſtulerit, tunc Principes tam Eccleſiaſtici, quam Sæculares, & partes Eccleſiæ notabiles poſſunt ſe congregare ſine hoc, quod per dictum ſummum Pontificem congregatur tale Concilium Eccleſiam univerſalem repræſentans. III. Definivit laudata facultas, *quod tempore urgentis neceſſitatis, ut nunc, poſtquam aliqua bona magna pars, & notabilis Chriſtianitatis, quemadmodum Rex Chriſtianiſſimus, rogaverit, ſummaverit, & exhortatus fuerit ſummum Pontificem de congregando dictum Concilium, & de providendo neceſſitati Eccleſiæ; ipſe vero recuſaverit, nihilominus illi, qui aderunt, & comparebunt, poterunt ſine aliis non convenientibus præfatum Concilium celebrare, & neceſſitati Eccleſiæ providere.*

Sæcul. XV. A.C. 1497.

Attamen Carolus VIII. hæc Facultatis monita effectui dare non poterat, cum vitæ ſuæ ſpacium arctis nimium limitibus circumſcriberetur.

Sæcul. XV. A. C. 1497.

§. CXXXV.

Vasquesii Gamæ navigatio in Indias Orientales.

Marian. hist. hisp l. 28 n. 90. & seq. Maffeus l. 1. Barros l. 4. cap. 9.

Interea Lusitaniæ Rex, cum animo constituisset, ad Indias viam explorare, quæ hucusque inveniri haud poterat, quamvis satis ampla illius exstarent documenta, hinc operi conficiendo Vasquesium de Gama natione Lusitanum præfecit, quatuor navigiis instructum. Hic ergo die nona Julii anno Salvatoris milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto ex litore ſolvit, ac unacum Paulo de Gama ſuo fratre, Nicolao Coeillo, aliisque nonnullis belli Præfectis animi fortitudine, ac rerum experientia inclytis Moſambicum appulſus eſt, ubi a Gubernatore Nauclerum ſibi concedi poſtulavit, qui viæ ducem ageret. Annuit haud cunctanter Gubernator, ratus, naves a ſe conſpectas Turcarum copiis inſtructas eſſe: cum vero errorem edoctus eſſet, Nauclero negotium dedit, ut Lusitanos ad portum Quiloæ deduceret; ſperabat enim, eos certo ibidem perituros. Aſt Gama perfidiam ſubodoratus, portum intrare renuit, ſed continuato, quem ceperat, curſu Melindam pervenit, cujus regni Princeps claſſis Præfectum alloqui ambiens, ad oram deſcendit,

dit, ac explorato illius propoſito eidem Navarchum integræ fidei virum adjunxit, a quo tanta dexteritate, ac navigandi felicitate devehebatur Gama, ut poſt vigeſimum ſecundum navigationis diem, maris ſinu obliquis velis emenſo, jam vigeſimo Maji die Anno reparatæ ſalutis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo claſſem ad Calecuti litus adpelleret, quamvis hoc Regnum ſeptingentis circiter leucis Melinda diſtaret. Ergo Gama anchoras jacere præcipit, altero ab ora lapide, eoquod ſubſidentes maris undæ propiorem ad litus acceſſum denegarent. Demum data ei fuerat copia non modo ſuos in terram exponendi, ſed ipſius Imperatoris, quem hujus regionis incolæ *Zamorinum* nuncupant, conſpectum ſubeundi; igitur regni Metropolim bidui intervallo a maris litore diſcretam Gama acceſſit, ab Imperatore perbenigne exceptus, obtenta etiam liberi commercii facultate. Sæcul. XV. A.C. 1497.

Verum Mahometani metu agitati, ne per novam hanc Luſitanorum coloniam maximi quæſtus ſpes ipſis interciperetur, Zamorino ſuggerebant, Vaſqueſium de Gama non niſi ementitum Oratorem, re autem ipſa Piratarum principem eſſe. Zamorinus his auditis ex ipſo

Sæcul. XV. A.C. 1497. Gama rei veritatem edoceri voluit, & quamvis Nobilis ille Lusitanus cuncta ejus dubia plene dissolvisset, nihilominus Imperatori semper Viri fides suspecta erat; unde Gama sibi a Mahometanis insidias parari veritus, clam Calecuto discessit, ad sua navigia reversus; cum vero vela faceret, Indorum nonnulli, quos patrio nomine *Zambuccos* nominant, navibus suis occurrunt, aditum inhibituri; attamen ille crebra tormentorum explosione periculum dextre eluctatus, rursus ad Anchedinæ Insulam delatus est, ubi cum haud procul Timojas Pirata navim suam applicuisset, ac tenebrarum beneficio Gamam aggrederetur, grandinantes inter sclopos, interque volitantes tormentorum globos a Lusitanis exceptus, vela ad fugam vertere compulsus est. Capta aliquot dierum quiete Gama longius in altum procurrens, Ulyssiponem regressus est, navigationis suæ rationem Lusitaniæ Regi redditurus. Conduxit secum Æthiopem quemdam nomine Moncaidem, qui in Lusitaniam veniens, ac Christianorum sacris initiatus, vitam multis virtutum ornamentis illustrem transegit: Præterea complures Indos reditus sui socios habuit, quorum corporis habitudo, indoles, fusca facies, idioma, gestus, ac vestium cultus in omni-

omnibus eos videndi & alloquendi desiderium accendit. Ceterum Gama Ulyssiponem nonnisi exeunte Mense Augusto anni salutis millessimi quadringentesimi nonagesimi noni redierat. Sæcul. XV. A.C.1497.

§. CXXXVI.

Perkinus ex Hibernia in Scotiam profectus.

In Anglia Perkinus fraudum artifex, primis adversantis fortunæ injuriis nihilo magis territus, in Flandriam revertitur, viduam Burgundiæ Duciſſam inviſurus, a qua, perinde ac ſi omnem doli fabricam feliciter abſolviſſet, haud remiſſioribus benevolentiæ ſignis exceptus eſt. Poſt hæc Duciſſæ bene viſum, Perkinum in Hiberniam mittere, ubi etiam pervenit, Henrico interea Senatum ſuum Londini convocante. Verum cum ibidem portus ſecuritate ac factioſorum auxilio deſtitutus eſſet, & Poyningus Regis auctoritatem firmiter ibi, poterque ſtabiliiſſet, in Scotiam ſeceſſit, a Jacobo IV. Rege perbenigne receptus, eoquod ille Henrico infenſus eſſet, atque ad tuenda Perkini jura a Burgundiæ vidua, Carolo Galliarum Rege, & Maximiliano Cæſare impenſe ſollicitaretur; uterque enim Angliæ Regi vehementer

Sæcul. XV. A. C. 1497.

indignabatur, Carolus quidem, quod Rex fœderi inter Italiæ Principes inito accessisset, alter vero, quod Henricus cunctis suis subditis commercium cum Flandris, proposita pœnarum severitate, inhibuisset.

§. CXXXVII.

Hunley Comitis Filia ex Scoti Regis jussu Perkino desponsata.

Buchanan. rer. Scotic. l. 12.

Rex Scotiæ omnibus Perkini verbis fidem suam addicens, eundem in patrocinium suum accepit, eoque devenit, ut, amicitiam suam luculento testaturus argumento, Perkino Catharinam Gourdon Comitis Hunley filiam, adolescentulam regio generi propinquam, matrimonio jungeret. Erat illa Virgo nonnisi quindecim annos nata, corporis forma excellens, omnique virtutum genere longe illustrior. Peractis hisce nuptiis, ipse Rex, juncta Perkini opera, milites conducit, ac Northumbriæ Provinciam ingreditur, in qua Perkinus, assumpto Richardi IV. nomine, adversus Henricum VII. impudens edictum publicari jubet, in quo Regem, constituto in ejus necem pretio, tyrannum proclamat, & ampla

ampla per præconem præmia promittit, quæ illis, qui ad Henricum solio deturbandum operam jungent, darentur, cunctisque ab ejus obsequio deficientibus plenam præteritorum oblivionem pollicetur. Verum Perkini consiliis, atque exspectationi eventus ablusit, cum enim Anglicæ nationi innatum cum Scotis bellum esset, Angli viro nonnisi inveteratorum hostium suorum potentia suffulto studia sua devovere abhorrebant. Henricus quoque rebus suis intentus, commercii libertatem cum Flandris innovavit, pacemque cum Archiduce pepigit, ea lege, ut rebellibus nullo pacto auxilium præstaret. Sæcul. XV. A.C. 1497.

§. CXXXVIII.

Corisopotanæ Provinciæ seditio.

Hæc dum geruntur, in Corisopotana Provincia seditio conflatur, vel eo nomine maxime periculosa, quod Henricus, ut eam sedaret, copias suas distrahere compelleretur. Huic seditioni occasionem præbuit subsidiorum lex a Senatu sancita; hæc enim a deputatis tanta severitate, ac rigore exigebantur, ut plusquam viginti rusticorum millia arma caperent, suæque factioni Andleyum Nobilem Anglum præficerent. Hic quidem

Sæcul. XV. A.C.1497.

dem primæ nobilitatis Vir erat, cum vero regiminis normam indignaretur, ad quævis audenda proclivem fovebat animum, dummodo conditionem ſuam meliorem reddere poſſet; cetera gregarii militis partes egregie explebat, aſt ad exercitus imperium parum idoneus erat. Nihilominus ſeditioſi ſub auſpiciis hujus Belliducis recens nati Sarisberiam, & Viaconiam pervagantur, demumque Cantii Provinciam invadunt, ubi tamen omnino incolarum neminem ad ſua ſigna trahere valebant; ſiniſtro hoc ſucceſſu nonnulli animum deſpondentes, ad ſua reverſi ſunt: Ceteri vero, cum eorum audaciam acueret ipſa Regis cunctatio, qua impune tantum itineris ſpacium emetiri permittebantur, Elthamum inter, & Grenwicum caſtra nonniſi aliquot leucarum intervallo Londino diſſita metati ſunt, ſpe freti, ſe hac urbe potituros.

§. CXXXIX.

Black-heatenſe prælium Henrici VII. cum rebellibus.

Polyd. Virg. hiſt. Anglic. lib.26. Bacon. hiſt. Regni Henrici VII.

Inquietiſſimus vigilum curarum turbo uno quaſi agmine Henrici animo circumſonabat, hinc exterum bellum, illinc ſeditio, ac Competitoris molimina, magni timoris argumenta concurſabant, nihilo-

hilominus tamen tot malorum concur- Sæcul. XV.
ſus priſtinam Henrici conſtantiam, fir- A.C 1497.
mumque illius animum mutare haud
valebat; ipſe enim paratum in ca-
ſtris habebat exercitum, ac Surre-
giæ Comitem cum valido agmine
ad Scotiæ fines præcedere jubebat,
ut Jacobo Regi forte alteram in Angliæ
terras irruptionem tentaturo obſiſteret;
cumque Rex ſeditioſos jamjam Londinum
usque penetraſſe comperiſſet, in tria
agmina reliquas copias, ac imperii curas
hunc in modum partitur: præprimis O-
xonienſi, Eſexienſi, & Suffolcienſi Comi-
tibus mandat, ut primo agmine montem
omni ex parte circumdent, excepta illa
regione, quæ Londinum reſpicit; ibi enim
ſupremus Cubiculariorum Præfectus, qui
ſecundæ aciei imperabat, rebelles adori-
retur; ipſe vero Henricus tertio agmi-
ne mediam Londinum inter & montem
ſtationem occupabat, ut urbem tuere-
tur, copias ſuas firmaret, ac opportuno
auxilio obviis quibusvis caſibus præſto
eſſet. Solertiæ ſecundus colluſit even-
tus, quippe vigeſima ſecunda Junii An-
no milleſimo quadringenteſimo nona-
geſimo ſeptimo die Sabbati prælium ini-
tur; vix ſpacio aciem inſtruendi hoſti-
bus relicto; unde altero impetu rebel-
lium ordines perfringuntur, cunctique

præci-

Sæcul. XV. A.C. 1497.

præcipiti fuga sese proripiunt, duobus millibus (sex enim exercitus constabat) desideratis, ceteris vero captis, quos inter tres rebellium principes extremo supplicio condemnati sunt, reliquis vero Henricus vitæ gratiam conceſſit, considerans, inquit Franciscus Baco, plurimum differre inter seditionem paupertatis necessitate extortam, ac rebellionem ab indole in tumultus nata concitatam.

§. CXL.

Nuptiæ inter Regis Angliæ Filium & Catharinam Arragoniam firmatæ.

Bacon. hist. Regni Henrici VII.

Paucis post Blac-heathense prælium diebus Archiducis Oratores Londini pacta firmabant, quibus nupero commercii fœdere accuratius expositio, Archidux juri cedebat, quo antea pro quolibet Anglici panni texto in ejus ditiones invehendo unius floreni vectigal exigebat. Præterea die decima octava Junii Henricus rata habuit nuptiarum pacta Arturi filii sui natu majoris cum Catharina de Arragonia. Hoc connubium jam Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo primo decretum, tandem quinto

to ex poſt anno die prima Octobris fi- Sæcul. XV.
matum eſt, eo quidem tempore, quo Ca- A. C. 1497.
rolus VIII. in Angliam Legationem de-
cernebat, ut pax Stapulenſis ſtabiliretur,
ſicque quædam concordiæ violationes
ultro citroque commiſſæ repararentur.
Interim Henrico Coriſopotanæ ſeditioni
penitus extinquendæ intento, Rex Sco-
tiæ alteram in Angliæ regnum irruptio-
nem tentat, urbemque Norhamenſem
obſidione premit, quam tamen ad pri-
mos Surregiæ Comitis occurſus ſolvens,
ad regnum ſuum reverſus eſt.

§. CXLI.

Pax Scotos inter & Anglos.

Cum vero Scotiæ bellum Henrico per-
moleſtum eſſet, in pacis conſilio o-
pem quærere cæpit, atque Petrum de
Ayala Hiſpanicum apud Angliæ Regem
legatum idoneum rei gerendæ Miniſtrum
ſelegit, nec hunc præ reliquis delegiſſe,
Henricum pœnituit: Petrus enim in
Scotiam delatus, Regem eo induxit, ut
prius honorifice Perkinum valere jube- *Bucan. hiſt.*
ret, ac demum de pace ageret, ne for- *rer. Scot.*
te ementitus ille Eboracenſis Dux fœ-
deris conſilia everteret. Ergo Oratores
Aytonii conveniunt, ibidemque primo
ſeptem annorum inducias decernunt, a

vige-

Secul. XV. A.C. 1497. vigesima nona Septembris die, qua pacis fœdus utrinque firmatum est, computandas.

§. CXLII.

Perkinus in Hiberniam, inde in Angliam reversus.

Perkinus a Scotiæ Rege valere jussus, unacum Comitissa conjuge sua, famulis, omnibusque Scotis, quos ad partes suas pertrahere poterat, navem conscendit, ac versus Hiberniam plenis navigavit velis, ventoque secundo usus, ad portum adpulsus est, nemine suorum exscensioni obluctante. Primo hoc blandientis fortunæ successu de meliori sorte confisus, veterum suorum amicorum studia denuo accendere, novos sibi conciliare, cunctaque ad Anglicam expeditionem parare adlaborabat. Vix Coriſopotum de Perkini adventu in Hiberniam rumor pervasit, cum illico seditio recrudesceret; unde Perkinus factis vellis sese rebellibus adjungere festinat, horum tribus millibus ad ejus vexilla convolantibus. His suppetiis auctus Exoniam contendit, urbem cingit, atque ad deditionem provocat; verum ei a civibus in responsis datum, se nullum alium præter Henricum Regem venerari, mor-

mortemque potius oppetere paratos, quam ab ejus fide deficere. Rex Angliæ, intellecto Perkini adventu, atque Exonienſi obſidione, hoſtem ſuum intra regni viſcera graſſari obſtupuit. Ergo quantocius copias ſuas longo ordine litora obſidere jubet, ut redituro maris tranſitum interciperet. Nobiles mox conſcenſis equis, collectisque, quot quot poterant, militibus, Cubiculariorum Præfecto, qui Exonienſibus in auxilium accurrerat, ſeſe adjungunt, ac eorum primus Buckinghamiæ Dux prope urbem advenit, quem paulo poſt ipſe Rex ſecutus eſt. Aſt Perkinus Anglorum occurſum præſtolari haud conſultum ratus, obſidione ſoluta cum ſeptem millibus ſuorum Tauntonium ſeſe recepit. Sæcul. XV. A.C. 1497.

§. CXLIII.

Philippi Callimachi obitus.

Hoc anno inter viros ſcientiarum laude claros ſolus Philippus Callimachus, celebris Hiſtoricus, Poeta, & Orator, vivis ereptus eſt: obitus ſui diem ad primam Novembris anni præceden tis nonnulli Scriptores revocant. Fuit is natus in quodam, quod Sangem inianum vocatur, Etruriæ oppido, unde, cum hæc urbs in Florentinorum ditione ſita eſſet, *Michov. l. 4. c. 78 Crom. l. 30. Volateran. lib. 7. Paul. Jov. elog. c. 41.*

Sæcul. XV. A. C. 1497.

etiam Florentinus a nonnullis dictus reperitur, nomen tamen ſuum mutabat, pro more complurium Italiæ Doctorum, qui quoddam literatorum collegium condentes, ut a ceteris diſtinguerentur, peregrina adoptabant nomina; Paterna enim origine Geminianus nuncupabatur, poſtea vero Callimachus, nomine a Græcis mutuato, appellari conſuevit. Verum rei hujus novitatem ſingulari, nimioque ſtudio exquiſitam Paulus II. ſibi ſuſpectam habebat, facile ſibi perſuadens, ſub obtentu humaniores excolendi literas in academicis horum Doctorum conventibus exponi quæſtiones tam ſtatus tranquillitati, quam Religionis integritati pernicioſas; quare ejusmodi academiam diutius ſuſtinere, haud conſultum ratus, cuncta illius membra diſſipavit, ac ſeverius habuit: Unde Callimachus ex Italia ſecedens, ad Caſimirum Poloniæ Regem ſe contulit, qui tum in Pontificem parum propenſus erat, eo quod is in regni Bohemici controverſia Matthiæ Hungariæ Regi faveret contra Wladislaum ipſius Caſimiri filium. Ab eodem Rege Callimachus Moderator regiis liberis datus, tanta crevit auctoritate ſub Joanne Alberto Filio, & Succeſſore Caſimiri, ut ejus nutu pene cuncta gererentur: qua re ingentem ſibi invi-

invidiam apud Polonos conflabat, ægre ferentes, virum exterum, ac patria exulem indigenis præferri. Nihilominus, Michovio teſte, placide Cracoviæ mortuus, amplo funere honeſtatus eſt: Ejus tamen obitum Vilnæ in exilio contigiſſe, Paulus Jovius refert. Sæcul. XV. A C 1497.

Scripſit Callimachus plures hiſtorias, nimirum illam de geſtis Attilæ, tres libros de bellis Ladislai Poloniæ, & Hungariæ Regis, in Varnenſi prælio occiſi, necnon ipſius pugnæ hiſtoriam; item tractatum de his, quæ Veneti tentarunt, ut Perſas & Tartaros contra Turcas excitarent; Orationem de bello Turcis inferendo: Præter hæc opera inter epiſtolas Angeli Politiani quædam etiam a Callimacho ſcripta reperitur. Paulus Jovius hujus Viri opera Taciti ſcriptis æquiparat: Platina vero de Callimachi ingenio, corporis habitudine, ejusque facultatibus differens, eumque minime conjurationis in Paulum Papam reum eſſe demonſtrans, *crederem*, inquit, *Callimachum nihil tale unquam moliturum, necdum meditatum fuiſſe, quod conſilio, lingua, manu, ſollicitudine, opibus, copiis, clientelis, armis, pecuniis, oculis poſtremo careret. Cæculus enim erat, &*, proſequitur idem Platina, *P. Lentulo ſomniculoſior,* *Trithem. de Script. eccl. Platin. in Paul. II.*

Secul. XV. A.C. 1497.

culoſior, ac L. Craſſo ob adipem tardior, eratque nec lingua nec manu promptus. Equidem hæc Platinæ deſcriptio ſatis abjecta Virum non indigitat ingenii acie præditum, ac eruditione excultum, qualis tamen Callimachus audit.

§. CXLIV.

Carolus VIII. Lugduno San-Dionyſium, inde Lugdunum reverſus.

Le vigne journ. du voyage de Charles VIII.

Carolus VIII. toto abhinc tempore, quo in Gallias reverſus erat, Lugduni hærens, unice in eo erat, ut voluptatibus indulgeret, tandem vero relicta hac urbe, ad Eccleſiam S. Dionyſii ſe contulit, Deo grates repenſurus: nec tamen Lutetiam Pariſiorum venire dignatus eſt, ut abſentia ſua cives plecteret, qui proxime in Italiam eunti centum millia librarum ſuppeditare recuſabant. Hac peregrinatione expleta Lugdunum redux, convocavit Senatum, ubi tam ſalubria cepit conſilia, quæ ſi ad exitum deducere intentus fuiſſet, Gallicæ Monarchiæ gloriam ſartam, tectamque conſervaſſet: Trivulcio enim negotium dedit, Aſtam relinqueret, atque intimius in Italiam irrumperet, facta fide, validas eidem ſuppetias

petias ſubmittendas, ac protinus Aureliæ Ducem, demum paulo poſt ipſum Regem fore ſecuturos: Verum Briſſonetus Cardinalis hæc conſilia, ne executioni darentur, præpedivit, pecuniis ad conducendos milites neceſſariis aut ſibi vendicatis, aut ad alios uſus converſis. Sæcul. XV. A. C. 1497.

§. CXLV.

Calumniæ in Aureliæ Ducem, ejusque fuga Bleſſum verſus.

Rex igitur mutata ſententia tantum abfuit, ut ipſemet exercitum ſuum in aciem educeret, quin potius otioſus etiam Lutetiam Pariſiorum re infecta rediret. Tam ſubitæ mutationis cauſſa adſcribebatur amori erga nobilem quamdam fœminam, quæ a ſervitiis erat Reginæ, cum hæc uterum ferret, prout etiam ſub idem tempus enixa eſt Delphinum, qui tamen paucis poſt diebus mortalitatem exuit. Hujus fati occaſionem Aureliæ Ducis hoſtes in rem ſuam vertere molieban-tur, ſuggerentes, Aurelianenſem perverſis ſaltem artibus ſuis acceleraſſe trium filiorum mortem, quos Regina in lucem ediſſet, nullus vero eorum vita ſuperſtes eſſet. In hujus calumniæ argumentum iidem adducebant, quod ſolus Dux, tota

Sæcul. XV. A. C. 1497.

aula in luctum effusa, lætum, serenumque animum præsetuliſſet. Dux insidias, quæ sibi apud Regem struerentur, edoctus, prudenter hostium suorum laqueos declinare studebat, atque ad Blesenſe castrum suum ultroneo exilio sese recipiens, privati hominis vitam transegit, nullumque officiosæ salutationis genus admittens, nonnisi venationis voluptatibus indulsit, solidosque dies hisce illecebris sacravit.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
LIBER CXIX.

ALEXANDER VI. PAPA.
MAXIMILIANUS I. OCCIDENT. IMPERATOR.

§. I.

Caroli VIII. conversio, ac vitæ Christianæ propositum.

Hucusque Carolus VIII. nonnisi in luxuriam effusus, gloriæ humanæ cupiditatibus intumescebat: Aft derepente manus Domini cor ejus tetigit, Unde lascivis mulierum amoribus valere

Sæcul. XV. A.C. 1498. *Comm. l. 8. c. 18.*

Sæcul. XV A.C. 1498

re jussis, plura alia, quibus scatebat, vitia correxit, regnique sui corruptelas tollere statuit; hinc subditorum querelas ipsus excepit, eorumque lites composuit, corruptos judices e sui officii gradu dejecit, & tribunalium normam ad pristinam integritatem revocare propositi, abolitis sumptibus, ac gratuitis pro judiciario labore donis, quæ sportulæ vocantur; præterea animo constituit, populum tributis exonerare, eaque ad duodecim centena librarum millia restringere, quæ nonnisi ex consentientibus regni Ordinibus, ac duntaxat pro insolitis necessitatibus exigerentur. Insuper Rex voluit, ut deinceps ad regiæ familiæ victum, cultumque necessarii sumptus, aut speciales expensæ ex regio censu, atque avitis coronæ juribus solverentur. Cominæus quoque testatur, ipsum exoptasse, ut si fieri posset, Episcopus solo suo Episcopatu, non aliis item beneficiis provisus viveret, omnesque Antistites, remoto quocunque ad aulam accessu, in suis Ecclesiis residerent; copiosas etiam in pauperes effudit eleemosynas, frequentius Andegavensi Episcopo sua peccata sacra confessione aperuit, verbo, tam sancta, tam pia concepit melioris vitæ proposita, ut inter postrema, quæ cum nonnullis amicis miscebat colloquia, effa-

tus

tus esset, quod firmiter statuerit, ac opitulante Dei gratia speret, se nunquam ullum peccatum lethale commissurum, imo dicebat, se toto corde exoptare, ut minora etiam piacula penitus effugere posset. Sæcul. XV. A C. 1498.

§. II.

Præclarum Regis facinus erga quamdam Puellam.

Proborum judicio tam exoptata Regis mutatio adscribitur luculento continentiæ specimini, quod ultimo Astæ commorans ediderat: ibi enim, cum sero vespere de more sese in cubiculum suum reciperet, invenit adolescentulam incredibili venustate insignem, quam Regis famuli ad obscænas ejusdem voluptates turpe ministerium conferentes in cubile regium introducebant: Hæc coram B. Virginis imagine, quam in quodam angulo lectum inter & parietem forte conspexerat, in genua procumbens, tota lacrimis diffluebat; Rex plorantem reperiens, doloris caussam scisciatur, illa vero per eam, quæ in hac imagine exprimeretur, quæve, si Virginitatis jacturam feciffet, nequidem Dei Mater esse voluisset, efflictim Regem obtestatur, ut pudori ipsius consuleret, addens, se ur-

Sæcul XV. A.C. 1498.

gente extremæ paupertatis neceſſitate cuidam ex regiis famulis pro turpi quæſtu a ſuis parentibus divenditam fuiſſe. Puellæ vicem Rex vehementer dolebat, atque aliunde ex ingenua, ac ſimplici Virginis indole veritatis teſtimonium colligens interrogat, an nunquam hactenus cujusdam honeſti Viri nuptiæ eidem fuiſſent oblatæ; cum vero illa quemdam Aſtenſem mediocris fortunæ civem nominaret, Rex illum protinus unacum filiæ Parentibus accerſiri jubet, & ipſus cum illis de connubio, ac dote paciſcitur, eamque illi ante nuptias numerat, pium tamen opus religioſa taciturnitate celari jubet. Ab illo temporis articulo mores ſuos corrigere, ac Clerum ad rectam vivendi normam reducere ſerio cogitavit, necnon abuſum, quo ſimul plura poſſidebant beneficia, quantum in ipſo erat, tollere conatus eſt; cumque antea in turpem verborum obſcænitatem pronus dilaberetur, jam adeo linguam ſuam coercebat, ut ea non uteretur, niſi ad verba, quæ ſanctum Dei timorem, ac tenerum populi ſui amorem exprimerent.

§. III.

Sæcul. XV. A.C. 1498.

§. III.

Carolus VIII. Ambaſiæ mortuus.

Jam longiori tempore Rex Ambaſiæ in arce ſua diverſabatur, die vero ſeptima Aprilis hujus Anni pridie ante Dominicam Palmarum Reginam manu ducebat, ut cum illa adoleſcentes in ſubjecto arcis atrio pila ludentes conſpiceret, cumque porticum ſatis ſordidam ac ruinæ proximam cum conjuge ingrederetur, ad januam, utpote quæ valde depreſſa erat, toto impetu caput alliſit, ad pilæ tamen luſum feſtinavit, quo necdum incæpto aliquamdiu ſubſtitit, non niſi de rebus ſacris colloquia miſcens. Verum ad ſecundam mediæ diei horam per eandem porticum tranſiens derepente apoplexia tactus in terram reſupinus corruit, ubi mox ſtramineæ culcitræ ſatis laceræ, ut teſtatur Comminæus, forte in porticu obviæ imponitur, ibique continuas novem horas permanſit, nimirum usque ad undecimam noctis horam, qua animam exhalavit; tanta autem erat apoplexiæ violentia, ut nullo medicamine Rex vires revocare potuerit, nihilominus jam tertio fugientem revocans animam, non alia proferebat verba, quam quibus Dei opem ac Sanctorum ſuffragia,

Comm. l. 8. c. 18. Gaguin. l. 11 Addit. ad Monſtr. poſt vol. 3. Belleſ. hiſt. Car. VIII.

Sæcul. XV A. C. 1498.

gia, quos impensius colebat, implorare solitus erat: Tandem vero tertia vice loquelam recuperans, placide exspiravit, Anno ætatis suæ vigesimo octavo, minus tribus mensibus, Regni vero decimo quinto.

§. IV.

Varia opinio de caussa mortis suæ.

Belleſ. hiſt. Car. VIII.

Ceterum effusa in populum fama variam mortis causſam divulgabat, pro veteri vulgi more, quo post insolita ac subitanea Principum fata singuli de genere obitus inter se mussitant. Refert Belleforestus, Regem ex venenato mali citrei odore periisse; verum id compluribus Historicis veritatis specie destitutum videtur. Medicorum sententia eo abiit, absumptum fuisse apoplexia per noxiam pituitæ distillationem provocata, cui tamen malo per crebras alvi purgationes obviari potuisset: nil certius autem hac super re statui valet, quam quod nulla salutis cura, nullove artis medicæ auxilio Regis vita ad longius curriculum protrahi potuisset; primævo enim naturæ vitio debilissima corporis affectione laborabat, quam insuper singulis diebus flagitiosa, ac perdita libidine magis extenua-

tenuabat, cum tamen licentior ejusmodi vita firmissimas quoque corporum optime constitutorum vires enervasset. Ceterum illi deformitas corporis, ac notabilis vultus fœditas erat, humeros gestabat prominentes, loquela tardus, ac titubans, cetera oculos habebat acutos, ac scintillantes, viguit ingenti impetu ad res magnas suscipiendas, caruit tamen in susceptis constantia; commendabatur bonitate, humanitate ac mansuetudine erga omnes, adeo, ut toto vitæ suæ tempore nullum ex famulis a se dimisisset, tantopere ab ipsis amatus, ut præter quemdam satellitem alius quidam illius famulus comperto ejus obitu exanimis corruerit; id tamen Regi vitio datum, quod jussa sua sperni, negligentius indulsisset. *Sainte Marthe hist. de la maisson de France*

saecul. XV. A.C. 1498.

Corpus ejus in arce Ambasiana solidos octo dies publice expositum, tandem ad Ecclesiam S. Dionysii delatum est, ubi prope Altare sepulturæ mandabatur. Testatur Comminæus, tam solemnem funeris pompam fuisse, ut ea Prædecessorum omnium exequias superaret. Gaguinus eo tempore præsens refert, Cadaver, comitantibus ordine ac veste lugubri Principibus, atque primoribus, aulicis, & Ministris numero plusquam millibus septem, Parisios usque deductum fuisse, & præ- *Comm. l. c.* *Gaguin. l. 12*

Sæcul. XV. A. C. 1498.

prælucentibus quadringentis facibus, quas totidem pauperes pullis tunicis induti præferebant, cunctas sodalitates solemni ritu obviam processisse, illudque ad Abbatiam S. Dionysii conduxisse. Nullos liberos vita superstites reliquerat Carolus; tres enim, quos ex Anna de Britannia susceperat, prærnatura mors ante annum ætatis quartum abstulit, Filiam præterea genuit, nomine Annam de Francia, quæ tamen vix nata fatis cesserat. Unde Aureliæ Dux proximus hæres, regnique successor salutatus est.

§. V.

Aureliæ Dux Caroli successor, Ludovicus XII. nuncupatus.

Guicciard. l. 3. Comm. l. 8. c. 20. Belleſ. l. 6. c. 1

Aureliæ Dux, qui quarto propinquitatis gradu Carolum contingebat, tum emenso necdum trigesimo septimo ætatis anno, Blesis continuo morabatur. Rege vix mortuo Aulici, atque Ministri Ducem adeunt, Caroli obitum nunciant, novoque Regi suo obsequium deferunt. Nec tamen deerant Optimatum nonnulli, qui primo secreta indignatione adeptum solium Duci invidebant, demum omnino eum a regia dignitate arcendum contendebant, eoquod arma in Regem suum sumpsisset. Alii ex adverso affirmabant, Ducem

Ducem jure agnationis, atque avitis Regni legibus ad sceptrum vocari, nec ab ullo impediri posse: quapropter spretis eorum querelis, qui Aurelianensem corona ipsi jure debita, ac nonnisi meritorum suffragio imposita spoliari exoptaverant, ipse die vigesima septima Maji Remis ritu solemni unctus est. Sæcul. XV. A. C. 1498.

§. VI.

Remis unctus & apud S. Dionysium coronatus.

Die prima proximi Mensis Julii apud S. Dionysium Aurelianensis Dux pro more in Regem coronatus, postera die solemni pompa Lutetiam Parisiorum ingressus est. Præcipue eo curas intendit, ut primo sextam tributi partem condonaret, demum vero ad tertiam restringeret; quippe Populi sui saluti intentus, toto regni sui tempore omnem navabat operam, ut tanquam Regiminis sui Duces sequeretur lenitatem, atque prudentiam, illorum etiam Ministrorum opera utebatur, quos morum integritas atque animus a privati quæstus studio alienus præprimis commendabat, quique in omnibus rationis, ac fidei præscripta in consilium adhibere probabantur. Præterea per asperum diutinæ adversitatis *Ferron. in Lud. XII. Paul. Æmil. in Lud. XII. Comm. l. 8. c. ult.*

suæ

Sæcul. XV. A. C. 1498.

ſuæ rudimentum prudentior, atque ad commiſerandum facilior factus, propria experientia didicit non modo pericula, quæ effrænem pro ſummo imperio dominandi cupiditatem comitantur, ſed etiam regiminis rigorem temperandi neceſſitatem. Præcipue vero egregium moderationis ſuæ ſpecimen tum edidit, cum ſolio recens conſcenſo a nonnullis concitaretur, ut injurias ſibi antea illatas ulciſceretur, reſponderet: *non eſt Regis Francorum vindictam ſumere de injuriis Duci Aurelianenſi illatis.* Hinc etiam in Comitiſſam Bellojovienſem, quæ olim aperto odio Ducem inſectabatur, adeo nullam parabat ultionem, ut nequidem doloris memoriam retinuiſſe oſtenderet; inſuper libellum tenere ſolebat, cui eorum nomina, a quibus offenſus eſſet, inſcripſit, haud alio ex fine, quam ut inculentiori benevolentia delicti veniam concederet; Chriſtus enim, inquiebat, æque pro illis ac pro me mortuus eſt. Vox Heroe digna, ſed præprimis Rege Chriſtianiſſimo digniſſima! Coronatione peracta ex edicto Senatus ſui ſe non modo Galliarum, ac utriusque Siciliæ Regem ſcripſit, ſed etiam Mediolanenſium Dux nominari voluit; illius enim imperium ut ſupra meminimus, jure Aviæ ſuæ Valentinæ Vice-Comitis ſibi deberi

deberi contendebat. Quamprimum ergo Rex salutatus erat, Legatos decrevit ad Papam, Venetos, & Florentinos, quibus adeptum Franciæ solium significabat; tertio autem post mense literas gratulationis, ac præteritorum excusationes recepit, ejusmodi tamen obsequium Regi nullatenus præstabant Fridericus Neapolis Rex, nec Ludovicus Sfortia Mediolanensium Dux, eoquod hi Galliarum Regem in hostium suorum numero haberent. Sæcul. XV. A.C. 1498.

§. VII.

Fœderis auspicia inter Papam, Venetos, Florentinos, & Gallos.

Ab illo temporis articulo varia sanciebantur fœdera, ac præprimis Alexander VI. Ursinos in gratiam recepit, summe tamen infensus permansit Frederico Neapolis Regi, eoquod is filiam suam Cæsari Borgiæ, notho Papæ filio, in matrimonium tradere renuisset. Veneti quoque in Ludovici Sfortiæ interitum conjurabant, quod is ampliandi imperii conatibus eorum obsisteret, ac Pisarum urbem in suam potestatem redigere tentaret, quam tamen illi dominio suo adjungere nitebantur: Florentini etiam urbes suas recuperare omnibus votis an- *Guicc. l. 3.*

Sæcul. XV. A. C. 1498.

helabant, eoque ex fine bellum inferebant. Omnes hi tres privatis ſuis commodis ſtimulati, cum Ludovico XII. Gallarum Rege armorum ſocietatem inire certabant.

§. VIII.

Divortium Ludovici Regis cum Joanna Conjuge ſua.

San-Gelaſ. Hiſt. Lud. XII.

Ampliſſimam Pontificis rebus occaſionem inopinatus aperuit caſus: Ludovicus enim Joannam Ludovici XI. Filiam, cum junior eſſet, invitus duxerat, atque adverſus haſce nuptias, quas progreſſu temporis diſſolvendas ſperabat, palam reclamaverat; cum vero Ludovicus XI. Duci carceris pœnam omnino minitaretur, niſi ejus Filiam velut Sponſam coleret, hinc Regis iram, atque indignationem veritus, ſpecietenus ſe illius maritum exhibebat. Eædem hæ rationes prævalebant toto, quo Carolus VIII. imperabat, tempore; hic enim certe ſororem ſuam repudiari non ſuſtinuiſſet. Verum eo defuncto, mox Ludovicus Aureliæ Dux adepto regni ſolio totus in eo erat, ut priſtini ſtatus libertati aſſereretur, ejusque connubium penitus nullum declararetur; Joanna enim ejus conjux facie diformis, ac corpore diſtorta erat, necnon propter virium

virium imbecillitatem procreandæ prolis masculæ spe destituta. Ergo Ludovicus rem ad Pontificem defert, qui, ut propinquos suos exaltaret, Gallis favebat, proin facilem se exhibuit Regis desiderio, caussamque judicibus cognoscendam ac dirimendam demandavit. Ludovicus tribus hisce potissimum rationibus nitebatur. I. Ipsus a Ludovico XI. Joannæ Patre de sacro fonte susceptus fuit, nec Pontificis venia ad dirimendum spiritualis cognationis impedimentum intercessit. II. Non nisi vi adactus Joannam duxit; nunquam enim sponte sese junxisset Principissæ tam notabili dissormitate vitiatæ, ac suscipiendis liberis ineptæ. III. Dux nunquam matrimonii usum cum Joanna habuit. Regina ad hæc respondit; sibi hoc spirituale vinculum inter Patrem, ac maritum suum nunquam innotuisse, nec sibi constare, quod Duci vis fuerit illata; ad tertium vero quod spectaret articulum, de illo verba facere, verecundiam prohibere ajebat; ceterum ut mariti sui voto annueret, se religione impediri; vehementer tamen mirari, judicum suffragia in Regis voluntatem inclinare. Ergo hæc caussa primo committitur Ludovico de Ambasia Albiensi, & Ferdinando Lusitano Septensi Episcopis, quibus postea Philippus de Lucemburgo Episcopus Cenomanensis

Sæcul. XV. A.C. 1498.

Sæcul. XV. A.C.1498.

adjungebatur. Hi teſtium fide compro-batum reddebant, quod Rex hiſce nuptiis continuo obluctatus fuiſſet. Ipſa etiam Regina, cum a multo tempore aulæ vanitates pertæſa ſemotam a ſæculi curis vitam agere deſideraret, haud cunctanter matrimonii ſui diſſolutioni conſentiebat, unde etiam Regis connubium nullum fuiſſe Romæ declarabatur. Equidem Pontifex primo tergiverſari videbatur, eo tamen fine, ut concedendi difficultate ſuis conſiliis magis expeditum iter pararet, atque facilius filium ſuum Cæſarem Borgiam, qui Cardinalitiam dignitatem exuere ſtatuebat, in Galliis ad honorum apices eveheret.

§. IX.

Borgia Cardinalis in Franciam miſſus, Dux Valentinus creatur.

Frizon. in Gallia purpurata.

Borgiam itaque Pontifex in Gallias ablegat, diplomate munitum, quo Regis conjugium nullum declarabatur. Hic in Franciam delatus, aſtute ac diſſimulanter rem agere cæperat, inquiens, nullum diploma ſibi concreditum fuiſſe: Aſt Ludovicus Rex a Septenſi Epiſcopo, cui Borgia arcanum communicabat, rem edoctus, Cardinalem torve aſpexit, ac ſe

Ferron. in Lud. XII.

ad acerbiora proceſſurum comminatus eſt;

est; sibi enim compertum esse, nuptias omnino nullas Romæ fuisse declaratas. His perceptis Borgia Bullam sibi datam fassus, eandem Regi tradidit: Septensis vero Episcopus inconsiderantiæ suæ pœnas morte dedit, veneno, Borgiæ jussu, propinato occisus. Sæcul. XV. A. C. 1498.

§. X.

Georgius de Ambasia Cardinalium pileo decoratus.

Ceterum Galliarum Regem haud latebat, Borgiam annuente Papa Cardinalitiæ dignitati nuncium misisse, unde in obsequii nuper præstiti præmium, eundem Valentino Ducatu auxit, necnon cataphractorum centuriam bello ac pace regiis sumptibus alendam, eidem donavit unacum annua pensione viginti millium librarum, ac nobiliorum prædiorum spe facta, quam primum Rex Mediolani Ducatum occupasset. Borgia, ab illa die semper Valentinus Dux nuncupatus, secum quoque adferebat Cardinalitium pileum pro Georgio de Ambasia, Archiepiscopo Rothomagensi, qui in Patrum Senatu die decima septima Septembris celebrato Cardinalis renunciatus fuerat: Die vero vigesima sexta Decembris Cardinalis S. Petri ad vincula tum temporis in Francia agens, Georgio *Burch. l. 3. Diari. MS. archiv vatic. sign. 104. p. 526.*

Sæcul. XV. A.C. 1498.

pileum in Eccleſia Cainenſi Diœceſis Turonenſis ſolemni pompa imponebat; hujus enim functionis executio minime competebat Borgiæ, utpote ad profanam conditionem translato: Igitur Ludovicus Rex unica Pontificis epiſtola omnium ſuorum votorum compos factus lætabatur; matrimonium enim hoc diplomate declarabatur nullum, ſimulque Georgius ejus cliens, ac Miniſterii ſui Princeps Cardinalium dignitate augebatur: præter hæc haud ampliora exoptabat Ludovicus, hinc remoto omni obice expeditam ſibi viam patere cernebat, ut tuto ad ſecundas cum Prædeceſſoris ſui vidua nuptias provolare poſſet; eam enim jam olim in amore habebat, ac conſtanter tenerum erga illam affectum fovebat, ſperabat etiam, Pontificis filio beneficiis cumulato, in Alexandri amicitia, auxilioque ſpem ſibi certam repoſitam fore.

§. XI.

Neapolitani Regis filia in uxorem a Borgia petita.

Poſt hæc Borgia de Regis gratia certus, eidem expoſuit, ſe nuptias cum Ferdinandi Neapolitani Regis filia ardenter exoptare, proin nomine Pontificis obteſtari ſe, ut Ludovicus ad optatum voti ſue-

Sæcul. XV. A.C.1498.

ſucceſſum ſuam quoque operam conferre haud dedignaretur; imo tacite ingerebat, hac duntaxat lege Alexandrum Gallis ſuam opem impenſurum: re tamen ipſa Cæſar Borgia ſperabat, quod facile, ſi regia filia potiretur, Fridericum regno ſpoliaturus eſſet, ſimulque ejusdem inaugurationem a Pontifice impetraret, qui lubens aſſenſurus eſſet, eoquod Neapolis Regnum ad fœminas quoque legitime devolvi poſſe contenderet. Verum Ludovicus Rex, qui ſumma probitate nil antiquius habebat, ſe jura gentium violaturum arbitratus eſt, ſi Neapolitani Regis Filiam in Galliis natam, ibique continuo educatam Valentini Ducis ambitioni aſſenſu ſuo litaret; quapropter Borgiæ, ut ipſus Regiam Filiam adiret, auctor fuit, totumque negotium utriusque arbitrio, ac prudentiæ commiſit. Borgia hac repulſa quidem offenſus, nihilominus Principiſſæ connubium offerre præſumpſit; illa vero reposuit, Regem Patrem ſuum adhuc vita ſuperſtitem eſſe, ſine ejus autem aſſenſu vitæ genus eligere, ſe legibus prohiberi; addidtque, ſe, etiamſi ſui juris eſſet, nunquam commiſſuram, ut in præſenti rerum viciſſitudine connubium fieret, ubi Neapolis Rex cum Ludovico XII. a quo multis tamen beneficiis aucta eſſet, ſimultates haberet: aſt de utriusque reconciliatione

Sæcul. XV A.C. 1498.

ne agi, jamque amplam futuræ concordiæ ſpem arridere, proin ſe, priusquam ad alia vota tranſiret, hujus fœderis exitum præſtolaturam ajebat. Dux Valentinus accepta hac repulſa, Regiæ Neapolis Filiæ nuptias miſſas fecit.

§. XII.

Joanna Regina a Ludovico repudiata ad Bituricas ſecedens, ordinem Virginum Annuntiationis inſtituit.

Le Mire in orig. religioſ. *Baillet vit. ſanct. 4. Febr.*

Interea Ludovicus ſublatis omnibus, quæ ſuo connubio cum Anna de Britannia Prædeceſſoris ſui vidua obſtare videbantur, totus in eo erat, ut ſecundas pararet nuptias; jam enim ex ſententia judicum, ac Pontificis venia, Joanna de Francia repudiata erat, æquo animo hanc injuriam tolerans: Pariſienſes vero acceptorum a Ludovico XI. beneficiorum memores, apertas de injuſtitia cauſſæ querelas effundebant, nec deerant verbi divini Præcones, qui in ſuis ſermonibus Regem hac ſuper re palam arguerent. Sola erat Joanna, quæ ſortis ſuæ iniquitatem divinæ Providentiæ favorem eſſe reputabat; illa enim mundi vanitates pertæſa, ſeſe Deo penitus devovere animo conſtituit, ac ad Bituricenſem urbem ſece-

secedens, quam a Rege præter alias di- Sæcul. XV.
tiones ad sustentationem acceperat, ibi- A.C.1498.
dem reliquos vitæ dies ad omnem virtutis legem transegit, simulque Annuntiatarum Ordinem instituit, cujus religiosæ Virgines a Genuensibus rubri scapularis veste discernuntur; anno vero Domini millesimo quingentesimo primo illa novi hujus instituti confirmationem ab Alexandro VI. impetravit: præterea Bituricensis Academiæ Collegium condidit.

§. XIII.

Florentini Savonarollæ infensi.

Hucusque Florentini Savonarollam tan- *Guicc. hist.*
quam virum mira sanctitate prædi- *Ital. lib. 3.*
tum, ac Prophetam a Spiritu S. afflatum *Raynald. an.*
venerabantur, eumque nihil sine divini 1497 *n.* 15.
luminis illustratione aggredi credebant; *& seq.*
nunc vero derepente amplam adeo de ejus sanctitate opinionem abjiciunt, ac demum implacabili etiam odio illum insectantur; tam subitæ mutationis caussa hæc erat: Cum Petrus Medicæus auctore Ludovico Sfortia Florentiam recuperare frustra tentasset, Petri Fautores, quos ad exequenda ejus consilia in urbe selectos habebat, capti, ac extremo supplicio affecti fuere, ne vero populus seditionem conflaret, capitalis pœnæ sententia concubia nocte effectui dabatur,

Secul. XV. A.C. 1498.

præpropera adeo festinatione, ut reorum propinquis appellandi spacium præriperetur, non sine graviſſimo publicæ libertatis vulnere. Ipse quoque Savonarolla paulo antea legem sanciebat tantæ violentiæ oppido adversam: Nihilominus iidem, qui olim illius erant Amici, principales hujus cædis auctores exstiterant, & quamvis ipse in hoc scelere partem habuisse, convinci non posset, eidem tamen crimini datum est, quod reos a tam severa sententia non cohibuisset, qua de causa plurimum de illius existimatione detractum fuit. Accessit etiam Ludovici Sfortiæ æmulatio, qui amplæ, quam Religiosus ille apud Rempublicam sibi conciliaverat, auctoritatis inimicus, nullum non movebat lapidem, ut opera Cardinalis Ascanii fratris sui summum Pontificem in Savonarollam concitaret, unde etiam quemdam Franciscanum clam Florentiam mittebat, qui contra hujus viri mores ejusque sermones palam declamaret: Pari quoque studio alii nonnulli Religiosi in eum invehebantur. Savonarolla hæc omnia nihilo minus moratus, pro more suo populum singulis diebus ad vitæ correctionem adhortabatur, liberiusque Principum, ac Romanæ curiæ fastum carpebat, suæque patriæ libertatem contra quascunque factiones illi inimicas strenue tuebatur. Ceterum quam

effi-

efficax fuerit sacra Savonarollæ eloquentia, luculento testantur argumento miræ conversiones Marsilii Ficini Canonici Florentini, Nicolai Chamberti Nobilis Germani, quem is sacro Ordinis sui habitu induit, cum pluribus aliis, qui facto resipiscentis animi proposito idem institutum professi sunt. Sæcul. XV. A.C. 1498.

§. XIV.

Savonarolla coram Pontifice ab ejus inimicis accusatus.

Tanta tamen erat in eum hostium suorum invidia, ut in ejus interitum jurantes, quadam die e suggestu dicentem occidere tentarent, nec non illum apud Pontificem accusarent, ac velut seditiosas, falsasque doctrinas populo annunciantem criminarentur. Hanc in rem quamdam ejusdem concionem ad Papam transmittunt, in qua luxum, & Cleri præcipue Romani licentiam vehementius infectabatur. Alexander, cum Viro parum propensus, ac aliunde edoctus esset, quod Savonarolla literas dedisset ad Imperatorem, & Franciæ, Hispaniæ, Lusitaniæ, atque Angliæ Reges, eosque induxisset, ut disciplinam tam in Capite, quam in membris restaurari, ac Synodum generalem congregari postularent; his acrius in eum ira commotus, Savonarol-

Naucler. chron. vol. 3. gen. 50. pag. 513.

P. Quetif. in vita Hier. Savon.

Com. lib. 8. cap. 19.

Sæcul XV. narollam in jus vocavit, ut objecta accu-
A.C.1498. sationum capita Romæ coram eo diluere-
ret. Verum ille haud comparuit, sed
insidiarum, quas illi ejusdem hostes pa-
rarent, excusatione absentiam purgans,
duntaxat literis, quas ad Alexandrum
dedit, innocentiam suam testatam fecit.
Pontifex hac ejus defensione minime con-
tentus, velut Sedis Apostolicæ rebellem
habuit, ac concionandi munus illi inter-
dixit. Savonarolla ablata sibi prædican-
di facultate Ordinis sui Religiosum sub-
rogabat, qui susceptа Hieronymi defen-
sione palam asserebat, quod omnium,
quæ Savonarolla vaticinatus erat, ve-
ritatem eventus comprobaturus esset.

§. XV.

Savonarolla a Papa excommunicatus, & a Florentinis ad populum dicere prohibitus.

Alexander in Hieronymum, cum Ro-
mam vocatus non comparuisset, pœ-
nas quoque excommunicationis, atque
interdicti decrevit, eumque in crimen
hæresis adduxit: hanc vero censuram
nullam esse Savonarolla editis pluribus
scriptis ostendere nitebatur, nihilominus
usque ad anni hujus exordia a concioni-
bus publice habendis abstinebat: tum
vero cum Pontificis interdictum contra
leges

leges latum fuisse, seque illius injustitiam, atque infirmitatem satis luculenter demonstrasse, firmiter contenderet, denuo prædicationis officio functus est. Hanc Viri temeritatem indignatus Pontifex, illum secundo anathemate perstrinxit, eandem pœnam comminatus Florentinis eidem adhuc faventibus, nisi eum protegere, ejusque conciones audire desisterent. Florentini, cum ob causas nuper allatas Hieronymo infensi essent, ac Pontificis auxilio ad recuperandam Pisarum urbem indigerent, Savonarollæ e suggestu ad populum dicendi facultatem ademerunt, impositа eidem silentii lege, cui & ipse parebat. Sæcul. XV. A. C. 1498.

§. XVI.

Franciscanus a quodam Dominicano in veritatis fidem ad subeundum rogum provocatus.

Idem ipse Dominicanus, cui Savonarolla prædicandi munus cesserat, ut supra meminimus, in quodam sermone palam enunciabat, se, ut doctrinæ veritatem, ac inculpatam Hieronymi sanctitatem comprobatam redderet, per medias flammas illæsum transiturum; hanc conditionem a Dominicano oblatam accepit quidam ex Ordine Minorum Religiosus, pari prodigio doctrinæ falsitatem pro-

Secul. XV. A.C. 1498.

probaturus: Cum vero Dominicanus Franciscanum, ut experimento initium daret, vehementer urgeret, repositit ille, non sibi cum alio, quam cum ipso Savonarolla rem esse, hoc usus effugio, eo quod sibi persuasum haberet, ejusmodi probationem Savonarollæ nullatenus esse permittendam: Interim utrinque exardescunt contendentium studia, ambo coram Magistratu comparent, & Franciscanus denuo inclamat, se paratum esse, ut cum Savonarolla ardentem rogum ingrederetur, non equidem, ut incolumis, atque illæsus exiret, sed ut Hieronymus cum illo combureretur. Respondit Dominicanus: „ Ego te ad subeundum flammarum experimentum „ provocavi, ergo æquitas postulat, ut „ & ego tecum per ignem de veritate „ contendam„ idem quoque spondebat, quod omnes monasterii sui Religiosi in flammas ruentem comitaturi essent. Hujus pollicitationi & ipse Hieronymus assensit: verum cum inanis hæc esset verborum contentio, Magistratus auctoritate sancitum est, ut Franciscanus sui ipsius loco, si cum Dominicano rem experiri renueret, quemcunque alium pro arbitrio suo nominaret. Eo facto ipse Nicolaum de Pilli ejusdem familiæ Alumnum evocabat, qui tamen, cum provocationis executio urgeretur, spartam recusabat; hanc

hanc cunctationem quidam ejusdem Ordinis frater Laicus indignatus, paratum se esse dixit, ipsius caussa periculum subire. Ergo indicitur dies, ambo conveniunt, ac ingens populi multitudo velut prodigii testis ad spectaculum accurrit. Ipse Hieronymus assistit, & Dominicanus subeundis flammis sese accingit: Ast Franciscanus, qui nuper ignis discrimen experiri recusabat, Fratri Prædicatori acclamat, ut vestes suas exueret, illas veneficio infectas esse caussatus. Dominicanus jubenti morem gerit, ac se se exspoliat, aliaque vestimenta induit; prohibuit etiam Franciscanus, ne sanctissimum Christi corpus, ut tamen Dominicanus petierat, secum deferret, iterata nimirum hæc erat cavillatio; cum vero Dominicanus se nunquam flammas ingressurum contenderet, nisi secum S. Eucharistiam portare permitteretur. Magistratu conditionem abnuente, quilibet re infecta domum repetiit.

Sæcul. XV. A.C. 1498.

§. XVII.

Savonarolla captus, ac quæstioni subjectus.

Ceterum Savonarolla, ejusque fautores, etsi miracula patrassent, hostium tamen suorum, qui potentia ac numero superiores erant, insidias haud declina-

Sæcul. XV. A. C. 1498. clinabant; populus quoque Savonarollæ adversariis sese conjunxit, qui postera die in ædes S. Marci, ad quas confugerat, irrumpunt, ac fores, quas ad arcendum furentium ingressum clausas invenerant, admoto igne effringunt, ac per vim ingressum sibi aperiunt. Advolant alii opem Hieronymo laturi; hinc acre non minus ac pertinax utrinque certamen iniitur, tandem vero Magistratus ad sedandos hosce tumultus indicta mortis pœna, Prædicatorum ædes ad S. Marcum armis defendere inhibuit, jussitque proposito eodem supplicio, ut Hieronymus intra aliquot horarum spacium Florentinorum ditione excederet. Paruisset Hieronymus, nisi amica suorum vi detentus fuisset. Re comperta Magistratus eum vocari jubet, datis eidem securitatis sponsoribus, factaque fide, ipsi postmodum liberam ad monasterium suum redeundi facultatem esse concedendam, ergo unacum duobus suis sociis coram Magistratu sistitur, ab eoque præprimis interrogatur, an ea, quæ divinitus accepisse, dixisset, vera aut falsa essent. Hieronymus solita animi constantia respondit, cuncta, quæ enunciasset, certissima esse. Hac responsione percepta, nocte ante Dominicam Palmarum in prætorii carceres abripitur, violata libere ad suos revertendi fide ipsi data. Post hæc quin-

quindecim nominantur Commissarii, potissimam partem ejusdem inimici, qui testes, ac ipsum Hieronymum desuper exciperent; verum cum in verbis suis constans esset, tam severis tormentis subjicitur, ut vix unquam mortalium ullus acerbiori quæstione vexatus videatur: vinctis enim post terga manibus, illum fune ab alto per trochleam demisso in sublime trahi, mox in præceps tanta vi dejici jusserunt, ut corpus nativo pondere gravatum humerorum ossa laxaret. Eo die vix uno supplicii genere finito alterum imminebat, ipsaque immanitas inexhausto crudelitatis ingenio nova tormentorum genera excogitasse videbatur: Pedibus quoque ardentes subjiciuntur carbones, adjunguntur contumeliæ & probra, ac sexcentis verborum injuriis miser afficitur: ipse vero omnia constanti animo perpessus, nihil eorum, quæ hucusque dixisset, aut fecisset, recantabat, inter acerbissimos cruciatus non alia ferme verba proferre auditus, quam *Tolle, tolle, Domine animam meam*, ac posteaquam a tormentis cessatum fuit, in genua procumbens, pro tortoribus preces effudit. Demum ejus adversarii ea, quæ Hieronymus in judicio quæsitus dixit, in tabulas referunt, ita tamen, ut falsa etiam atque ab eo nunquam prolata adjicerent, illa quoque, quæ verita-

Sæcul. XV. A.C. 1498.

Secul. XV
A.C. 1498.

ti consona respondit, vel in perversum sensum detorquerent, aut nequiter exaggerarent. His peractis quæstionum libellus coram Hieronymo, aliisque Ordinis sui sex Religiosis hanc in rem accitis recitatur, ille vero, quæ ipsus scripserat, non vero, quæ falso adjecta fuere, vera esse professus est, ac lectione finita ad suos Religiosos conversus, *Neminem latet*, inquit, *meæ vitæ ratio, ac doctrina, & qualiter vobiscum omni tempore fuerim, scitis: duo autem sunt, quæ modo vobis inculco I. Curam habete juvenum Religiosorum, eosque sedulo conservate in timore Domini ac vitæ Christianæ sinceritate, in qua enutriti sunt. II. Orate Deum pro me ex toto corde vestro, mori enim paratus sum.*

§. XVIII.

Savonarolla laqueo suspensus, ac igne combustus.

Alexander, quamprimum Hieronymum Savonarollam carceri mandatum comperisset, eum Romam perduci, a Florentinis petiit: hi vero seditionem veriti, Pontifici acquiescere recusabant: Igitur Alexander, cum vindictæ suæ cupidini ex integro satisfieri desperaret, saltem odii sui partem in Savonarollam effundere cogitabat; quapropter duos judices Florentiam ablegat, qui Hieronymum denuo

denuo quæſtioni ſubjici juberent, ut tormentorum vi criminis, quod pœna capitis plecti mereretur, confeſſionem extorquerent: Aſt vanus erat eorum conatus; nihilominus tamen capite damnatur, lata in eum mortis ſententia die vigeſima ſecunda Maji anno ſupra milleſimum quadringenteſimo nonageſimo octavo. Poſt hæc Confeſſarium ad Hieronymum, & alium ad ambos ejus ſocios adducunt, poſtera vero die extremo ſupplicio præfixa cunctis ſacrum Viaticum adminiſtrari jubent. Hieronymus ſanctiſſimum Chriſti corpus manu accepit, atque hujus myſterii veritatem, verbis ac fide ſumme orthodoxa profeſſus, ſacram hoſtiam ſumpſit. His peractis prædonum more omnes tres ad ſupplicii locum educuntur, ac primo Hieronymus ſacro Ordinis ſui habitu ſpoliatur, quem ipſe manu tenens, nec lacrimas cohibens ſe illum hucusque immaculatum cuſtodiiſſe affirmat, ſuosque ſocios ad conſtantiam, atque ad mortem generoſe ſubeundam hortatur, eoquod innocentiæ præſidio muniti morerentur: Cum vero omnes tres ſacerdotio initiati eſſent, ſolito ritu de gradu ſacerdotalis dignitatis dejiciebantur; aſt cum Epiſcopus apprehenſa Hieronymi manu dixiſſet, *Separo te ab Eccleſia triumphante*, ille repoſuit, *a militante, non triumphante; non enim ab*

Sæcul. XV. A.C. 1498.

Sæcul. XV. A.C. 1498.

ea me separare vales. Postea ad omnes quæstiones sibi propositas constanti animo respondit, ac coram omnibus professus est, se nihil falsi unquam prædicasse, ea vero, quæ prædixisset, brevi eventura. Tandem crucifixi imaginem reverenter deosculatus, unacum suis sociis ad supplicium rapitur, qui ambo prius laqueo suffocantur, ultimo autem Hieronymus, postquam symbolum Apostolorum recitasset, eodem mortis genere necatus, in die Ascensionis Domini die vigesima tertia Maji anno salutis millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, annos natus quadraginta quinque, menses octo, postea ad concremanda eorum corpora ingens rogus succenditur, ac cineres in flumen projiciuntur; nihilominus Deum Savonarollæ merita crebris miraculis testata fecisse fertur.

§. XIX.

Hieronymi Savonarollæ opera.

Vix Hieronymus animam efflaverat, cum illico typis evulgatur libellus, sub titulo *Hieronymi confessio*, cui plurima omnino insulta inspergebantur, nulla vero extremi supplicii digna. Ceterum Joanes Balesdenus Lugduni Batavorum anno Domini millesimo sexcentesimo tricesimo tertio quatuor hujus Auctoris opera

ra typis imprimi curavit, quæ vivente adhuc Hieronymo Florentiæ impressa, ac postmodum variis editionibus, minus tamen castigatis, recusa prodierunt. Hæc inter sunt tractatus de simplicitate vitæ Christianæ, de triumpho Crucis, item dialogus spiritum inter, & animam, & quadruplex dominicæ orationis expositio. Ultimum hoc opus unacum meditationibus in psalmum quinquagesimum gallice redditum anno millesimo sexcentesimo octogesimo quinto Parisiensibus literis impressum fuit; librum quoque de simplicitate vitæ Christianæ Hieronymus Benevienius italo sermone donavit, ac Florentiis anno Salvatoris millesimo quadringentesimmo octogesimo sexto in lucem edidit; alia etiam ejusdem operis versio Gallica anno millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo prodiit facta a P. Philippo Chahut Societatis Jesu Presbytero: Tractatum vero de triumpho Crucis ipse Savonarolla, versionis tamen modo priori hujus operis sensui parum adstricto, ex latino sermone in Italum transtulit Florentiæ anno millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo; plures etiam alios tractatus italice reddidit, ac inter ceteros libellum, cui titulus *Regulæ bene vivendi*, quem rogante carceris sui custode captivus elucubrabat. Insuper ex ejusdem Auctoris calamo profluxere

Sæcul. XV. A.C.1498.

Sæcul. XV. A C. 1498

quinque sermonum volumina anno Christi millesimo quingentesimo vigesimo typis vulgata, præter alia plura collectanea diversis temporibus edita, quorum tamen quædam approbata non fuere, uti sunt dialogus de veritate Prophetica, in Romano Indice prohibitus, compendium de revelatione, tractatus contra Astrologiam judiciariam, Epithomata in naturalem, moralemque Philosophiam, tractatus de disciplinis, & una cum pluribus aliis variæ epistolæ.

§. XX.

Savonarollæ Apologia a Joanne Francisco Pico Mirandulano concinnata.

Bzov. tom. 18. an. 1492. 94 95. 97. & 98.

Joannes Franciscus Picus de Mirandula, celeberrimi illius Joannis Pici nuper laudati Nepos, Savonarollam defendendum suscepit, scripta hac super re apologia Herculi Estensi Ferrariæ Duci nuncupata. Hanc in duos partitus est libros, quorum primum ad septem capita restringit, ac præprimis demonstrat, nullum in terris dari judicium, quod errori obnoxium non sit: in secundo ostendit, quod anathematis sententia ab Episcopis lata ex variis caussis nulla, irritaque esse possit; ejusmodi vero caussas in tertio recensetque capite, docetque, in quibus-

busdam casibus etiam Pontificis judicium posse errori esse subjectum, ibique *erroris vincibilis* naturam explicat; quarto capite agit de excommunicatione, & peccatis hac pœna dignis; quinto tractat de obedientia subditorum erga Prælatos & Superiores; sexto ac septimo exponit illud axioma: *Timenda est Superioris sententia, sive juste sive injuste lata*, ac verum illius sensum detegit. Alter liber octo articulos complectitur, in quibus Picus Mirandulanus Savonarollam intrepide defendit, asseritque, summum Pontificem artibus eorum, qui huic Religioso infensi erant, fuisse deceptum, proin ejusdem mandatum haud exequendum fuisse, cum Savonarolla censuras non incurrisset, ideoque nec ab illis liberari potuisset. Tandem opus suum absolvit in amplas clientis sui laudes excurrens, ac futuris persecutionibus obviandi media præscribit. Sæcul. XV. A.C 1498.

§. XXI.

Erronea Matthiæ Minoritæ doctrina.

Sub idem ferme tempus Matthias ex ordine Fratrum Minorum erroneum suum dogma in vulgus spargere cœpit. Docuit, S. Francisci regulam ad literam esse servandam, proin S. Bonaventuram, Magistros Theologos, eosque Pontifices *Bzov. ann. 1498. n. 31.*

Sæcul. XV. A. C. 1498. lethalis noxæ reos esse, qui vel Regulam mitigarunt, vel privilegia concesserunt. Damnabat etiam cœnobia, quæ Procuratores, & Syndicos haberent. Cum autem memoriæ admodum tenacis, multisque linquis præcipue vero Hebraica & latina præstaret, facile erroris sui Sectatores sibi conciliabat, quos inter octoginta Fratres Minores recensebat, tandemque in erroneæ suæ doctrinæ pertinacia adeo obfirmatus persistebat, ut etiam mandata Ecclesiæ, & summorum Pontificum censuras contemneret. Conjectus ea de caussa in carcerem, inde liber non exibat, donec emendationem vitæ, ac erroris revocationem promisisset; ast paulo post ad vomitum rediens, secundo comprehensus est, ex ergastulo tamen, in quo minus caute custodiebatur, evasit, ac cum aliquot sectariis in quoddam desertum seceſſit, ubi novum ordinem instituere, Provinciales, & Guardianos designare præsumpsit, jactabundus affirmans, se a Deo illuminatum esse, ac etiamnum in Vita miraculis clarum fore: Tandem vero ex hoc deserto auctoritate Pontificis ejectus, ad Minores Conventuales se recepit, ubi deliramentis suis immortuus periit, simulque cum eo secta ipsius dissipata fuit.

§. XXII.

§. XXII.

Sæcul. XV. A.C.1498.

Episcopus Calaguritanus ob suos errores ad perpetuos carceres damnatus.

Hoc anno mense Julio ad finem vergente ducenti octoginta Mauri secta Judæi, ac natione Hispani, quos *Marranos* vocant, solemni cæremonia Orthodoxam fidem, ejuratis erroribus suis, professi sunt; horum conversione fidelium pietas roborata, ac quodammodo publica offensio fuit reparata, quam Petrus de Aranda Calaguritanus Episcopus ac Pontificiæ domus Magister pertinacia sua præbebat, sub idem ferme tempus de Judaismi crimine convictus. Ea de re mense Septembri dignitate Episcopali, ac Sacerdotio exauctoratus, Romæ in castrum S. Angeli conjectus ad perpetuos carceres damnatus est. Hic istis præcipue erroribus erat infectus: Legem Mosaicam ab uno tantum principio, Christianam vero a tribus, scilicet Patre, & Filio, & Spiritu sancto ortam dicebat: Christum ajebat passum non esse, si Deus fuit, ac propterea orando tantum inquiebat: *Gloria Patri*, nec adjiciebat *& Filio, & Spiritui sancto*; Indulgentias omnino rejiciebat, easque ad nihil proficuas, sed a Pontificibus ad eorum quæstum in-

Naucler. vol. 3. general. 50.
Barch. apud Bzov. anno 1500. n. 15.

Sæcul. XV. A. C. 1498

ventas asserebat: Infernum etiam negavit, nec Purgatorium admisit, sed Paradisum duntaxat; accusabatur etiam, quod nunquam jejunus sacris fuisset operatus, sed semper prandium sumpserit, antequam celebraret, & prohibitis diebus carnes comederit, nec unquam jejunium observaverit.

§. XXIII.

Successio Patriarcharum Græcorum Constantinopoli.

Zigomal Turco-Græcia l. 1. & 2.

De Patriarcharum Græcorum Successione nuper memoravimus, Maximum electum fuisse Constantinopolis Patriarcham, qui tamen hoc anno, aut saltem præcedenti ob enorme crimen ipsi objectum sede sua pulsus est. Idem successerat Simeoni, hic vero suffectus fuit Marco Eugenio, qui ex Patriarchis post captam a Mahomete II. Constantinopolim in hac Sede quintus erat. Demum Maximo a sua Ecclesia ejecto subrogatus est Nyphon Thessalonicensis, uno post anno iterum exauctoratus, eo fine, ut Maximus Serrensis intruderetur, qui sex annis Patriarchatum tenuit: Eo tamen in exilium pulso, Niphon ad suam Ecclesiam revocatus est, quam nonnisi unum annum rexit: talibus enim diis Schismatici continuo scindebantur.

Postea

Poſtea Nyphone fatis functo electus eſt Joachimus Dramaſii Metropolita, ætate quidem juvenis, ac literarum pene ignarus, ingenii tamen acie, humilitatis laude, ac morum integritate inſignis. Ipſus in Georgiam contendit, Diæceſin paſtorali ſollicitudine luſtraturus, ubi etiam perhonorifice exceptus, ac præclaris muneribus auctus, Conſtantinopolim locuples reverſus eſt, ubi etiam extremum diem obiit. Sæcul. XV. A.C. 1498.

§. XXIV.

Plures errores a Facultate Theologica Pariſienſi damnati.

In Galliis nonnulli magicarum artium patrocinium arripere non abhorrentes, effutiebant, magiam haud illicitam eſſe, nec prohibitum uti maleficiis, proin ea immerito ab Eccleſia damnari, cum plurima ex iis bona promanarent. Præterea innumeras virtutes Horoſcopis annexas eſſe jactitabant: igitur neceſſitante ad hos errores ſupprimendos compellente, Pariſiis facultas Theologica die decima nona Septembris anno reparatæ ſalutis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo octavo ejusmodi deliramenta damnavit.

Paucis poſt diebus ſecunda Octobris eadem Facultas cenſuris perſtrinxit ſexdecim propoſitiones, quas Tornaci in *Argent. coll. jud. tom. 1. par. 2. p. 340.*

Flan-

Sæcul. XV. A.C. 1498.

Flandria Jacobus Vitrarius Ord. FF. Minorum Obſervantum ad populum dixerat. Has inter erat

Ex I. Regiſt. Cenſ. Pariſ. fol. 158.

„ Propoſitio I. Melius eſſet filio ſuo „ colum abſcindere, quam eundem Re„ ligioſorum inſtituto non reformato man„ cipare. „

„ II. Magis expediret Filiam ſuam in „ meretricia vita, quam in ejusmodi „ Ordine collocare. „

„ III. Graviter peccat, qui Miſſam Sa„ cerdotis in domo ſua fæminam alen„ tis audit. „

„ IV. Lethaliter quoque peccat, qui „ ejusmodi Sacerdoti Miſſæ ſtipendium „ elargitur. „

„ V. Si Parochus vel alius Sacerdos „ domi fæminam habet, eum accedas, „ indeque mulierem vi extrahas. „

„ VI. Officium divinum, quod in Ec„ cleſia B. V. cum muſica cantatur, pro„ vocat ad libidinem. „

„ VII. Non ideo Rex acerbiores tri„ butorum exactiones Tornacenſibus con„ donavit, ut Canonicorum & Eccleſia„ ſticorum ſcorta alerentur. „

„ VIII. Pro Indulgentiis non ſunt ero„ gandæ pecuniæ in religioſas domos. „

„ IX. Indulgentiæ non conceduntur „ lupanaribus. „

„ X. Indulgentiæ ab orco proma„ nant. „

„ XI.

„ XI. Si Missæ Sacrificio assistis, ni- Sæcul. XV.
„ hil orare debes, sique sacra hostia ele- A.C. 1498.
„ vatur, non illam, sed humum respi-
„ cias. „

XII. *Horæ B. V. M. a Sæcularibus non debent dici.*

XIII. *Sancti non sunt rogandi.*

„ XIV. Dantur, qui quasdam oratio-
„ nes dicunt in hunc finem, ut in ho-
„ ra mortis suæ Beatissimam Virginem
„ videant; tu diabolum, non Mariam
„ videbis. „

„ XV. Melius faceret mulier conjuga-
„ ta, si fidem conjugalem, quam jeju-
„ nium violaret. „

„ XVI. Mallem esse caussa homicidii,
„ aut mortis cujusdam hominis, quam
„ cum fœmina dormire. „

Omnes hæ propositiones damnatæ, diversisque censuris notatæ fuerunt; memoratu tamen digna est præcipue propositionis decimæ quartæ censura, ubi Facultas declarat, *Si propositio prætendat, quod non liceat aliquas devotas orationes dicere ad hunc finem, ut Virgo Maria appareat ad interius in morte sic devote orantis, falsa est. Si vero prætendat reprobare superstitiosam credulitatem nonnullorum credentium, quod in virtute aliquarum determinatarum vocalium orationum magis, quam aliarum, prædicta Virgo ipsius visibiliter in morte apparebit, non reprobamus.*

§. XXV.

Secul. XV. A.C. 1498

§. XXV.

Ximenius Archiepiscopus Toletanus.

Alvarez Gomez in vit. Xim. lib. 1.

Hoc anno Franciscus Ximenius ad Toletanum Archiepiscopatum, ut supra meminimus, promotus, Ecclesiæ suæ possessionem adiit, summa magnificentia exceptus. Primas eo curas intendit, ut pauperum egestatem profusis eleemosynis sublevaret, Ecclesias, ac Xenodochia inviseret, Diœcesim suam Fœneratorum, ac prostibulorum fæce expurgaret, unde quamplurimis corruptis judicibus officio suo dejectis, alios morum integritate, ac probata virtute, animoque a proprio quæstu alieno præditos ſsubrogabat: Denique Complutum profectus, Synodum coegit, cui ipsus habita oratione sane ad movendum efficaciſſima solemne dedit initium, & paulo post Talabricæ aliud celebravit concilium.

§. XXVI.

Statuta utriusque Concilii.

Raynald. ad ann. 1498. num. 23.

Eorum, quæ in utraque Synodo sancita fuere, summam exhibemus. I. Parochi ſingulis diebus Dominicis, ac festis re divina peracta S. Evangelium gregi suo solide, ac simpliciter exponere, vespere autem suos parochianos, præ

præcipue vero infantes, congregare, eosque christiana doctrina imbuere adstringebantur. II. Ximenius ad eorum commodum libellos seu Catechismos elucubrari præcepit, non sine maxima fidelium utilitate. III. Singulis Presbyteris data est facultas se invicem absolvendi etiam a casibus antea Archiepiscopo reservatis. IV. Pristina innovabatur consuetudo ad Ecclesiæ ingressum aquam benedictam collocandi. V. Judicibus mandabatur, ut leviores litigantium causas de plano (ut ajunt) sine libellis, aut sumptibus dirimerent, graviores vero, cognitis documentis saltem intra viginti dierum spacium definitiva sententia absolverent; interea vero cuilibet concederetur libertas scripto rationum suarum momenta proferendi, ac semel duntaxat adversarii sui rationibus respondendi. VI. Reformabantur Clericorum judicia, sique delationes contra Ecclesiasticos levis forent momenti, sine forensi strepitu, ac judicii forma a Ministris, vel absolvi, vel condemnari præcipiebantur: si vero graviora deferrentur crimina, ea satis circumspecte, ac sine publico rumore, quamprimum fieri posset, dijudicare iis injungebatur. VII. Pastoribus imponebatur cura, ut ad initium verni jejunii sacra confessione peccata suorum fidelium

Sæcul. XV. A.C. 1498.

Secul. XV. A.C. 1498.

lium ipsi exciperent, ac hujus statuti transgressoribus communionem Paschalem denegarent. VIII. Iidem jubebantur, ut Archiepiscopo, vel ejusdem Vicariis generalibus Toletano, aut Complutensi transmitterent album, in quo accurate describantur eorum nomina, qui tempore Paschatis S. Synaxin recipere neglexerunt, ut huic malo auctoritate Ecclesiastica obviari valeat. IX. Sanciebatur, ut in qualibet Parochia haberetur liber, in quo illorum, qui lustrali aqua expiantur, necnon Patris, Matris, Viri & fœminæ infantem de sacro fonte suscipientium, & testium adstantium nomina exacte adnotentur, unacum anno, mense, atque administrati Sacramenti die. Denique X. statuebatur, ut Concilium quotannis celebraretur. Hoc idem decretum postea a Tridentina Synodo confirmatum fuit.

§. XXVII.

Joannis Hispaniæ Principis obitus.

Mariana l. 27. n. 2.

XImenio interea Diœcesin suam tam salutaribus institutis muniente, Hispania derepente novam induit faciem, ingenti rerum vicissitudine suborta ex inopino Joannis obitu; hic Princeps unigenitus Regis Catholici filius nonnisi unde-

undeviceſimum ætatis annum emenſus, tertio poſt die, quo unacum Sponſa ſua Salmanticam advenerat, febri corripitur, cujus violentia Anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo die vigeſima quarta Octobris (*) e vita exceſſit. Ferdinandus ob mortem Filii ſui haud gravi admodum dolore affectus videbatur, forte ſpe erectus, quod conjuge ſua, cum hæc ipſo multum ætate profectior eſſet, prius mortua ex ſecundis nuptiis liberos ſuſcipere poſſet: Iſabella vero tam impotenti opprimebatur dolore, ut animam poſitura crederetur. Adoleſcentis hujus Principis cadaver Albucellam delatum, in monaſterio Fratrum Prædicatorum, quod Ferdinandus Rex illius Pater condiderat, terræ mandatum eſt. Funeſtum hujus mortis nuncium Valentia eodem tempore excipiebat, quo celebris illa civitas ob Luſitaniæ Regis nuptias feſtivis lætitiæ ſignis, ac vocibus reſonabat: tanti tamen Principis jacturam nonnihil temperare videbatur hæredis proxime naſcituri ſpes; relicta enim ejusdem conjux uterum geſtabat. Verum recruduit ſubditorum affli-

Sæcul. XV. A.C. 1498.

(*) *Mariana lib. 27. num. 2. Regii hujus Principis mortem ad quartam Octobris diem revocat.*

Sæcul. XV A.C. 1498

afflictio, cum defuncti Principis vidua filiam, eamque mortuam enixa esset.

§. XXVIII.

Rex & Lusitaniæ Regina Castellæ hæredes salutati.

Marian. hist. Hisp l. 27. n. 13.

Juvenis Lusitaniæ Regina, cum Eburæ ageret, fratris sui obitum percepit, non sine ingenti animi sui luctu; quippe arcta inter eos amicitiæ necessitudo intercedebat. Ceterum fratre ipsius mortuo ad eandem, utpote ex Regiis defuncti Sororibus natu majorem, ac nuper Emanueli Lusitaniæ Regi desponsam hæreditarium Castellæ & Arragoniæ regnorum jus devolvebatur: Unde illa cum marito suo Pacem-augustam, urbem in finibus utriusque Regni sitam contendit, inde vero Guadalupam ad ædes B. V. venit, ibidem Hebdomadæ sacræ solemniis interfutura, demum vero die vigesima sexta Aprilis hujus Anni Toletum ingressa est, ubi Ferdinandus & Isabella utrumque adventantem præstolabantur. Tertio post die, nimirum vigesima nona ejusdem Mensis specialia Ordinum regni comitia celebrantur, in quibus Lusitaniæ Rex, atque Regina solemni ritu Castellæ Reges renunciantur, ac proclamantur, eisque fidei obsequia præstito Sacramento persolvuntur: Cum vero

vero Archidux Auſtriæ Catholici Regis gener, necnon ejus filia Joanna Archiducissa illius conjux, accepto de Joannis morte nuncio, mox se Castellæ Reges nominari feciſſent, ad illos in Flandriam Ferdinandus, & Isabella Oratorem decreverunt, qui eos hunc titulum abdicare juberet, eoquod Castellani Principis nomen juxta patrias regni leges, ac consuetudines non nisi natu majoribus, ac Castellæ Regum hæredibus competeret. Sæcul. XV. A.C. 1498.

§. XXIX.

Arragonum Ordines hanc in rem convocati.

Verum Lusitaniæ Regi, atque Reginæ adhucdum deerant Arragonum suffragia; res quoque in ancipiti posita erat: Henricus enim regius Princeps, Segobrigæ Dux, ac Regis Catholici Patruelis contendebat, quod fœminæ ex legum præscripto ab Arragoniæ Regno excluderentur, proin sibi soli, ejusque Filio Alphonso, post Regis Catholici fata, legitimum succedendi jus competeret, cum ex masculina Ferdinandi I. Arragoniæ Regis stirpe progeniti essent, quapropter uterque Rex, necnon ambæ Reginæ, Segobrigæ Ducis consilia eversuri, omni cunctatione remota Cæsaraugustam contendunt, ac die decima quarta Junii Regni *Marian. ib. n. 14.*

Sæcul. XV. A.C. 1498.

gni Ordines convocant. Petiit Ferdinandus, ut ejus filia, ejusque gener tanquam Arragoniæ Reges agnoscerentur; ast in diversas factiones scindebantur Procerum studia, resque diuturnum satis tempus tenuit, tandem vero lis decisa est, postquam juvenis Lusitaniæ Regina die vigesima tertia mensis Augusti feria quinta filium in lucem edidit, cui Michaelis nomen inditum est.

§. XXX.

Juvenis Lusitaniæ Reginæ obitus.

Ingens erat omnium lætitia, quam tamen brevi communis populi luctus excepit; prima enim post partum hora Regina vivis erepta est. Postquam hic filius in lucem edebatur, regni Ordines Regi cuncta, quæ petebat, lubenti animo concedebant, ac Michaelem regium infantem, tanquam Arragoniæ Principem, & legitimum coronæ hæredem salutabant, eidemque velut Regi suo die vigesima secunda Septembris fidelitatis Sacramento sese obstringebant, declarantes tamen, hoc jusjurandum, si Rex Catholicus sobolem masculam susciperet, nullum, irritumque fore.

§. XXXI.

Sæcul. XV.
A.C. 1498.

§. XXXI.

Franciscanorum reformatio ab Archiepiscopo Toletano susceptа.

Rebus in Arragonia ita dispositis, Archiepiscopus ad pristinam Ordinis S. Francisci disciplinam in utroque regno revocandam serio animum adjecit, præcipue vero curas omnes eo intendit, ut Fratres Minores, quos Conventuales vocant, Fratribus Observantibus aggregaret, ea lege, ut Conventualium domus censibus suis privarentur, ac religiosi Regulæ austeritatibus subjicerentur: quoniam vero iidem, cum huic instituto nomen darent, ad severiorem ejusmodi disciplinam sese obstringere haud intendissent, hinc cuncti Fratres Minores ad nudum reformationis nomen fremere, Ximenii famam omnibus modis dilacerare, Virumque Reginæ, apud quam Archiepiscopus gratia plurimum pollebat, invisum reddere nitebantur. Verum adeo spe sua frustrabantur, ut etiam Regina polliceretur, se auctoritate Regia Romæ summum Pontificem sollicitaturam, ut Ximenio ad hoc negotium necessaria expedirentur mandata, nec id quod pollicebatur Regina, effectu caruit. Ast supremus FF. Minorum Minister Pontificem adiit, exponens, Ordinem

Sæcul. XV. A. C. 1498.

suum ob plures sensim irrepentes abusus mature tollendos ad vetera instituta omnino revocandum esse, se tamen rogare, ut id negotii non alteri, quam sibimetipsi concederetur. Papa dilaudato Viri consilio, ut ipsus Hispaniam adiret, ejus reliquit arbitrio, simulque necessaria ad ejusmodi munus diplomata expediri jussit.

§. XXXII.

Reformationis obstacula Ximenio opposita.

Isabella sub idem tempus Oratorem ex Hispania Romam ablegabat, qui a summo Pontifice collapsam FF. Minorum disciplinam restaurandi provinciam pro Ximenio impetraret. Orator intelligens, hoc negotium a Papa jamjam commissum esse Generali FF. Minorum Ministro, illumque proxime in Hispaniam profecturum, de tota rei serie Reginam edocet. Hæc rei novitatem summopere miratur: Interea Præpositus Reginam audire haud veritus, per summam imprudentiam plurima adversus Ximenium coram illa declamare non dubitabat. Regina Viri petulantiam indignata, concitatiori voce interrogabat, *an quæ diceret, & quacum loqueretur, intelligeret?* ad hæc ille acerbius irritatus, *satis*, inquit, *sanus sum,*

ſum, neque quacum loquar, ignoro, nempe cum Iſabella Regina, quæ pauculus pulvis eſt, ut ego. Et ſimul conſurgens foras abiit, omniumque potentum auxilio deſtitutus Romam revertendi conſilium cepit: Cum vero, ne illius Ordo de obſervantia magis ſoluta ad ſtrictiorem revocaretur, haud ultra impedire valeret, ſaltem reſtauratæ diſciplinæ gloriam aucupari contendit, hinc a Pontifice petiit, ut ſaltem ex Ordine ſuo Commiſſarios nominare ſibi liceret, qui juncta cum illis a Regina Catholica deputatis opera, huic negotio incumberent. Annuit Pontifex: aſt ejus Commiſſarii Caſtellam delati ſatis indigne habiti ſunt; tanta enim erat Archiepiſcopi auctoritas, cui etiam illius pietas, ac Reginæ favor ſuffragabatur, ut hi ferme nequidem auditi fuerint; quapropter acriter querunter apud Senatum, quem tamen ipſis magis propitium fuiſſe, nulla vero ſimilis ratio ſuadet: Igitur re infecta Romam redeunt, prius tamen adverſus omnia in mandati ſui præjudicium attentanda, confecto deſuper inſtrumento publico intercedunt. Saecul. XV. A. C. 1498.

Jam vero omnem movent lapidem, ut Pontificis animum in Regem Catholicum, & Ximenium concitarent, exponentes, Sedis Apoſtolicæ plurimum intereſſe, ut Pontificia uteretur auctorita- *Marian. l. 27 n. 7.*

Secul. XV. A.C. 1498.

te, nec pateretur, eandem impune pessumdari. Mox plurium Cardinalium animos ad sua vota inclinabant. Alexander quidem non minus voluptati deditus, quam honoris sui tenax, primo disciplinæ severitatem restaurari, pro summo imperio prohibere decreverat, Ast hinc Hispaniæ Regis benevolentiam fovere, urgebat necessitas, illinc rem ad aperta deducere jurgia, gravioris mali periculum vetabat; quapropter Cardinales Pontifici suadebant, satis in præsenti rerum statu actum esse, si facultatem Commissariis datam suspenderet, donec nova darentur mandata. Pontifex horum secutus consilium, ad Reges Catholicos die nona Novembris anno millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo literas dedit, in quibus de Commissariorum, quos decreverat, neglectu conqueſtus affirmat, ejusmodi contemptum Viris Pontificia auctoritate insignitis illatum haud tolerandum esse, proinse necessitate compelli, ut Commissariorum potestatem cohiberet, eisque ad ulteriora progredi interdiceret, usque dum novis Sedis Apostolicæ mandatis instructi essent. Regina hanc Pontificis repugnantiam intelligens, a cæpto opere desistere statuit: Verum Archiepiscopi Toletani hortatibus firmata, tam fervidis precibus apud Alexandrum Papam

pam instabat, ut ille non solum potesta- Sæcul. XV.
tem Commissariis antea ablatam resti- A.C. 1498.
tueret, sed etiam ex speciali mandato Gienensem Episcopum in Andalusia & Catanensem in Sicilia Pontificis nuncium tanquam socios Archiepiscopo adjungeret, qui collatis viribus hoc negotium deciderent, dempta ad judicem superiorem provocandi libertate.

§. XXXIII.

Ximenius votis damnatus.

Nihilominus Fratres Minores mandati tabulis sequentem conditionem sedulo inferi curabant, nimirum, ut Commissarii jussu Pontificis per semetipsos litem dijudicarent, nec eis integrum esset, alios subrogare. Hæc clausula crebris difficultatibus obnoxia erat, quas Archiepiscopus probe animadvertens Pontificem datis hac super re literis admonuit, prospero adeo eventu, ut Alexander revocata clausula Commissariis, si forte per seipsos agere præpedirentur, alios pro arbitrio substituendi facultatem concederet. Ea obtenta, mox Archiepiscopus negotium ex integro resumere cæpit, tamque indefessa sollicitudine reformationis negotio operam suam impendit, ut re feliciter ad exitum deducta, restauratæ disciplinæ leges firmissime corroboratæ

Sæcul. XV. A. C. 1498.

fuerint; cunctis enim, quæ bene cæpta, quo minus tractu temporis subsisterent, impedire poterant, tanta solertia præcavebat, ut ab eo salubriter instituta hodiedum sua firmitate constarent. Præterea die vigesima tertia Junii hoc anno ab Alexandro Papa diploma impetravit, vi cujus tanquam Sedis Apostolicæ Commissarius potestatem accepit, ut Ecclesias exemptas, necnon Apostolicæ Sedis Officiales in sua Diœcesi existentes ordinariæ suæ jurisdictioni subjicere, ac cuncta, quæ ad Ecclesiæ suæ bonum necessaria judicaret, libere disponere posset.

§. XXXIV.

Galerus ac gladius benedictus a Papa Angliæ Regi transmissus.

Bacon. hist. Regni Henrici VII.

Interea summus Pontifex, ut Henrico VII. Angliæ Regi suam in eum benevolentiam testaretur, Oratorem decrevit, qui galerum, ac gladium solemni precatione sacratum nomine Pontificis Regi perferret, quod munus tum temporis luculentissimum erat summi honoris pignus, & quamvis jam olim Innocentius VIII. eundem Regem tali obsequio honorasset, nihilominus Alexander Prædecessorem suum tam muneris pretio, quam simul

simul exhibita amoris declaratione supe- Sæcul. XV.
rare gestiebat. Henricus quoque cum A.C. 1498.
nec minima, quibus populi sui applausus sibi conciliaret, prætermittere solitus esset, Pontificis munus tanta solemnitatis pompa accepit, qua majori subditorum animos in se convertere haud potuisset: Hanc ob rem negotium dedit, ut Ordinis Senatorii Princeps, ceterique Angliæ Senatores, ac Præfecti nuncio Apostolico obviam procederent, eum ad pontis ingressum exciperent; opifices universi in aciem collocarentur, atque a ponte usque ad celebrem S. Pauli Ecclesiam, longo eoque duplici ordine hinc inde disponerentur: Ipse quoque Rex ex Palatio Londinensis Episcopi, ubi tum diversabatur, eo processit, comitantibus eum Prælatis, Proceribus, ac innumera ferme Aulicorum corona. Demum Mortonus Cardinalis Cantuariæ Archiepiscopus donum a Nuncio acceptum Henrico Regi obtulit, eumque gladio præcinxit; hanc solemnitatem festiva oratio a Cardinale in Papæ, Regisque laudes concinnata, solitæque populi acclamationes exceperunt.

§. XXXV.

Sæcul. XV.
A.C. 1498.

§. XXXV.

Perkinus in asylo.

Bacon. ibid. Polyd. Virg. hist. Anglic. lib. 26.

Perkinus soluta Exonienſi obſidione, Tawtonium profugit, ac ſex, aut ferme ſeptem ſuorum millia, quibus ejus exercitus conſtabat, in aciem diſpoſuit, cum Henrici copiis, quamvis duplo ſuperioribus, certaminis diſcrimen experturus: Verum ſubito terrore perculſus, ignominiam ſuam in Boweleyenſis monaſterii latebris occultare decernit; unde cum nonnullis ipſi addictis horum Religioſorum numero ſeſe adſcribi poſtulavit, ut ſub tutela hujus loci impunitatem criminum adipiſceretur. Fugientes equidem Aubneyus cum trecentis equitibus inſequebatur: aſt ejus ſolertiam horum celeritas eluſit. Nihilominus Religioſi fugitivos Regiis manibus committere jubentur, quibus parere reluctantibus milites loci ſanctitatem violare veriti, duntaxat monaſterium circumcirca militibus cingunt, ut Perkino fraudum artifici elabendi opportunitatem præriperent: Interea Perkini exercitus, duce ſuo deſtitutus, Regis clementiæ ſeſe ſubjecit, qui cunctis belli Miniſtris, atque militibus vitæ gratiam impertitus eſt, exceptis nonnullis, qui ad terro-

rem

rem ceterorum laqueo ſuſpenſi perfidiæ pœnas dederunt. Sæcul. XV. A. C. 1498.

§. XXXVI.

Perkinus deditione facta a Rege Turri incluſus.

Henricus Perkinum capere deſperans, eidem vitæ veniam offert, ſi voluntaria deditione ſeſe ejus arbitrio commiſſurus eſſet. Perkinus omni alia ope deſtitutus, undique cinctus, ac evadendi opportunitate intercluſus conditionem acceptat: Ergo ſub valido militum præſidio ad aulam deducitur, nec tamen ad Regis alloquium admittitur, ſed equo impoſitus Londinum defertur, populi cachinis, atque inſultibus publice expoſitus: demum eidem ſcripta fraudum ſuarum confeſſio traditur, quæ poſtea ubique divulgata eſt: In ea ſingula Perkini fata a primis ejus incunabilis ſuo ordine recenſentur, nec tamen ſigillatim conſpiratio, illiusque auctores enarrantur, caute etiam ipſum viduæ Burgundiæ Duciſſæ nomen ſupprimebatur. Poſtea, quamvis necdum rumor de Perkini detentione ad aures Comitiſſæ de Huntley ejusdem conjugis perveniſſet, mox tamen illam, ne fuga dilaberetur, Henricus comprehendi jubebat, illa vero ad montem S. Michaelis Coriſopotum opportune

Secul. XV. A.C. 1498.

portune sese recepit, nihilominus cum uterum gestasset, Regis plurimum interat, ut eam suæ potestati subjectam teneret, ne forte superstes filius commentitia Patris sui jura resuscitare posset.

§. XXXVII.

Perkini conjux capta.

Bacon. in hist. Regni Henr. VII.

Ergo Rex missis satellitibus Perkini conjugem capi, atque ad se adduci jubet; hi nemine obnitente ad locum, quo illa confugerat, perveniunt, eamque de Mariti sui fato, quod illa adhuc ignorabat, edoctam, ad Henricum Regem deducunt. Illa in querulam vocem nullatenus erumpens, omni obsequiorum genere excepta est, utpote Scotiæ Regi sanguine juncta. Eximia illius venustas totam Regiam in admirationem rapuit, ipse quoque Henricus illam vix conspectam amore prosecutus a pluribus Historicis dicitur; ne vero Rex quodam amicitiæ vinculo, quod regiam Majestatem minus deceret, ab illa constringeretur, eandem Westmonasterium ad Reginam abduci, eamque congruis Principissæ honoribus haberi præcepit, constituta eidem copiosa etiam ex ærario Regio pensione, ut dignitatis suæ gradum tueri posset, Verbo, in aula Henrici VII. meritis suis congruam sortita fuisset fortunam,

nam, si moderatiori affectu Marito suo qui tamen ejus amore indignus erat, adhæsisset. Eadem communi Aulicorum proloquio nuncupabatur *ROSA CANDIDA*, hanc prærogativam emerita, tam propria formæ elegantia, quam adscititio Mariti sui nomine, quo illum Vidua Burgundiæ Duciſſa appellare consueverat. Sæcul. XV. A. C. 1498.

§. XXXVIII.

Perkinus e turri elapsus, clandestina ejus consilia, illiusque supplicium.

Interea Perkinus elusa excubitorum solertia, quamvis hæc jussu Regis admodum particularis esset, e custodia elabendi opportunitatem nactus est. Libertati redditus, primas eo curas intendit, ut mox Cantium sese recipere valeret, spe fretus, se cujusdam navis beneficio secure regno excessurum. Verum comprehendi veritus, satius habuit ad monasterium, quod Bethleem vocant, asyli jure munitum confugere, siniſtros tamen suiipsius fato; quippe hujus ascaterii Præfectus de Perkini adventu Regem edocuit, seque eundem protinus traditurum pollicitus est, ea tamen lege, ut illi vitæ venia concederetur. Conditioni annuit Rex: Perkinus igitur ex asylo

Buchan. rerum Scot. lib. 13. Polyd. Virg. hist. Angl. l. 14.

Secul. XV. A.C. 1498.

sylo raptus, denuo turri includitur. Verum idem tractu temporis quatuor famulos Digbii carceris Præfecti ad partes suas pertrahit, factaque cum illis consensione statuit, trucidato turris Præfecto, prehensisque clavibus fuga sibi consulere, secumque abducere Varvicensem Comitem, qui conspirationis conscius jam diuturno carcere affligebatur. Verum consilii exitum prærnatura conjurationis notitia feliciter evertit: quare Perkinus instructis judicii actis, de pluribus criminibus adversus Regem, & regni salutem a primo suo in Angliam adventu perpetratis convictus est, ac summæ perduellionis, læsæque Majestatis reus capitali sententia Tyburni laqueo suspensus periit. Comes quoque Varvicensis capite plexus est; hujus supplicium accelerabat Ferdinandi Arragoniæ Regis astutia; hic enim, ut Catharinam filiam suam Arturo Henrici Filio natu majori desponsaret, Regi suggessit, quod filiam suam, hoc Comite adhuc superstite cuidam Regi in matrimonium collocare, minus tutum existimaret: Unde infelix ille Princeps hujus connubii victima fuit, Catharina tamen infaustos hujus matrimonii successus Varvicensis Comitis cruori, quo nuptiæ funestabantur, perpetuo adscribebat.

§. XXXIX.

§. XXXIX.

Sæcul. XV. A.C. 1498.

Tertia Christophori Columbi in Indias navigatio.

Eodem tempore Christophorus Columbus Burgos venerat, cum hæc urbs festivis undique acclamationibus resonaret ob duplex connubium, quod regius Hispaniæ Princeps, & Principissa cum Archiduce istiusque sorore celebrabant; nunc vero die trigesima Maji anno reparatæ salutis millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo idem Columbus tertio itinere ex portu S. Luciferi solvit, & secundis ventis ad Hesperides insulas appulsus est, ac inde continuato cœptæ felicitatis cursu Terram Firmam in continenti solo sitam detecturus in altum procurrit, tandemque Pariam exscensione facta ingreditur. Ibi mulieres, lacertos densa lucentium margaritarum serie ornare solebant, quas illæ veluti unionum fastidio affectæ pro vilibus ex auricalco patellis dispari negotiatione commutabant; Columbus vero pretiosissimas has merces Isabellæ Reginæ dono dare constituit, ac demum relicta Paria, in Hispaniolam directo itinere ad socios, quos ibi reliquerat, pervenit, ubi omnia præter spem turbida reperit; Hispani enim auctore quodam, nomine Rolando, hujus

Ferd. Columb. hist. Christ. Columb. Admir. Marmol. l. 7. c. 24.

Secul. XV. A. C. 1498.

Insulæ Prætore, in duas factiones sciſſi mutuo certabant; equidem Columbus, ut diſſenſionum flammas extinqueret, nil intentatum reliquit, ejusque conatibus ſecundus adſpirare videbatur ſucceſſus; illi enim, qui Rolando adhærebant, in Hiſpaniam redeundi animum præſeferebant, imo id etiam impenſius poſtulabant: cum vero ad mare trajiciendum inſtrueretur claſſis, in Indiis perſiſtere decernebant, efflagitantes, ut ſtipendii loco, quod eis antehac ſolvebatur, coloniam, firmasque ſedes in Inſula figere permitterentur, idque eorum votis datum eſt.

§. XL.

Columbus apud Regem Hiſpaniæ accuſatus, & redire juſſus.

Barros. Aſia dec. 1. l. 3. c. 11 Petr. Martyr. c. 7.

Verum inter hæc quidam Caſtellanus, nomine Oqueda, Hiſpaniolam ingreditur, ex itinere, quo Inſulam quamdam detexit, reverſus; hic jam novam ſeditionem conflare cæpit, ſuaque ſtudia Ferdinando de Guevarra, & Adriano natione Hiſpano, qui ambo capitales erant Rolandi hoſtes, addixit; aſt Prætor ille, cum facta reconciliatione conſtanter Columbi partes tueretur, hoſce rebelles comprehendi juſſit, Adrianum capite damnavit, aliisque exilio mulctatis Ferdinandum ad Columbum adduxit: ſeditioſi

tioſi tamen crebras ad Hiſpaniæ Regem literas dabant, ſignificantes, ſupremum Hiſpaniolæ Inſulæ imperium a Columbo affectari. Rex accepto nuncio protinus Franciſcum de Robadilla Calatravæ Ordinis Commendatorem eo ablegat, dato negotio, ut rei veritatem indagaret, ibidemque perſiſteret, Gubernatoris officio functurus, Columbum vero in Hiſpaniam redire juberet, ut geſtorum rationem coram Rege redderet. Robadilla omni legum ſeveritate juſſa exequitur, ac Columbum in vincula conjectum, ſuoque palatio, omnibusque bonis ſpoliatum in Hiſpaniam abduci præcipit. Aſt Rex Columbum Gades delatum, illico priſtinæ reſtituit libertati, ac paulo poſt eundem regia benevolentia dignatus eſt. Sæcul. XV. A.C. 1498.

§. XLI.

Turcarum irruptio in Ruſſiam.

Hoc anno ſeptuaginta Turcarum millia per Valachiam in Ruſſiam, nemine ferme obſiſtente, infeſtis armis irruperunt, omnia ferro, flammaque devaſtantes: opportuno tamen beneficio benignum Numen oppreſſis adfuit; ſubito enim tanta frigoris ſupervenit immanitas, aerisque inclementia tam inſolito rigore intendi cæpit, ut plusquam *Michov. l. 4. c. 76 in fine. Cromer. l. 30.*

Sæcul. XV. A.C. 1498.

Raynald. ad hunc ann. 1498. n. 36. Trithem. in Chron. Spanheim.

quadraginta Turcarum millia mortifera glaciei vi obriguiſſent, ceteri vero in Moldaviam ſeſe recipientes cæſi, fugatique, & ferme omnes a Stephano Palatino ac Valachis trucidati fuiſſent, adeo ut vix decem millia eorum in patriam ſuam rediiſſent. Sic Cœlo pugnante debellati ſunt Turcæ Menſe Novembri ad finem vergente. In religionem hæc res ceſſit Turcis, ita ut cladem ſuam referentes ſibi perſuaderent, Ruſſos, atque Polonos ſpeciali, eaque luculenta Dei providentia fuiſſe defenſos: Porro Joannes Albertus Poloniæ Rex comperta Turcarum ſævitia, qua Ruſſiam depopulabantur, quantocius Nicolaum Roſemberg Friburgum ad Germaniæ Principum comitia ablegat, auxilia efflagitaturus, quæ talmen obtinere deſperans, ſedatis regni ſui tumultibus cum Wladislao Hungariæ ac Bohemiæ Rege, necnon cum Alexandro Lithuaniæ Duce fœdera ſancire compulſus eſt. His etiam Moldaviæ Princeps rupta Turcarum ſocietate acceſſit: Maximilianus quoque Imperator eisdem amplas pollicitus eſt ſuppetias, quas tamen nunquam ſubmiſit, in hoc Friderico Patri ſuo haud multum abſimilis, cujus promittendi facilitas nunquam fidei conſtantiam aſſecuta eſt. (*)

§. XLII.

(*) *Injurioſus plane Continuator utriqui Augu-*

Sæcul. XV. A. C. 1499.

§. XLII.

Nuptiæ Ludovici XII. cum Anna Britanniæ.

Ludovicus XII. obtento Pontificis consensu, dissolutoque cum Joanna de Francia connubio, ut nuper meminimus, unice eo curas suas intendit, ut Annæ de Britannia jungeretur, cujus nuptias jamjam expetebat, priusquam illa Carolo VIII. Galliarum Regi nupsisset. Ergo die decima octava Januarii hoc anno Salvatoris nostri millesimo quadringentesimo nonagesimo nono conjugium solemni pompa celebratur, nuptiarum pactis pridie apud Nannetes utrinque firmatis, vi quorum inter eos conventum est, ut si Du-

Argentre dans les preuves de l'hist de Bretag. p. 1560.

Augustissimo Cæsari, quos sine teste, & absque facti cujusdam documento fractæ fidei arguit, allegat quidem Raynaldum, Trithemium, Cromerum & Michovium, nullus tamen eorum ne verbo quidem talem Maximiliano calumniam inferre præsumpsit, imo Cromerus inquit, Cæsaris conatus domi conflato cum Helvetiis bello, & Italicis motibus fuisse præpeditos. Nempe non raro quidam studio propriæ gentis, laudibus exterorum liberius detrahunt, & criminationibus eos obruunt, quibus parem inter suos non inveniunt.

Sæcul. XV. A.C. 1499.

si Duciſſa prior abs liberis decederet, Rex nonniſi ad vitæ ſuæ dies Britanniæ Ducatu frueretur, eo autem defuncto ad proximum conjugis ſuæ hæredem devolveretur: ſi vero liberos ſuſceptura eſſet, non filius natu major, ſed ſecundo genitus Britanniæ Dux renunciaretur, ſuccederet tamen, ſi forte non niſi unica proles ſuperſtes foret, cujus poſteri integra fide conditiones pactis inſertas exequerentur. Præterea ſancitum, ut hujus ditionis Miniſtri a Regina nominarentur, nec absque Ordinum conſenſu ſubſidia exigerentur, monetæ vero tam Regis, quam Reginæ nomine cuderentur, necnon Ludovicus Britanniæ Ducis titulo gauderet.

§. XLIII.

Ludovici Regis expeditio in Italiam.

Mariana lib. 27. n. 17.

Peracto connubio Ludovicus Rex totus ad redintegranda ſua in Italiam jura intentus erat: ut vero eo felicius rem aggrederetur, quamvis de Alexandri Papæ, ejusque Filii Valentini Ducis amicitia ſecurus eſſet, omnibus tamen viribus ei adlaborandum erat, ut Veneti conſilia bene cæpta non everterent: Unde in Regio Senatu decretum, ut Veneti ad mutuum fœdus ſollicitarentur, facta illis ſpe,

spe, quod obtenturi forent urbem una- Sæcul. XV.
cum Cremonensi ditione, quæ erat Me- A.C. 1499.
diolanensis Ducatus pars situ loci Venetis percommoda. Nihilominus illi his promissis minime contenti, urbes etiam prope Abduæ fluminis litora sitas, necnon Mediolanensis Ducatus partem, quæ a præfato fluvio usque ad continentis terras excurrit, adjungi postulant, idque eorum votis datum est.

§. XLIV.

Fœdus Regem inter & Venetos.

Post hæc Oratores, qui in Francia Venetorum negotia tractabant, fœderis pacta instruere jubebantur, quæ tamen firmata non fuere, donec Regi in caussa Pisanæ urbis, quam sibi sequestro dari contenderat, satisfactum esset: præterea petiit Ludovicus, ut armorum induciæ inter Venetos, & Florentinos decernerentur, usque dum Mediolanensis Ducatus occupatus esset. Veneti has conditiones acceptare omnino recusabant, cumque eas ipse Rex levi brachio urgeret, hortantibus Cardinale S. Petri ad vincula, & Trivultio, qui Mediolanenses bello opprimi desiderabant, fœderis pacta Stampis cum Venetis concluſa, ac die decima quinta Aprilis Blesis utrinque firmata fuere. Hoc facto unica Regem

Sæcul. XV. A.C. 1499. sollicitudo tenebat, ut validum contraheret exercitum, cui Ligniacenſem, Albinum & Trivulcium, qui ſecundum a Rege militaris imperii locum tenerent, præfecit.

§. XLV.

Pax Stapulenſis cum Rege Angliæ a Papa confirmata.

Præterea Galliarum Rex, ut ab omni metu vacuus eſſet, vicinorum Principum amicitiam, præcipue vero Angliæ Regis, Ferdinandi & Iſabellæ Regum Catholicorum, necnon Archiducis Auſtriæ, qui Maximiliani Imperatoris filius erat, ſibi conciliare conabatur: Equidem adepto mox regno Stapulenſem concordiam addita etiam Sacramenti religione ratam habebat; aſt inviolatæ fidei ſuæ teſtimonium Angliæ Regi redditurus, eandem quoque pacem a generalibus regni ſui Ordinibus ineunte hoc anno apud Nannetes congregatis approbari, firmarique juſſit. Poſt hæc ad Pontificem Oratores ablegat, ſupplices, ut fœderis hujus pactis ſuæ etiam auctoritatis firmitatem adjiceret. Alexander nil ſibi ultra a Galliarum Rege timendum ratus, diploma edidit, quo indicta anathematis pœna hanc pacem violare, utrique Regi interdixit. Ferdinandus quoque

quoque & Isabella suum Oratorem, Hieronymum de Vico, qui apud Ludovicum Sfortia solidos octo annos legatione pro Hispanis fungebatur, inde revocabant, facta solemni declaratione, quod imposterum in Italiæ turbas nullo pacto, nec quavis ex causa sese ingerere velint, quocirca copiis suis inde evocatis cunctas, quas in Calabria tenebant, urbes Friderico restituerunt. Tandem etiam cum Archiduce initum est fœdus, vi cujus Artheſiani Comitatus urbes eidem reddebantur, ea tamen lege, ut pro Artheſia nec non Flandriæ & Caroleſii Comitatibus Ludovico Regi fidei clientelaris Sacramentum exsolveret. Id etiam ab Archiduce præstitum, tam insolitis tamen cæremoniis, ut eas speciatim referre operæ pretium esse videatur. Sæcul. XV. A.C. 1499.

§. XLVI.

Cancellarius Ludovici nomine ab Archiduce homagium accipit.

Enimvero solemnis hæc clientelæ professio nec in Regia, nec in Regis manibus, sed non nisi Atrebati in Episcopali Palatio peracta est, Guidone de Rupifortio Cancellario Regis personam sustinente. Perampla ibidem parabatur aula, in qua suggestus duobus gradibus sublimis exurgebat, in medio ejus collocabatur

Sæcul. XV. A. C. 1499.

tur ſedes tapete liliis intexto ornata. Die quinta Julii feria ſexta mane circa decimam diei horam Archidux eo pervenit, de cujus adventu Cancellarius edoctus e cubili ſuo proceſſit, capite cooperto, ac purpura indutus, præcedentibus Appariore clavam geſtante, & duobus Caduceatoribus, inſequentibus vero nonnullis libellorum ſupplicum Magiſtris, aliisque, qui Regi a ſecretis erant. Poſt hæc Cancellarium Archidux inclinato capite ſalutabat, Cancellarius vero non quidem caput detegebat, manu tamen ſua parumper pileum ſubmovebat, cui Archidux capite nudus expoſuit, ſe huc veniſſe, ut Regi clientelare obſequium præſtaret pro ditionibus, & Flandriæ, Artheſiæ ac Caroleſii Comitatibus, a ſceptro Gallico dependentibus. Cancellarius ſedens homagium acceptat, nullatenus permittens, ut Archidux in genua procumberet, prout facere paratus erat; poſt hæc manu ſua Archiducis dexteram ſtringens, pro more quasdam ſubjunxit interrogationes, quibus Archidux reſpondens, cuncta ſe integra fide ſervaturum pollicitus eſt, ſimulque ambo oblato oris oſculo in mutuos amplexus ruebant. Hac ſolemnitate peracta Cancellarius exurgens, detracto pileo officioſe Archiducem allocutus eſt, inquiens: „ Galliarum „ Regis perſonam exui, nunc coram te „ habes

„ habes Guidonem de Rupifortio ſervum Sæcul. XV.
„ tuum humillimum. „ A.C.1499.

§. XLVII.

Galliarum Regis fœdus a Cæſare recuſatum.

Ceterum non æque expedita erat Galliarum Regis reconciliatio cum Maximiliano Imperatore; hunc enim Ludovicus Sfortia non modo copioſis pecuniarum ſubſidiis ſibi adjunxerat, ſed Cæſaream Majeſtatem ſuam firmioribus etiam vinculis ſibi obſtricturus, eidem quinquaginta aureorum millia dono dedit, Inſuper trecenta millia per Commiſſarium a menſariis exigenda Imperatori ſubmiſit, quibus pecuniis in iſtius ditionibus milites conſcriberentur: fruſtranei tamen erant utriusque conatus; Comes enim Fuxienſis Fluvii Savonis littora tam ſollicite tuebatur, ut Germani tentato ſæpius tranſitu ſemper repulſi fuerint, demum vero eorum exercitus, cum ob annonæ penuriam caſtris ſuis excedere cogeretur, re infecta diſpergebatur; hæ tamen copiæ poſtea collectæ Helvetiis arma inferebant, qui pagos ſuos latius protendentes jamjam Baſileenſem Rempublicam, ac nonnullas Imperii urbes ditionibus ſuis adjungebant, tantaque animi fortitudine parta tuebantur,

ut

Sæcul. XV. A. C. 1499. ut nec ipsi Germani vel unicam urbem eisdem eripere valerent.

§. XLVIII.

Fœdus Galliarum Regis cum Sabaudiæ Duce, & Helvetiis.

Igitur Rex Cæsarem ad suas partes inclinare desperans, armorum societatem paciscitur cum Philiberto Sabaudiæ Duce, ut per ejusdem ditiones tutum sibi transitum aperiret, præterea ad arma tam inferenda, quam repellenda fœdus cum Helvetiis ineibat, hi vero vicissim cum Ludovico Sfortia amicitiæ omnino nuncium mittere pollicebantur. Ex illo temporis articulo Sfortia imminens amittendi imperii discrimen præsensit, cognovitque infirmam sibi in vicinorum Principum auxilio spem esse repositam, quod potissimi eorum in illum iracundiam concciperent, ejusque perfidias aperto odio insectarentur.

§. XLIX.

Turcæ a Sfortia in opem vocati.

Marian. lib. 27. n. 17. Sfortia inter tot arcta prehensus, opem a Turcis petere, nulla se religione prohiberi existimabat, ac Fridericum Neapolis Regem sollicitabat, ut Legatum Constantinopolim mitteret, qui cum Oratore

tore suo fœderis negotium juncta opera promoveret. Fridericus Galliarum Regi infensus, eoquod oblatam clientellam, ac annuum quinquaginta millium aureorum tributum respuisset, ad Bajazethem Turcarum Imperatorem Bucciardum ablegat, qui jam olim sub fratris ejus regimine eadem legatione defunctus, sexto abhinc mense Constantinopoli reversus erat. Bajazethes legatos perbenigne excepit, ac valida pollicitus est subsidia; hæc tamen fœderis pactio nil nisi pristino in Sfortiam odio nova subdidit invidiæ incrementa. Sæcul. XV. A.C. 1499.

§. L.

Galliarum Rex Blesis Lugdunum delatus.

Interea exeunte mense Junio hujus anni Ludovicus Galliarum Rex Blesis profectus, Lugdunum accedit, moxque Veneti cunctas copias, quas in ditionibus suis continenti adjectis contraxerant, ad Abduæ fluminis littora in aciem educunt, variis restaurati belli prætextibus usi: ast Ludovicus, cum Venetos socia hosti suo arma juncturos, haud temere suspicaretur, horum conatibus obsistere parat, suasque copias dispari numero in duo partitur agmina, quorum minus numerosum ad tuenda Sessiæ, Tanari, & Padi *Guicc. l. 4.*

Sæcul. XV. A.C. 1499

Padi flumina, Gallis trajicienda sepositum tenebat, illud vero, quod numero validius erat, muniendis arcibus, atque Abduæ Fluvii vadis designabat. Cetera Mantuæ Marchio, cum jurgia cum Venetis haberet, Mediolanensium Duci trecentorum Lanceariorum suppetias obtulit, quas Dux lubenti animo acceptans, exercitus sui imperium Marchioni commisit; verum comperta Turcarum irruptione in Bosniæ confinia, Mantuanum unacum trecentis illis lancearíis dimisit.

§. LI.

Ludovici XII. adventus in Mediolanensium Ducatum, ejusque victoriæ.

Naucler. chron. vol. 3. gener. 50. Burchard. l. 3. p. 588. Sabellic. En. 10. l. 9. Ferron. l. 3.

Equidem Ludovicus Galliarum Rex non nisi die decima quinta Augusti Mediolanensem Ducatum infestis armis invasit, quamvis singulari uteretur solertia, ut sex hebdomadum moram, quam temperatissimo anni tempore contrahendis copiis insumebat, itinerum celeritate compensaret: Sesiam igitur cum exercitu suo feliciter trajecit, Mediolanensibus obsistere non audentibus, qui tamen pertinacius Tanari fluminis transitum tuebantur; primo enim per vim perrumpenda erat Noviensis civitas, cujus tamen præ-

præſidiarii invicto robore hoſtium impe- Sæcul. XV.
tus repellebant, donec tandem admotis A.C.1499.
nonaginta grandioribus belli tormentis,
everſisque aggeribus, Galli eam quinto
ab obſidione die, vi occupaſſent, qui ne-
quidem relicto de deditione cogitandi
ſpacio in urbem ſtricto gladio irruunt,
obvios quosque, præſidiarios æque, ac
cives promiſcua ſtrage, atque omnia ſan-
guine, vaſtatione, flamma ferroque mi-
ſcent, adeo, ut quotquot ſors victorum
furori eripuerat, incendii violentia ab-
ſumeret. Hoc funeſtum urbis fatum
quinque vel ſex omnino civitatibus tan-
tum incuſſit terrorem, ut ipſæ implorata
Regis clementia certatim ſeſe dederent.
Raffingnius quoque accepto viginti au-
reorum millium pretio Valentiam urbem
Gallis tradidit, eodemque auro corru-
ptus Pallavicinus Tortonam prodidit; ip-
ſa etiam Alexandria, quam Galeatius
longo tempore tuebatur, Gallorum ar-
mis ceſſit ex ſtratagemate, quod Cajatſius
Galleatii frater ipſus ſuggeſſerat, capta.
Denique tota circa circum regio Venetæ
Reipublicæ dominio ſubjecta, & Cremona,
Giradadda, Laudum, ceteræque urbes,
quinto aut ſexto irruptionis die occupa-
tæ fuerunt.

§. LII.

Sæcul. XV. A. C. 1499.

§. LII.

Mediolanenſium Dux in Germaniam profugus.

Marian. l. 27. n. 19.

Continuata hæc victricium armorum rapacitas tanto terrore Mediolanenſium Ducem obruit, ut majori, quam ejus ſubditi pavore fluctuans, propriis tam viribus quam animo diffiſus decerneret, relictis caſtris ad Metropolim ſuam confugere; erat enim illa ad frangendos hoſtium impetus omni armorum apparatu longe inſtructiſſima, unde in tantis rerum anguſtiis haud ſecurius patebat Duci præſidium: Verum ea eſt illorum Principum, qui in ſe ſubditorum ſuorum concitarunt invidiam, funeſta fortunæ neceſſitas, ut nec in munitiſſimis locis ſecuros ſe eſſe exiſtiment: Accidit enim iniquo ſatis tempore, quod Antonius Landrianus ſupremus Ducalis theſauri Præfectus, cum e Palatio exiret, truci-daretur, hujus nece jam inquietiſſimus timorum turbo Sfortiæ animum obſidere cæpit, & ſibi quoque inſidias parari, nilque reliquum eſſe exiſtimavit, quam ut celeri fuga Mediolano excederet, eoquod Gallos jamjam ſuæ cervici impendere crederet: Metum inſuper augebat ſeditio a potiſſimis ditionis ſuæ urbibus conflata, quapropter totus in eo erat,

erat, ut sine ulla mora fugam arriperet, firmum fixumque habens, ad Germanos, atque Helvetios contendere, ut impetratis eorum auxiliis rebus suis consuleret: priusquam vero urbem præsentia sua destitueret, omni, qua potuit, solertia arcis Mediolanensis saluti prospicere curabat; cum enim ea esset natura & arte munitissima, certo sperabat, fore, ut Gallorum impetus facile eluderet, usquedum ipse valido exercitu laborantibus præsidiariis opem ferre posset. Hanc arcem defendendam poscebat Ascanius Cardinalis Sfortiæ frater, in quo certe Dux majorem fidelitatem desiderare haud potuisset. Ast improvido Sfortiæ consilio factum, ut quemdam suorum clientum, nomine Bernardinum Curtium, juvenem inexpertum, ac vecordem Cardinali præferret; ut autem justum fratris sui dolorem temperaret, eidem significabat, illius consilia sibi esse omnino intra Ducatum necessaria, simulque eum non sine lacrimis obtestabatur, ut secum in Germaniam omnium pretiosissima deferre non gravaretur, intelligebat autem propriam suam conjugem, ambosque suos filios, Maximilianum, & Franciscum, unacum quindecies centenis aureorum millibus, atque non minoris valoris utensilibus, aliisque pretiosis mulierum ornamentis. Sæcul. XV. A.C. 1499.

Sæcul. XV. A C 1499.

Nihilominus Isabellam de Arragonia Joannis Galeatii conjugem, ejusdemque filium, novem aut forte decem annos natum Mediolani reliquit, eique Barensem cessit Ducatum, necnon Rosciani Principatum, quos Isabella ob restitutum Arragonensibus Neapolitani regni Sceptrum præmii loco obtinuerat. His ita dispositis tandem ipse Dux Mediolano unacum Estensi Cardinale excessit, validó armatorum comitatu munitus, cui præerat Galeatius Sanseverinas illius gener, necnon Ludovicus Malvesius. Fugienti primus occurrebat Cajatsius, qui supremum exercitus imperium Galeatio fratri suo natu minori delatum fuisse, indigne ferens, Ducis proditor esse non erubuit, ac clam confecta cum Gallis pace Alexandrinæ urbis deditionem promovit; conabatur equidem perfidiæ suæ causas obtendere, & fidei Sacramento, quo Sfortiæ obstringebatur, solutum se existimans, Ducem unacum Equitibus Gallis tam presso pede insecutus est, ut nihil prius esset, quam ut eum, dum Vallem Tellinam pertransibat, interciperet; Dux tamen hoc periculum elustatus, Oenipontum auffugit.

§. LIII.

§. LIII.

Sæcul. XV. A. C. 1499.

Galli Mediolanum ingressi, eisque arx tradita.

Igitur Mediolanenses a Duce suo derelicti, urbis suæ portas ultro Gallis aperiebant: hi vero toti in eo erant, ut mox arcem cingerent, quam etiam postmodum nullo ferme obsidionis labore in suam potestatem redigebant; Bernardinus enim Curtius illius Præfectus promissorum amplitudine expugnatus, ac Philippini Comitis de Fliscis, qui dextre in urbem irrepserat, artibus seductus arcem duodecima, qua cingebatur, die hostibus tradidit; hic tamen proditionis, ac perfidiæ suæ opprobrium haud ultra sustinere valuit, ac decimo post die pudore tabescens e vita excessit.

§. LIV.

Histria, Dalmatia, ac Forum Julium a Turcis devastata.

Cum interea Venetorum exercitus tam prospero Marte adversus Mediolanenses dimicaret, Scender Bassa a Bajazethe cum valido exercitu missus, in Histriæ, Dalmatiæ ac Fori Julii Provincias populabundus excurrit, plana regionis campestria devastat, omnesque, quot-

Burch. lib. 3. Sabell. Enn. 10. c. 9. Ferron. in Lud. XII. Surita tom. 5. l. 3. Guicc. l. 4.

quot

Sæcul. XV. A.C. 1499.

quot funeſta ſors in manus dederat, in ſervitutem abſtrahit, atque ad Bosniæ fines amandat, inde vero illos, a quibus lytrum ſperabat, Conſtantinopolim transmittit, ceteros autem fuſtibus contundi jubet. Ad tantas populi calamitates Andreas Zani Venetæ Reipublicæ Procurator otioſus ſedit, nec copias ſuas adverſus hoſtem eduxit, aut timore perculſus, aut vecordia tabeſcens, quapropter ſententia in eum lata perpetuæ infamiæ nota mulctatus eſt: Turcæ vero Venetas continentis terras devaſtandi facilitate animati, mari claſſem inſtruunt, Inſulas quoque armis ſuis ſubjecturi. Haud ſegniores Veneti plurimas naves armant, quibus Grimanum præficiunt; ille vero nonagenarius ſenex prælii diſcrimen experiri veritus, Turcis elabendi, ac impune Naupactum fugiendi ſpacium conceſſit, quocirca honoris gradu dejectus eſt, Melchiore Tarviſino in ejus locum ſubrogato. Hic virili prorſus fortitudine Ottomanam claſſem adoritur, tamque feliciter Turcas profligat, ut illi de ſalute deſperantes, quatuor triremes, ne Chriſtianorum commodo eſſent, igne ſuccendunt, ceteras quoque comburere jamjam parati, cum ecce! Veneti navale prælium intermittunt, totoque exercitu Naupactum cingunt, illudque mox deditione accipiunt.

§. LV.

§. LV.

Sæcul. XV.
A.C. 1499.

Galliarum Rex Mediolanum ingreſſus.

Interea Galliarum Rex Mediolanum, quo nonniſi capta arce pervenerat, die ſexta Octobris ducali habitu ornatus, ſolemni pompa ingreditur, trimeſtrem moram in hac regione trahens. Tam feſtivæ ubique exaudiebantur populi acclamationes, fauſtæque voces, ac certantia incolarum vota, ut Rex his permotus cives perbenigne ac clementer haberet, ipſe etiam Ambaſiæ Cardinalis, & Rupifortius Cancellarius Regi auctores fuere, ut populum ab immodicis omnino tributis eximeret, mediamque eorum partem, quam ultra conſueta onera prius Sfortiæ Duci pendere cogebantur, eis remitteret. Haud cunctanter Ludovicus id petentium precibus dedit, nec tamen in his ejus liberalitas circumſcribi patiebatur, ſed etiam Ducale patrimonium, quod hucusque alienari non poterat, benefica manu profudit, ac præterea Guelforum factionem immota fide Gallorum ſtudiis addictam remuneratus eſt; Trivulcio etiam in obſequii præmium Viglebanenſem Toparchiam dono dedit, Theodoricum vero Trivulcii Patruelem Marianenſi Dynaſtia auxit, ac

Marian. lib. 27. n. 20.

San-Gelaſ. in hiſt. Lud. XII. Aug. Juſtin. l. 5.

Sæcul. XV. A.C. 1499.

demum avitas Nobilium, ac Clericorum immunitates reſtauravit, cunctisque civibus bona, quibus contra fas ſpoliabantur, reſtitui juſſit, adjecto etiam interdicto, ne illis, qui prioris regiminis participes erant, aut gratia apud Ducem valebant, quovis pacto moleſtia inferatur. His ita diſpoſitis, Rex paulo poſt Trivultio Mediolani Præfecturam commiſit, quam Trimollius, qui primo eidem præerat, abdicabat. Tertio poſt menſe etiam Genuenſes ultro Victori urbis ſuæ portas aperiebant, nequidem ad momentum reſiſtere auſi: ceteræ quoque Mediolanenſis Ducatus civitates, capta Metropoli, ſponte ad Gallorum obſequium accurrebant.

§. LVI.

Concordiæ pacta inter Galliarum Regem, & Florentinos.

Poſt hæc omnes Italiæ Principes, excepto Friderico Neapolis Rege, victoriam regiis armis, auſpiciisque relatam per ſemetipſos Regi gratulabantur, ceteri vero, qui Regis conſpectum ſubire verebantur, miſſis legatis idem obſequium præſtabant: hos inter Florentini quinque Oratores ablegabant; cum igitur Rex Neapolis regnum occupare, ac Mediolanenſi Ducatui eodem victoriæ curſu

Bellcar. l. 8. Guicc. l. 4.

curſu adjungere, animo volutaret, atque ad exequenda ejusmodi conſilia Florentinorum ope indigeret, nec ſibi proſperum rebus ſuis ſucceſſum polliceri poſſet, niſi Piſanæ reipublicæ interitum pararet; hinc cum Florentinis fædus pepigit, ea lege, ut Piſanorum Respublica denuo Florentinorum imperio ſubjiceretur, atque ad eandem armis ſubjugandam Florentinis copiæ ſubminiſtrarentur, hi vero viciſſim ſponderent, quod Gallorum Regi, ſi Neapolin occupare aggrederetur, ad hanc expeditionem quinquaginta aureorum millia dare vellent, ut Rex trium menſium ſtipendia pro quinque millibus Helvetiorum numerare poſſet. Præterea Florentini Mercatores triginta quinque aureorum millia, quæ dato chirographo Mediolanenſium Duci promittebant, Gallis ſuppeditare pollicebantur. Sæcul. XV. A.C. 1499.

§. LVII.

Copiæ Valentino Duci a Rege ſubmiſſæ.

Ipſe etiam Pontifex ſecundos armorum ſucceſſus Galliarum Regi gratulatus eſt, ſimulque unacum Valentino Duce ſuo filio Ludovicum admonuit, ut datam fidem liberaret, ac nupero fœdere pactas copias ſubmitteret. Rex promiſſa revocare non auſus, ſex, aut ferme

Sæcul. XV. A.C 1499 septem armatorum millia in Romandiolam misit, ductore Ivone Alegrio, viro inter belli Præfectos prudentia, ac rei militaris experientia longe præclarissimo. His copiis summus Pontifex cunctos veteranos milites, quos in ditione ecclesiastica habebat, adjunxit, Duxque Valentinus a Navarræ Rege Sororio suo impetravit, ut audaciores ex Vasconibus, & Vascitanis ad Ducis signa convolarent: Unde Pontificis exercitus numero & potentia amplius, quam unquam crescebat: ergo bello initium datur, ac primo infestis armis cingitur Foro-Livienses civitas, in qua Catharina Sfortia Mediolanensis Ducis Soror, Hieronymi Riarii, cui hæc urbs parebat, conjux morabatur, quæ supra sui sexus vires civitatem virili prorsus animo tuebatur, ac sex omnino hebdomades, quibus Galli obsidionem urgebant, inter vigiles militiæ curas sine somno absumebat, nullam impigri Ducis partem omittens; tandem vero obfirmata hostium violentia reluctantem devicit fortitudinem: Dux enim Valentinus facto in urbem impetu, in illam eodem tempore, omnique ex parte cum copiis suis irruit, quæ strictis gladiis irrumpentes, præsidiarios milites prosternebant, nec cædibus, nec ætati, nec formæ, sexuive parcentes, nullo distinctu, nulloque habitu respectu, prout quem-

quemque de partibus inimicis, casus & fors in manus dederat, uno miscebant interitu. Sæcul. XV. A C. 1499.

§. LVIII.

Catharina Sfortia, occupato Forolivio, capta.

Inter hæc adversantis fortunæ fata Catharina Sfortia, cum ne mors quidem exorari poterat, ut saltem illa desperatis ejusdem rebus finem imponeret, ad arcem confugere conatur, nonnisi viginti militibus stipata; hi enim soli ex bis mille quingentis, quos inchoata obsidione recensebat, funestæ erant exercitus sui reliquiæ: Verum nec hunc perfugii locum invida fors Catharinæ indulsit; Galli enim fugientem tam presso pede insequebantur, ut unacum ea arcem intermixtim ingredientes, captam abstraherent, sicque etiam reluctanti incolumitatem vitæ salvarent. Post hæc a Valentino Duce Romam missa, Pontificis jussu in arcem S. Angeli includitur, quæ certius mœroris violentia ibidem confecta obiisset, nisi illius fortitudo hostium suorum potentissimo eam liberandi desiderium inspirasset. *Burch. l. 3. Petr. Delph. l. 6. epist. 22.*

Sæcul. XV.
A. C. 1499.

§. LIX.

Catharina Sfortia Ivonis beneficio liberata.

Non alieno, sed proprio experimento Ivo Alegrius testatum habebat infractum hujus Principissæ animum, atque illius virtutem semper supremo loco ducens, præprimis Catharinæ in confirmandis obsessorum animis intentam sedulitatem admirabatur, qua diu, noctuque per aggeres, atque valla, nunc milites, nunc cives, interdum singulos, sæpius universos obeundo, stimulandoque discurrebat: unde Ivo jam tum libertati ejus consulere decreverat, quod tamen obsequii genus eidem præstare præpediebatur; priusquam enim arcem ingressus esset, jamjam a Valentino Duce Romam deportata fuerat, nec tamen propterea a proposito suo absterritus, eam liberari ab Alexandro Papa precibus, quæ tamen imperio haud absimiles erant, postulabat, atque annuentibus summo Pontifice & Valentino Duce, utpote qui sine ingrati animi vitio Ivoni repulsam dare haud valebant, Catharina ad proles suas Florentiam libere reversa est.

§. LX.

§. LX.

Sæcul. XV. A.C. 1499.

Rex Mediolano in Gallias redux.

Mediolano ita feliciter occupato, Ludovicus Galliarum Rex ad superandum Neapolis regnum adjiciebat animum, clam ad hanc expeditionem ſtimulatus ab Alexandro Papa, qui privatæ utilitatis ſtudio permotus, ac explendæ ambitionis, ac odii cupiditate incenſus erat, atque eapropter magis expeditæ, quam Mediolanenſis erat, victoriæ ſpem Regi faciebat. Aſt imminente hyemis rigore Rex, priusquam Neapolitano bello initium daret, in Gallias reverti animo conſtituit, ſive ut copiis ſuis quietem a laboribus indulgeret, ſive ut exercitui ſupplementa adduceret: Interea vero Philippum Clivienſem Raveſtani Toparcham natione Germanum Genuæ, Mediolani vero Præfectum Trivulcium nominavit, necnon ceterarum utriusque ſtatus civitatum Præfecturas variis belli Præfectis, probatæ virtutis ac fidei Viris commiſit, ipſe autem ineunte Decembri Mediolano diſceſſit, ſecumque duxit in Gallias Franciſcum Sfortiam Joannis Galeatii filium, legitimum Mediolanenſis Ducatus hæredem, quem Ludovicus ambitione tumidus inique imperio exuit, ex quo tamen ipſe viciſſim depulſus eſt.

Marian. lib. 27. n. 21.
Sabellic. En. 10. l. 9.
Ferron. l. 3.
Guicc. l. 4.

§. LXI.

Sæcul. XV. A. C. 1499.

§. LXI.

Reges Catholici Granatæ.

Marian. lib 27. c. 5.

In Hiſpania Comes de Tendilla Granatæ Gubernator datis ad Reges Catholicos literis nunciabat, Mauros, qui montium juga incolebant, ſeditionem machinari, ac niſi opportuno obviaretur remedio, abs dubio totum Granatæ regnum communi rebellione defecturum. Accepto nuncio Reges Catholici eo contendere decernunt, deviis tamen itineribus profecti, ne Mauri, aliunde gens ſuſpiciosa, comperto Regis adventu bellum ſibi parari conjicerent: ſtudioſe igitur in vulgus ſpargebatur rumor, Michaelem juvenem Principem, cum valetudine haud ſatis firma uteretur, ſaluberrimæ, ac purioris auræ gratia Granatam conceſſurum. Præcedebat Iſabella Regina ac juvenem hunc Principem comitabatur, eam vero ipſe Rex paulo poſt ſecutus eſt. Illis adventantibus quatuor, aut ferme quinque millia ſelectioris militiæ Granatenſi Urbi inferebantur; eo autem novo militum præſidio Mauri tanto percellebantur timore, ut eorum potentiores præcipiti fuga mare trajicerent. Intea Regina Granatenſe Palatium, quod Alhambram vocant, Rex vero urbem incolebat, omnesque illius gentis Presbyte-

byteros ac Monachos data opera convocabat, eosque ad Toletanum Archiepiscopum in itinere constitutum remittebat, ut ab eo Regis consilia penitius edocerentur. Sæcul. XV. A.C. 1499.

§. LXII.

Mauri ab Archiepiscopo Toletano ad suscipienda Christianorum sacra sollicitati.

Ergo hi ad Archiepiscopum Toletanum deducuntur, a quo perhonorifice excepti perceperunt, quod ea, quæ in montibus ad conflandam seditionem hucusque agitata fuissent, Regi atque Reginæ probe comperta essent, hi tamen Principes reis veniam pollicerentur, ea tamen lege, ut ipsi vicissim sponderent, se nil intentatum relicturos, ut Granatenses incolæ ad amplectendam Christi fidem permoverentur, proin ipsi primi exemplo suo aliis præluceret, ac Christiana sacra reciperent, cum res ab eorum arbitrio dependeret, & nil reliquum esset, quam ut vel mortem, vel fidem, quam eorum Rex profitetur, seligerent. His verbis Morabiti & Alfaquini, (hoc nomine Mauri suos Sacerdotes, & Monachos appellitant) velut fulmine tacti, se seditionis minime conscios, cetera ad quæcunque jussa paratos esse declarabant. *Marian. lib. cap 5. Gomez de vita Ximen l. 2. Surita tom. 5. l. 3. c. 44.*

Sæcul. XV. A C. 1499.

bant. Tum haud vulgaribus benevolentiæ ſignis cumulatos, ipſe Rex, ejusque Conjux fericis veſtibus, rubrisque vitis coccineo grano tinctis donatos a ſe dimittebant, atque ex illo temporis articulo Infidelibus hisce ad Chriſti fidem convertendis ſtrenue adlaboratum eſt. Toletanus quoque Archiepiſcopus Granatenſibus ſuam operam dicabat, ut communis totius populi converſio urgeretur, brevique tanta ſacro fonte ablui petentium copia certatim convolabat, ut in Baptismate Eccleſiaſticos ritus omittere, neceſſitas præciperet.

§. LXIII.

Zegri Maurorum Princeps ſuſcepta fide Baptizatus.

Rex & Regina tam proſpero pii conſilii ſucceſſu lætiſſimi, Hiſpalin revertuntur, verum illis vix abeuntibus mox ſeditio recruduit, ac Neophyti publice multis conviciis lacæſſebantur: unde ad ſedandos hosce tumultus, Archipræſul Toletanus, qui Granatæ remanſerat, conceſſa ſibi potentia, ac auctoritate utebatur, & publicato edicto, necnon propoſita carceris pœna inhibebat, ne cives ulla cogerent conventicula, nec religioni injurioſos ſermones miſcerent, aut recenter converſos incolas verbis, vel

Alvarez Gomez lib. 2. Raynald. ad ann. 1499. num. 3.

vel factis lacesserent; ut vero efficacius seditionis progressus sisteret, in jus vocabat quemdam Principem Maurum, nomine Zegri, nobilitate generis, ac auctoritate inter Mauros spectatissimum; hunc Præsul quamvis nullo argumento de ejusmodi crimine infamis esset, in suspicionem seditionis vocabat (*) eidem denuncians, in præsenti rerum vicissitudine tamdiu illius fidelitatem suspectam haberi, donec Mahometis superstitionem ejurasset, ideo aut Christi fidem amplecti, aut perpetuo libertate privari seligeret. Zegri sese christianis adjicere renuente, excubitorum manus augetur, asperiusque habetur, adeo ut non jam nudis commina-
tionibus rem agi veritus, fidei Christia-
næ

Sæcul. XV. A.C. 1499

(*) Hæc ad conflandam Ximenio invidiam immerito conficta esse videntur; Raynaldus enim & Gomesius a Continuatore laudati, testantur, *quosdam contumaces & rebelles populi animos crebris concionibus a Christianismo deterruisse, hosque a Ximenio, ne quid detrimenti novellæ illæ plantationes caperent, vinculis coercitos in custodia detentos fuisse, atque INTER HOS fuisse Zegrin, eumque sive difficultatibus victum sive Dei potius afflatu, nam se divinitus admonitum, ut Christianus fieret, professus est, sacro initiari Baptismate a Ximenio petiisse.* Hæc, quam dissona supra dictis sint, lector facile perspiciet.

Sæcul. XV. A.C. 1499.

næ Magiſtris faciles aures præbere inciperet, unde ipſe Archiepiſcopus eum ſacris Chriſtianæ fidei præceptis imbuendum ſuſcepit, tamque feliciter illius animum devicit, ut ab ipſomet Archipræſule ſacro Baptismatis fonte ablutus, Ferdinandi Conſalvi nomen acciperet, hoc pacto honoraturus Conſalvum de Corduba celeberrimum Ferdinandi Regis ducem, quocum poſt captam Granatam intima fruebatur amicitia. Zegri ita ad Chriſti cultum traductus, religionis fervore nulli ſecundus erat, nec alius præter ipſum Maurorum converſioni efficaciori ſtudio incumbebat; ejus enim exemplo, qui ceteris nobilitate, atque auctoritate prævalebant, ad Chriſti vexilla convolabant, & *quinque millia voluminum Alcorani*, teſte Gomeſio, *ignibus publica in pyra exurebantur*.

§. LXIV.

Granatenſium Seditio.

Marian. lib. 27. n. 25.
Alvar. Gomez lib. 2.

Hac rei novitate Maurorum ceteri, qui pertinacius ſectæ ſuæ inhærebant, graviter commovebantur exiſtimantes, atrocem omnino injuriam Religionis ſuæ ſanctitati illatam eſſe, eoquod Alcorani liber flammis abſumptus fuiſſet: unde Albaizini, qui facile quinque millia familiarum recenſebant, ſeditione conflata ad

ad arma convolant, duos Toletani Archiepiſcopi famulos trucidant, ac per vicos ac Granatæ compita tumultuarie concurſitantes vociferantur: *Libertas! vivat Mahometes!* ac poſtea indomitis, impotentibusque furiis agitati, objecto repagulo platearum fauces obſtruunt, illasque velut propugnacula armis muniunt, denique nocte quadam Archiepiſcopi palatium cingunt, illudque vi perrumpere tentant, Præſulem jugulaturi, ac injuriam Mahometi illatam ejusdem ſanguine ulturi. Mox Albaizinis Granatenſes junguntur, ac duabus horis nondum evolutis plusquam centum millia tumultuantium armis inſtructa conveniunt. Verum albeſcente cœlo Comes de Tendilla, qui in regno Granatæ copiis, ſimulque ſpeciatim Alhambræ præerat, opportune quasdam militum legiones in urbem introduxit, ut non modo Mauros, ſed etiam Neophytos in officio contineret, cumque rebelles, utpote ductore deſtituti, ſine imperio, nulloque ordine ferocius, quam cautius rem aggrederentur, facile Comitis auctoritate, minisque ſeditio diſſipata, ac populus ferme omnis efficacibus Zegris hortationibus perſuaſus, quiete ad ſua reverſus eſt. Sæcul. XV. A C. 1499.

Sæcul. XV. A.C. 1499.

§. LXV.

Archiepiscopus apud Regem falso delatus.

Quantocius Rex Catholicus missis ad eum literis de proximo Granatensis urbis periculo ob motam Maurorum seditionem edocetur; ipse quoque Archiepiscopus Toletanus, cum plurimos sibi infensos esse probe nosset, ut horum calumnias, quibus se fors apud Regem obrui timebat, præveniret, ad Reginam ablegavit quemdam Maurum, qui illa ætate pedibus velociſſimus, primo itineris die triginta ferme leucas emensus est, altero vero vini illecebris captus ad ebrietatem usque tam liberaliter hausit, ut is cum bidui itinere Hispalim pertingere, illum oportuisset, quinque omnino dies insumeret, ac nonnisi sexto literas sibi concreditas perferret, unde id, quod Archipræsul suspicabatur, evenit; jam enim hostium suorum literæ Hispalim delatæ defensionem suam importuna celeritate prævertebant; in illis Archiepiscopus velut unica seditionis caussa traducitur, culpatur vir ferox, ac crudelis, qui Mauros ad Christianorum sacra immodica severitate compulisset, eosque ad desperationem redegisset. Rex, cum aliunde Archiepiscopo a tempore quo ad

ad Toletanam sedem posthabito Alphonso de Arragonia notho ejus filio promovebatur, parum addictus esset, hanc occasionem in rem suam vertebat, ut opportune verbis sat vehementibus, imo & amaris hujus Præsulis electionem Reginæ exprobraret, ad quæ ipsa nil promptum habebat, quo Archiepiscopi clientis sui causam defenderet. Sæcul. XV A.C. 1499.

§. LXVI.

Archiepiscopi vindiciæ: Mauri ab eo ad Christi fidem inducti.

Igitur ad Archiepiscopum literas dedit objurgationibus plenas speciatim ejus incuriam, ac negligentiam incusans, qua de Granatensi tumultu notitiam transmittere omisit. Verum cum hæc gererentur, Tabellarius a Ximenio missus ejusdem literas defert; nihilominus Archiepiscopus haud temere suspicabatur, tardiores literas suas ad dissipandas hostium suorum calumnias, atque ad vindicandam suam innocentiam minus ponderis allaturas; quapropter eodem ferme tempore articulo Franciscum Ruyz Minoritam socium suum Hispalim ablegavit, eo fine, ut ille de tota Maurorum seditionis serie Reges Catholicos distincte, & accurate edoceret, necnon structas inimicorum insidias everteret. Valuit successus; *Marian. lib. 27.*

Sæcul. XV. A.C. 1499.

ceſſus; Ruyzius enim demandata ſibi provincia tam ſtrenue defungebatur, ut Archiepiſcopi innocentia omnibus teſta-ta fieret; Rex vero, ut futuris ejusmo-di malis præcaveret, Granatam Commiſ-ſarios decrevit, qui cognita cauſſa crimi-ni magis obnoxios plecterent, ſimul-que edicto publico communem omnium delictorum veniam cunctis denunciarent, ſi ſincero corde Chriſtianam fidem am-plecterentur, ſacrumque Baptiſma reci-perent. Commiſſarii nonnullos, quos gravior ſeditionis culpa tenebat, laqueo ſuſpendi, ceteros vero vinculis conſtrin-gi præcipiebant, hi vero libertatis amo-re brevi ſacro fonte ablui poſcebant, eo-rumque exemplum potior Maurorum Al-baizinorum pars ſequebatur, ac commu-ni omnium ſuaſu ferme cuncti, qui ce-teras urbes incolebant, Chriſto nomen dare feſtinabant, unde ferme quinqua-ginta eorum millia Baptismate initiata, atque illorum delubra in Eccleſias Chri-ſtiano ritu ſacrata fuere: Attamen cum difficilis ſit diuturna ſimulatio fidei, jam anno ſequenti ſeditionis ardor nova ce-pit incrementa, quæ tamen vix non eo-dem temporis tractu ſopita fuere, ut mox perſpiciemus.

§. LXVII.

§. LXVII.

Sæcul. XV. A.C. 1499.

Toletani Archiepiſcopi conſilia de ſtabilienda Complutenſi Univerſitate.

Priusquam Archiepiſcopus Toletanus Granatenſe iter ſuſcepiſſet, Complutum acceſſit, ubi jam tum animo agitabat, ibidem quamdam Univerſitatem ſtabilire ad normam Pariſienſis, quæ inter ceteras totius Europæ facile Princeps erat. Non equidem Ximenius primus illius conditor exſtitit; ipſus enim jam antea primis literarum ſtudiis ibidem operam dabat, Fundatoris tamen nomen, gloriamque ſibi emeruit, nam illa, cum olim necdum Univerſitatis nomine gauderet, exiguum famæ ſplendorem obtinuit, jam vero Ximenii opera, munificentia, ac privilegiis, quibus augebatur, omnium celeberrima evaſit. Ejus quidem auſpicia erant oppido tenuia, uti in rebus magnis fieri ſolemne eſt, tractu vero temporis hæc Univerſitas ceteris Hiſpaniæ Academiis plurimum anteceluit. Hoc etiam anno prima jaciebantur fundamenta principalis Collegii, quod a S. Ildephonſo nomen traxit, die vero decima quarta Martii primus ædificii lapis ſolemni ritu ponebatur, illius ectypum delineante, opusque

Marian. lib. 27. n. 23.

Sæcul. XV. A.C. 1499.

que perficiente Petro Gumiel Architecto ævi sui longe nominatissimo.

§. LXVIII.

Neapolitani Regni divisio Galliarum Regia Rege Catholico proposita.

Marian. ib. n. 21.

Interea Italiæ tumultus Catholici Regis animum anxiis curis divexabant; verebatur enim, ne cum Sicilia nonnisi exiguo maris procursu a Neapolis regno distinqueretur, Galliarum Rex hoc occupato in Siciliam quoque infesta arma protenderet; unde Regem Christianissimum ad pacis consilia inclinare conatus, eidem nomine Friderici conditiones proposuit, non minus honestas, quam Gallo proficuas, quarum spe captum a proposito Neapolin invadendi averteret. Verum renuente Ludovico, Ferdinandus prius concepta regnum partiendi consilia perficere meditatur, deliberatque, quod Friderico, cum ejus Pater non nisi Neapolitani Regis spurius fuerit filius, nullum ad hoc regnum jus competeret, proin ambo Franciæ ac Hispaniæ Reges, utpote firmiori jure suffulti, pace inter se composita vires suas jungere, ac Friderico exauctorato ipsi regnum ejus communi consensu partiri deberent. Eo tempore Rex Catholicus Granatæ agebat, quo etiam Joanna Neapolis Regina illius Soror

Soror ex Italia discedens advenerat, fratrem suum invisura: sub idem quoque tempus Margarita Austriaca Archiducissa defuncti Principis Castellani olim conjux ex Hispania in Germaniam profecta est, ut per Franciam ad Patrem suum Maximilianum Imperatorem reverti posset. Saecul. XV. A.C. 1499.

§. LXIX.

Fridericus, si bello premeretur, Turcas in Italiam evocare minatus.

Ferdinandus hac occasione opportune usus quemdam ex regiis cubicularibus in Gallias ablegat, qui collatis consiliis cum Joanne Michaele de Gralla ordinario ejus in Francia legato Ludovico Galliarum Regi exponeret, quæ de occupando, ac dividendo Neapolis regno agitata fuissent. Probabantur vel maxime Cardinali de Ambasia Hispanorum consilia, in eandem quoque sententiam abire videbatur Clerieſius Baro, amplitudine pollicitationis captus, qua Cortonensem Marchionatum in Calabria se aucupaturum sperabat; aliunde enim præter Cardinalem Clerieſio nullus alius magis auctoritate ac gratia apud Regem valebat: hujus igitur ac Cardinalis impulsu plurimum hæc consilia maturabantur, jamque ambo sibi de prospero successu gratulabantur, cum ecce! Frideri- *Clerieux.*

Sæcul. XV. A.C. 1499.

cus, quæ adversus eum in Galliis agitarentur, clam edoctus, haud dissimulanter denunciat, quod ipse, si infesta in eum verterentur arma, Turcas in opem vocare, illisque per suas ditiones liberum in Italiam aditum concedere vellet. His minis uterque Rex, præcipue vero Italiæ Principes vehementer turbabantur, augebatque terrorem, quod idem Fridericus cum Pontifice in gratiam redire moliretur, eoque consilio sponderet, se Valentino Duci Teanum Principatum unacum Suessæ Ducatu, qui olim ad Gandiæ Ducem ejus fratrem jure pertinebat, cessurum, adjecta etiam ingenti pecuniarum summa; præterea Alexandro pollicebatur, se Alphonso Arragonio suo Nepoti, ac Pontificis genero Salernitanum, ac San-Severinatenensem Principatum relicturum. Ea nempe est timentium indoles, ut imminente periculo larga manu quævis profundant, sed depulso timore, quæ metus extorserat, avide repetant. Equidem summus Pontifex has conditiones lubenti animo acceptasset, nisi Valentinus Dux missis ad eum literis docuisset, hoc fœdus Galliarum Regi minime probari, quapropter Alexander cæptum pacis negotium dissolvit.

§. LXX.

§. LXX.

Sæcul. XV.
A. C. 1499.

Marsilii Ficini obitus.

Hoc anno Marsilius Ficinus Corregii prope Florentiam extremum diem obiit. Is Florentiæ die decima nona Octobris anno supra millesimum quadringentesimo trigesimo tertio natus, a Laurentio de Medicis eximio Literatorum fautore celeberrimis Magistris erudiendus tradebatur, sub quorum disciplina omni ferme scientiarum genere excultus, præprimis in Theologia ac arte Medica eminebat, Græci, latinique idiomatis apprime gnarus: unde Laurentius, & Cosmas Medicæi, apud quos magna existimatione, ac fama valebat, eum amplis beneficiis auctum ad Florentinæ Cathedralis Ecclesiæ Canonicatum promovebant. Tanta Principum munificentia Marsilii animum ad assiduum literarum studium magis, magisque accendit, huic uni vigilias suas præcipue dedicans: verum quamvis Sacerdotio initiatus esset, non nisi doctrinæ, parum tamen virtutis studiosus videbatur; nihilominus Deo cor ipsius movente, ac Hieronymo Savonarolla fervidis suis sermonibus saniora inspirante, constanter divini honoris studio, ac pietatis exercitio sese consecrabat. Plurima ingenii, ac doctri-

Sæcul. XV. A.C. 1499

næ ſuæ monumenta poſteris reliquit, ſcripſitque tractatum de religione Chriſtiana, & fidei pietate; octodecim libros de immortalitate animæ, & beatitudine æterna, præter Commentarium in epiſtolam D. Pauli ad Romanos; varios ſermones; tres libros de vita triplici, & duodecim volumina epiſtolarum: edidit etiam Hieronymi Savonarollæ apologiam, ac verſionem operum Platonis, &c.

§. LXXI.

Bellum Venetos inter & Turcas.

Boſius tom. 2. lib 5. Leunclav. Pandect. Turc. 178.

Aſſidua cædis aviditate bellum Venetos inter & Turcas fervebat; hi Naupactum & Methonem, nobiles Peloponeſi urbes, demumque Dyrrachium occupabant; viciſſim vero, cum Conſalvus de Corduba Hiſpanæ claſſis Præfectus in auxilium accurreret, Benedictus Pefareus Veneti exercitus Dux Cephalenam Jonii maris inſulam, necnon S. Mauram, in maritima Macedoniæ ora ſitam Turcis eripiebat; equidem Gallica quoque claſſis in opem Venetorum advolabat, exiguo tamen illorum impendio; obſtiterat enim partim propria Venetorum culpa, partim Gallorum intempeſtiva pugnandi aviditas, necnon improba tempeſtatum vis, qua naves turbulentis fluctuum motibus jactabantur. Tandem

dem vero, poſtquam hoc bellum biennio flagraſſet, pax utrinque conciliata eſt, ea lege, ut Veneti S. Mauram Turcis redderent. Bajazethem ad hanc pacem propenſiorem fuiſſe tradunt Scriptores, quod Iſmael Sophus Perſidis regno potitus, jam Othomanis terrorem incutere cæpiſſet, utpote quibus non unico experimento hujus Principis virtus comprobata erat. Sæcul. XV. A.C. 1499.

§. LXXII.

Iſmael primus Perſiæ Sophus.

Fuit hic Iſmael primus Perſiæ Sophus, Sicaidaris filius ex Uſumcaſſani filia progenitus. Adhuc puer in Hyrcaniam ad quemdam Patris ſui amicum profugit, moxque haud obſcura fortitudinis, præprimis vero ambitionis ſuæ ſpecimina edidit, ac primum paternam ditionem recuperare conſtituit, ſuorumque, qui ad commune cum illo periculum intrepidi currebant, auxilio adjutus, proſpero Marte dimicavit, demum ſecundo armorum ſucceſſu audaciam acuente, Tauriſium in Armenia petiit, quam urbem diſſidiis inter ejus Rectores obortis, nullo ferme negotio occupavit: cum autem originem ſuam ad Halem Mahometis generum referret, novamque Mahometanæ legis interpretationem traderet, quam pluri-

Bizard. hiſt. Perſ. l. 10. *Leunci. ant. Turc l. 16.* *Spond. hoc ann. n. 7.* *Barros Aſiæ dec. 2 l. 10. cap. 6.*

Sæcul. XV. A.C.1499. plurimos ſibi ſectatores conciliabat, qui poſtea ejus ſtudia ſequentes, ipſum ſtrenue propugnabant: nil enim antiquius habebat, quam ut diverſa, & aliena ab iis, quæ Turcæ docebant, ex Alcorano erueret, proin tot Turcarum hoſtes, quot novæ doctrinæ ſequaces crearet. Valuit ſucceſſus; brevi enim duæ exurgebant factiones, quæ objecta hæreſis calumnia ſeſe invicem laceſſebant: quare Iſmael, cum Sectam ſuam numero, ac potentia Turcis prævalere intelligeret, totum Perſiæ imperium ſibi ſubjicere aggreſſus eſt, hocque anno prima novi regni auſpicia ſtabilivit, ſeque Sophum vocari voluit, quod nomen Perſico idiomate *lanam* ſignificat, eoquod laneo capitis tegmine rubei coloris, velut ſpeciali dignitatis ſuæ inſigni uteretur, ut ſe diſcerneret a Turcis, & Tartaris Mahometanis, quorum priores ſuum inſigne ex alba, poſteriores vero ex viridi lana pileum deferunt. Nonnulli exiſtimant Scriptores, hoc nomen *Sophus* a græca voce derivari, illudque ab Iſmaele fuiſſe aſſumptum, ut propius ad antiquorum Perſarum Magos, qui *Sapientes* ac Nationis Principes erant, accedere crederetur; verum hæc opinio ſolida ratione deſtituitur.

§. LXXIII.

Sæcul. XV. A. C. 1499.

§. LXXIII.

Annus sacer Romæ a Papa promulgatus.

Jam die duodecima Aprilis summus Pontifex annum sæcularem promulgavit, edito hanc in rem primo diplomate, quo ceteras indulgentias suspendit, ac Sacerdotibus magis plenam concessit facultatem absolvendi illos, qui hoc tempore apud ipsos sua peccata expiarent. Die vigesima Novembris eodem anno alteram edidit Bullam, in qua omnibus Christi fidelibus, qui Romam venire prædpediti essent, eandem omnino indulgentiam etiam non arrepto itinere elargitus est, ea conditione, ut certam pecuniarum summam solverent (*) hoc usus obtentu,

Raynald. hoc ann. n. 25.

(*) Hæc Continuator quam impie, ac infideliter summo Pontifici obtrudat, ex sola Bullæ lectione elucet, *concedimus*, inquit Papa, *ut si qui Christi fideles pietate commoti pro animabus purgatorii dicto Jubilæi anno, pro reparatione basilicæ S. Petri aliquam eleemosynam in capsa posuerint, ipsa plenissima indulgentia per modum suffragii ipsis animabus in purgatorio, pro quibus dictam eleemosynam pie erogaverint, pro plenaria pœnarum relaxatione*

Sæcul. XV. A. C. 1499.

tentu, se sacrum bellum non sine magnis sumptibus gerendum, Turcis inferre decreviſſe, hancque in rem cum diverſorum Principum Oratoribus conſpiraſſe, necnon Hungaros, Polonos, & Bohemos in Thracia, Gallos & Hiſpanos in Græcia Turcis arma illaturos, ſemetipſum quoque cum Rege Angliæ, Venetis, marique potentioribus Italiæ Principibus Conſtantinopolis urbem expugnaturum, jamque eo conſilio ad omnes Principes ſuos ablegaſſe Legatos, qui illos adhortarentur, ut compoſitis privatis eorum diſſidiis, ad tam pium opus unitis Chriſtianorum viribus concurrerent.

§. LXXIV.

ne ſuffragetur. Ubi jam legitur, quod Papa jubilæi indulgentiam omnibus Roma abſentibus conceſſerit, ea lege, *ut certam pecuniarum ſummam* quaſi hujus indulgentiæ pretium *ſolverent.* Nempe ſuppreſſo ſuo nomine quandoque nonnulli Scriptores hæreticis placere geſtiunt, utque eorum partus avidius excipiantur, ac communius etiam a fidei hoſtibus deprædicentur, hæreticorum convitiis eos veſtire non erubeſcunt, adulterata etiam hiſtoriæ fide.

§. LXXIV.

Sæcul. XV. A.C. 1500.

Vitæ licentia Romæ jubilæi tempore exorta.

Igitur in vigilia Nativitatis Domini ad vesperas inchoatum est jubilæum, ad quod tamen minor, quam sperabat Alexander, peregrinorum multitudo Romam confluebat; plurimi enim eo accedere præpedie bantur ob bella, quibus Italicæ Provinciæ flagrabant. Nihilominus inquit Mariana, *Romæ morum licentia vigebat inter viros sacratos, ut si qua in parte orbis maxime*, qui tamen ob status sui Sanctitatem ceteros fideles ad pietatis studium excitare, illisque virtutis exemplum præbere debuissent: cum vero in diplomate ad visitandas Ecclesias peregrinis quindecim, Romanis vero triginta dies præscriberentur, concessit Alexander Sacerdotibus, qui expiationibus præpositi erant, ut numerum dierum, peregrinis ad quinque, ceteris ad septem, imposita eleemosyna, minuere possent. Præterea hujus anni sacri solemnia prorogavit Romæ usque ad festum Epiphaniæ anni proximi, ac per universam Italiam usque ad Pentecosten: necnon Fratres Ordinis Minorum de Observantia, uti habetur in Bullis hanc in rem publicatis, quaquaversum Legatos misit, qui hanc

Marian. lib. 27. n. 39. Burch. in Diario & Bzov. hoc ann. & seq.

Burch. in Alex VI. p. 72.

Raynald. ad ann. 1500. n. 9.

Sæcul. XV. A. C. 1500.

hanc gratiam Christianis impertirentur, ac decimas a Clero, ipsisque Cardinalibus pro Venetorum auxilio contra Turcas indictas colligerent, atque a Judæis etiam subsidia in eandem expeditionem peterent.

§. LXXV.

Pontificis consilia de bello sacro adversus Turcas.

Burch. ib. 2. p. 83. Raynald. l. c. n. 2. & 5.

Quantumvis ingens fuerit Pontificis studium, quo Principes ad ineundam armoruu societatem adversus Turcas adhortabatur, nihilominus illius verba parum eorum animos commoviſſe videbantur; adeo enim universæ Christianorum Reipublicæ cognita erat Alexandri indoles, ut ægre quis sibi persuaderet, illum puro tuendæ Religionis studio, ac divini honoris vindicandi amore stimulatum rem urgere. Suspicabantur alii, hanc Cruciatam indici, ut ultroneis tam Principum, quam populi suppetiis pecuniæ cumularentur. Ceterum Pontifex feria quarta die undecima Martii hujus anni cunctos Oratores Romæ degentes in sacrum Senatum convocabat, in quo discrimen fidei Christianæ imminens exposuit, dixitque, se jam mense Octobri anni prioris ad Reges, & Principes Christianos literas dediſſe, ac rogasse,

se, ut tam pio operi adjutrices manus porrigerent. His propositis Oratorum nonnemo respondit, quod pacanda prius essent Christianorum Principum dissidia, ac demum composita stabili, ac solida inter eos pace ad reprimendos Turcarum progressus opera impendi posset: his subjunxit alius, quod hoc bellum nonnisi privatam Venetorum causam respiceret, & Papa arma sollicitaret, ut Venetis placeret. Alexander, hæc responsa quid portenderent, facile mente sua assequebatur, cumque ceteri Principes Pontificiis legatis, qui ad eos decernebantur, vix non eadem respondissent, belli sacri consilia evanuere. Sæcul. XV. A.C. 1500.

§. LXXVI.

Sententia Facultatis Theologicæ a Canonicis Ecclesiæ B. V. ob Papæ censuras rogata.

Præterea Pontifex hujus belli obtentu edictum publicabat, quo Ecclesiæ Gallicanæ Clericis, iis prius inconsultis, decimas imponebat, mox vero adversus hanc Papæ Constitutionem Universitas Parisiensis ad futurum Concilium provocabat: Cum autem Alexander fretus esset præsidio Cardinalis de Ambasia,

Sæcul. XV. A C. 1500. pluriumque aliorum Præſulum, quibus apud Regem non infima erat auctoritas, in reluctantes legum ſeveritate animadvertere ſe poſſe arbitrabatur: quapropter Univerſitatis appellationem flocci pendens, tributa, quæ imperabat, exigere aggreditur, lata etiam in refractarios anathematis pœna. In hac rerum viciſſitudine Pariſienſis Eccleſiæ Canonici quicquam adverſus Canones attentare veriti, quid de ſacris hiſce pœnis ſentiendum eſſet, Theologicæ Facultatis ſuffragia expetunt. Hæc pro more in Mathurinorum conventu congregata, diſcuſſis propoſitionibus ſibi exhibitis reſpondit, eo tenore, quo proxime loco ſuo relaturi ſumus.

§. LXXVII.

Angliæ Rex a Papa ad expeditionem Turcicam ſollicitatus.

Spretis hiſce Gallorum obſtaculis, ſummus Pontifex a priſtino ſtudio, quo Oratorum ſuorum opera ceteros Principes ad ſacram militiam incitabat, nihil omnino remiſit, nam Caſparum Pons natione Hiſpanum, unacum Anni ſancti diplomate in Angliam ablegat, dato negotio, ut Henrico VII. ſignificaret, Papam nil

nil ardentius cupere, quam ut & ipse erigendis adversus Turcas vexillis suam quoque opem, consiliumve conferret. Henricus hæc sibi minus probari dissimulans, Oratori taliter respondit: nullus alius præter me hucusque inter Christianos Principes magis luculento testatum fecit argumento, quam vehementi desiderio prosperos hujus expeditionis successus exoptem; obstitit tamen partim Regni mei distantia a Constantinopolis finibus, partim triremium penuria, ac Nautarum meorum inscitia, hi enim mediterranei maris experientia carent: Unde consultius fore mihi videtur, si Hispaniæ ac Franciæ Reges summum Pontificem comitarentur: hoc enim pacto præter celeriosis expeditionis emolumentum utriusque hujus Regis æmulatio declinari poterit, quæ tamen certo timenda, si ambo hi Reges, quin ullus alius ipsis superior præsens adsit, simul hoc iter perficerent. Nihilominus & ego lubenti quoque animo copias ac pecunias suppeditabo, & si fors Hispaniæ ac Galliarum Reges Papam comitari detrectarent, ipsus ego sub Papæ auspiciis haud gravate militibus Sacra Cruce signatis præero, iis tamen conditionibus. I. Præprimis cuncta Principum Christianorum dissidia sint composita, ac penitus dirempta, se vero hanc conditionem facile adimpletu-

Sæcul. XV. A.C. 1500.

rum ajebat Rex, eoquod cum omnibus Christiani Orbis Principibus jam antea pacem sanxisset. II. Munita quædam civitas ad Italiæ fines sita ei tradatur, quæ ad opportunum necessitatis perfugium reservetur. Pontifex, cum ceteri Principes ferme eadem responderent, ad Regis Angliæ postulata rescribere, haud operæ pretium duxit.

§. LXXVIII.

Tumultus Mediolani post Ludovici discessum exorti.

Tantopere occupandi Neapolis regni consilia Ludovici Regis animum occupabant, ut omnem Turcici belli cogitationem abjecisse videretur; ampliorem enim spem rebus suis repositam esse existimabat in Neapolitani Regni expugnatione, aliunde etiam, cum in Mediolanensi Ducatu Gallorum possessio nondum satis stabilita esset, ad auctoritatem suam ibidem firmandam omnia studia impendere debebat, his tamen curis segnius invigilasse probatur; prius enim mutabile Mediolanensis populi genium fidei stabilitate muniri oportuisset, quippe haud temere etiam ex eorum facilitate, qua a Ludovico Duce defecerant, timere potuisset proprii casus periculum, ac subditorum seditionem priori haud absimilem, quam

quam fola regiminis clementia. Regisque præſentia ſumme neceſſaria præcavere valuiſſet. His nil certius quoque ſperabant Mediolanenſes; aſt præcipitem Ludovici Regis diſceſſum pro certo futuræ calamitatis præſagio habebant, malique ſuſpicio augebatur, cum Alegrius, qui Ducis Valentini copiis præerat, juſſu Regis exercitum revocaſſet; timebant enim, ne Rex armorum vi priſtina tributorum onera extorſurus foret; facile enim ſibi perſuaſum habebant, eundem, cum ex Ducali patrimonio nullos amplius proventus perciperet, graviora, quam ferre poſſent, vectigalia impoſiturum. Acceſſit etiam intempeſtiva Gallorum benevolentia, qua cunctos honores, atque dignitates Guelfis paſſim concedebant, neglecta Gibellinorum factione, quæ tamen apud Mediolanenſes gratia, numero, & potentia prævalebat. Equidem Trivultius, quem Rex ſe abſente toti Inſubriæ præfecerat, facile querulæ plebis prætextus tollere, bellique civilis initia reſtinguere valuiſſet: aſt hujus Viri indoles ſuperba, ferox, iræ impotens, vindictæ cupida, atque faſtidioſa, potius ad irritandos, quam conciliandos ſibi animos nata erat; unde clandeſtina adverſus eum cudebantur conſilia, Gallici exercitus indignatio in illum concitabatur, tantaque inimicorum frequentia in eum ex-

Sæcul. XV. A. C. 1500.

Sæcul. XV. A. C. 1500. surgebat, ut ipsus non parum expaveſceret. Tandem tota Mediolanenſis ditio ſenſim tam lata exarſit ſeditione, ut in cunctis urbibus vix ullus inveniretur, qui in fide Gallorum permaneret; omnes enim priſtinum Regimen anxiis votis exoptabant, atque Ludovico Sfortiæ etiam rerum inſcio, ad imperium, a quo ipſum paulo ante deturbare adlaborabant, jam reditum parabant.

§. LXXIX.

Irruptio Ludovici Sfortiæ in Mediolani Ducatum.

Interea Maximilianus Imperator Ludovicum Sfortiam in aula ſua perhonorifice excipiebat atque jurata fide pollicebatur, ſemetipſum cum exercitu ſuo in ejus auxilium brevi accurſurum. Ludovicus hac ſpe fretus, cum octo Helvetiorum millibus, & quingentis Comitatus Burgundici cataphractis, ſtipendio conductis, in Italiam una cum Aſcanio fratre ſuo contendit, ac primo vere hujus anni Equitatu Germano auctus, Mediolani Ducatum ingreditur, Trivultio rerum penitus ignaro, qui tamen ſimulac Ludovicum Ducem rediiſſe comperit, mox omni ope, ac opera in id incubuit, ut hoſti obviaret, ac pedem referre compelleret. Aſt cum Gallorum exercitum recen-

recenseret, quamplurimos milites, eosque ætate juvenes signa deseruisse deprehendit; hi enim otio torpescere fastidientes, relictis Mediolanensium murorum angustiis ad Romandiolæ, & Pisarum expeditionem accurrebant, suis commilitonibus operam juncturi. Præterea Mediolanenses Cives haud dissimulanter Trivultio significabant, quod nihil ardentius in votis haberent, quam Ducem suum Ludovicum denuo patriæ suæ restitui. Ergo Trivultius animo constituit, cum quadam exercitus sui parte urbem tueri, accepto tamen nuncio, Ludovicum magnis itineribus Comum contendere, jamque quasdam copias lacui Lario imposuisse, protinus missis suppetiis hanc quoque civitatem antea præsidio destitutam munivit, probe conscius, totius Ducatus conservationem ab hujus urbis salute omnino dependere. Sæcul. XV. A.C 1500.

§. LXXX.

Comum, Mediolanum, & potissimæ urbes in Ludovici Ducis obsequium revocatæ.

Tanta celeritate Ligniacensis Comes, qui copiis a Trivultio missis præerat, Comum contendit, ut Ludovici adventum præveniret; urbem demum ingressus

Sæcul. XV. A. C. 1500.

sus, studiose hostium navibus propiorem indulsit accessum, in quas postea densam globorum tempestatem tanta dexteritate evibrabat, ut pluribus militibus occisis, prætoria navis aquis submergeretur, ipso Ascanio Cardinale, qui ea vehebatur, in summum vitæ suæ discrimen deducto: nec tamen propterea Gallorum res restitutæ fuerunt; Comenses enim Cives Gibellinorum factione, quæ in urbe longe prævalebat, suffulti, tam potenter Ludovico Duci favebant, ut Ligniacensis Comes libertati suæ insidias strui clam edoctus, ac Ducis manibus tradi veritus, cito urbe excederet, atque ad Trivultium cum milite suo reverteretur, eo usus prætextu, perinde ac si hostium castra exploraturus excurreret; eo autem vix urbe egresso, Comenses cives ingenti lætitia Ludovicum exceperunt, Ligniacensis vero nequidem amplius Mediolanum sese recipere poterat, cum tota circum regio seditionem in Gallos concitaret: Mediolanenses quoque ad primos recuperatæ libertatis rumores quaquaversum ceteros omnes ad defectionem commovebant, quocirca Trivultius præcipiti fuga ad arcis mænia confugere compellebatur, donec illam peditibus muniri, ac pro viribus defendi jussisset, quo facto unacum Equitatu suo Papiam contendit; eum vero inde affugientem Gibel-

Gibellini usque ad Ticini fluminis oram strenue insecuti sunt. Saecul. XV. A.C. 1500

Trivultius ingens hoc discrimen aegre eluctatus, Gallorum rebus ubique desperatis duas duntaxat Mediolanensis Ducatus civitates, scilicet Novarram, & Mortaram, reliquas habuit, quarum primae sese cum agmine suo inclusit: Sfortia vero comperta, quam haec Metropolis in Gallos movebat, seditione confestim ad urbem advolat, a suis summa gaudii significatione exceptus. Post haec certatim ad illius vexilla confluebant Itali, ac octiduo nondum evoluto exercitus ejus ultra dimidiam illius partem augebatur; unde Dux Mediolanensem arcem obsidere aggreditur, quam cum armis expugnare desperaret, inediae violentia superare statuit, fratremque suum Cardinalem cum tertia exercitus sui parte obsidionales fossas cingere, ac tueri jubet, ipse vero cum reliquis copiis Papiam contendit, ubi sicut & Viglebani sine cunctatione a civibus excipiebatur. Tam prospero armorum successu animatus, Novarram obsidere animo constituit, tantoque impetu urbem pressit, ut ea deditionem facere compelleretur, praesidiariis sub valido comitatu usque ad Pedemontii fines abductis: Arcis tamen Praefectus, Bayardus Eques deditionis legibus comprehendi recusabat.

Sæcul. XV. A.C. 1500.

§. LXXXI.

Continuata victoriæ a Ludovico Sfortia reportatæ series.

Equidem Ligniacensis Comes Montaræ Trivultio sese adjungebat; ast ambo gravi omnium rerum inopia pressi, urbem relinquere cogebantur, quo facto Ludovicus totum Mediolani Ducatum nullo renitente recuperasset, si Montaram occupaturus, Novara recessisset; verum hanc urbem, quam ultronea deditione non poterat, per obsirmatam obsidionis violentiam sibi subjicere prorsus constituit, ea motus ratione, quod Parmensem civitatem in suam fidem rediisse comperisset, Laudenses quoque ac Placentini omnino Parmensium exemplum secuti fuissent, nisi Veneti has urbes validis præsidiis opportune firmassent. Sola Alexandriæ civitas sese Ludovico submittere renuebat. Hæc dum Mediolani geruntur, Alegrius, relicto Valentino Duce, copias suas Trivultio adjunxit, atque ex Guelforum consilio Tortonam recuperavit, hanc tamen urbem Helvetii, quorum plurimos inter pedites suos numerabat, cum stipendio fraudarentur, nequidquam obluctante Alegrio deprædati sunt: Interea Novarensis civitatis fatum totius Italiæ expectationem occupabat.

pabat, aſt & illa die vigeſima ſecunda Martii deditione recepta eſt, præſidiariis inde excedere juſſis, arx tamen conſtanter Gallorum partibus adhæſit, quam Ludovicus Sfortia arcta, qua valuit, obſidione urgebat, ea tamen ipſa poſtmodum Galliarum Regi Mediolanenſem Ducatum aſſeruit, ac conſervavit. Sæcul. XV. A. C. 1500.

§. LXXXII.

Exercitus a Galliarum Rege Mediolanum miſſus.

Interea Maximilianus Imperator validum contrahebat exercitum, ut ſeſe Ludovici Regis progreſſibus opponeret. Haud ſegnior quoque pro parte ſua Galliarum Rex adverſus Cæſarem arma parabat, jamque in Campaniam pergere cæperat, cum inopino nuncium accipit, quod Maximilianus Imperator haud amplius copias conduceret, ac Mediolani Dux, etſi nullius auxilio ſuffultus eſſet propriis armis totum recuperaſſet Ducatum, excepta Novarenſi arce, quæ ſola adhucdum Gallorum imperio parebat. Funeſta hæc Gallicarum rerum viciſſitudo potiſſimam partem ex continuis, quæ Trivultium inter & ceteros Gallici exercitus Præfectos fervebant, diſſidiis naſcebatur; quapropter Rex in eo totus erat, ut probatæ fidei Virum ſeligeret, cui

Sæcul. XV. A.C. 1500.

cui supremum belli imperium deferret. Sua quidem obsequia Ambasiæ Cardinalis offert; verum cum ipse militaris scientiæ expers esset, ei pro summa rerum adjungitur Ludovicus Trimollius. Ergo per singulas Provincias dividuntur Gallorum copiæ, simulque omnes summa solertia Delphinatum versus contendunt, jamque die sexta Aprilis ductore Diionensi Præfecto decem Helvetiorum, & sex peditum Gallorum millia præter mille quingentos cataphractos unacum suis sagittariis equo vectis Montarensi urbi appropinquant. Præibant Cardinalis, & Trimollius, qui primo adventus die Tivultium non modo cum Ligniacensi, sed cum ipso etiam Albinio jurgia foventem experiebantur.

§. LXXXIII.

Seditio Helvetiorum peditum contra Ducem.

Ceterum Mediolanensium Dux Gallorum accessum, ac numerum edoctus, tota armorum vi Novarrensis arcis, cui Bayardus præerat, obsidionem urgere cæpit. Ergo Cardinalis de Ambasia & Trimollius quantocius exercitum admovent, laboranti arci opem laturi; ast irritus plane fuisset eorum conatus, nisi eo forte die sic casus consilium adjuvisset,

set, Gallis non minus secundus, quam Ludovico Duci summe funestus; cum enim flos, roburque exercitus sui præcipue ex octo Helvetiorum millibus constaret, hujus gentis Belliduces, quo demum obtentu ignoratur, iniquissimo tamen Ducis tempore clandestinum fœdus cum Gallis vix Novarræ appropinquantibus inierunt, polliciti, se illis pacta pecuniarum summa Ludovicum Ducem tradituros, idque tanta taciturnitate premebant, ut nec pretium, nec proditorum nomina vel unquam innotescerent. Re tamen utrinque conventa hi junctim Mediolanensem Ducem adeunt, unius mensis necdum evoluti stipendia postulant, declarantque, nisi eorum petito satisfaceret, se quamprimum in patriam redituros. Dux pecuniis destitutus, suppellectilem argenteam offert, quam illi acceptantes ad sua castra revertuntur. Verum Ludovicus futuris malis obviaturus, simulque veritus, ne Helvetii stipendii pignus secum auferrent, Cardinali Ascanio fratri suo negotium dedit, ut sine mora octo millia peditum Italorum, ac quadringentos equites Mediolano Novarram adduceret, omnique cunctatione remota aurum transmitteret; jussis paruit Ascanius: attamen harum copiarum adventum singulari celeritate prævenerat Trimollius, qui suis

Sæcul. XV. A.C. 1500.

in

Sæcul. XV. A C. 1500. in duo agmina divisis, uno obsidionem solvere, altero vero, quod Albinus moderabatur, hostibus Ticini fluminis trajectum interdicere parabat, nec improspero successu; Albinus enim adeo dextre demandata sibi defunctus est provincia, ut Ducis copiæ flumen transmittere, nequidem ausi essent.

§. LXXXIV.

Ludovicus Sfortia captus, ac Helvetii habitu indutus Lugdunum deducitur.

Dux Mediolani spe sua delusus, prælii discrimen experiri simulat. Jam imperia equites sui accipiebant, ad omnem rei strenue gerendæ dexteritatem intentis mentibus. Ast Helvetii eo temporis articulo, quo summa rerum haud ultra simulationem patiebatur, aperte declarant, sibi integrum haud esse, illius imperatis obedire; obstare enim suorum Magistratuum jussa, quibus adversus propinquos, ac fratres suos, qui in castris Gallicis militarent, decertare prohiberentur, proin nulla mora in patriam redire juberentur. Equidem Mediolanensis Dux nil intentatum relinquit, ut Helvetios in fide contineret; instat, urgetque qua

Marian. l. 27 n. 137. Naucler. chron. gener. 51. p. 515.

qua precibus, qua lacrymis; aſt eorum animos flectere deſperans, rogavit, ut eum ſaltem in tutum locum perducerent, eoquod copiis Gallicis undique cinctus eſſet. Ægre tandem ab illis impetrabat, ut Helvetici peditis veſte indutus, inter ipſos per mediam Trimollii aciem elabi poſſet. Referunt nonnulli, Helvetios hanc fugæ conditionem Gallici exercitus Præfectis prodidiſſe, hincque Ludovicum, cum Gallorum oculos in omnes, quibus ſecedere datum erat, intentos fallere non poſſet, ab hoſte agnitum fuiſſe; ſubjungunt alii, Helvetios tranſeuntes etiam Gallis, ut Ducem caperent, ſigna dediſſe, eumque digito demonſtraſſe. Ut ut res ſe habuerit, vix inter Gallici agminis haſtatos dextra lævaque ſuo ordine conſtitutos medius decimum, aut forte duodecimum paſſum confecerat, cum jam a Gallis agnoſceretur, & comprehenſus, Trimollio traditus eſſet. Hic Lugdunum, ubi Rex adhucdum agebat, captum deduxit. Eadem occaſione cum illo Galeatius, Fracaſſus, & Antonius Maria fratres iisdem Helveticis veſtibus, armisque contecti comprehendebantur.

Sæcul. XV. A. C. 1500.

§. LXXXV.

Sæcul. XV.
A. C. 1500.

§. LXXXV.

Dux comprehensus, ac Biturigibus ineluſus.

Primos hoſce adverſantis fortunæ cafus Ludovicus Dux æquo, ſatque firmo ferebat animo, ſpe fretus, ſe a Ludovico Rege quadam dignitate ſtatus ſui conditioni congrua in Galliis honorandum, vel ſaltem libertate donandum. Attamen vix leniendo dolore obruebatur, dum primo Legiam ad S. Georgium in Bituricenſi Provincia relegatus, in quodam obſcuro cubiculo quartum, ac ferme quintum annum detinebatur, inde vero ad arcem Loccienſem transferebatur, ubi non modo librorum, chartæ, atque atramenti, ſed omnium rerum copia, quibus calamitatis ſuæ tædium lenire potuiſſet, privatus hærebat. Numerabat Dux tantæ infelicitatis ſuæ epocham Anni milleſimi quingenteſimi diem decimam Aprilis, quæ erat hebdomadæ Paſſionis feria ſexta, ac carceris hujus ſqualorem ſolido decennio perferebat, donec tandem undecimo captivitatis anno ferme jamjam emenſo mors tot votis exoptata, illum a miſeriis vitæ ſuæ exemiſſet. Ita nempe vindex Deus aſtutiam fregit Principis ætate ſua arrogantiſſimi, ac ob cuncta, quæ patrave-

rat,

rat, scelera meliori forte haud quaquam digni; Tanto enim odio infectabatur Gallos, ut quoscunque demum in diversoriis commorantes reperire poterat, clam jugulari præciperet, ac pro singulis, qui neci dati fuissent, unius Ducati præmium occisori constitueret. Hac immanitate detecta, Galli plurimos ejusmodi caupones in propriis illorum domibus ad terrorem aliorum vivos comburi jusserunt: Præterea Cardinalis Ascanius Ducis frater a Venetis captus, Gallis tradebatur, ac Turri Bituricensi includebatur, ex quo tamen, nonnisi biennio detentus Cardinalis de Ambasia favore, atque auctoritate liberatus est.

Sæcul. XV. A. C. 1500.

In appendice ad hist. Robert Gaguin.

§. LXXXVI.

Seditionis venia Mediolanensibus concessa.

Diuturno admodum tempore Ludovici Ducis Filii, Maximilianus, & Franciscus, quos eorum Pater in Cæsaris aula reliquerat, pauperes, exules, ac errantes in Germania hærebant: Mediolanenses quoque nullam sibi in Duce suo, quem nuper tanto jubilo in sua Metropoli exceperant, spem opemque repositam esse probe cognoscebant, quocirca confestim ad Cardinalem de Ambasia supplices confugiunt, ut auctoritate, qua

Marian. lib. 27. n. 37. Guicc. hist. Ital. l. 4. Claud. Seissel. in vita Lud. XII.

Sæcul. XV. A.C. 1500.

pollebat, Regis animum ad concedendam rebellionis veniam inclinaret, quod etiam Cardinalis precibus datum est, ea tamen lege, ut seditionis rei pecuniariam, eamque gravissimam mulctam sufferrent, cujus tamen non infima pars non modo Mediolanensibus, sed etiam ceteris urbibus, quæ defecerunt, remittebatur: Cardinalis vero compositis Ducatus negotiis, feria sexta Christo in carne passo sacra Mediolanensi populo significabat, se sub conditionibus mox relatis a Rege, quæ postulassent, obtinuisse; Posthac Cardinalis summa cum auctoritate agens, rerum Italicarum, necnon belli, pacisque arbiter habebatur. Pontifex quoque Virum sibi conciliare intentus, perspecta illius ambitione eidem concessit, ut totius Galliæ legationem *a latere* exceret, quam deinceps toto vitæ suæ cursu tenuit, & a Julio II. Alexandri VI. successore in ea confirmatus est.

§. LXXXVII.

Proximum vitæ periculum Alexandri Papæ ex gravi turbine.

Marian. lib. 27. n. 39. Bucha in Diario & part. 2. in Alex. VI.

Hoc anno divinum Numen tum plurimis, quibus tunc temporis Roma totius Orbis Christiani caput inundabatur, sceleribus exulceratum, in ipso primo Ecclesiæ

cleſiæ ſuæ Paſtore vindicare videba- Sæcul. XV.
tur illos, qui ejus patientia abutebantur, A.C. 1500.
ut horum ruina ceteri officii ſui commo-
nerentur, atque ad criminum pœniten-
tiam inducerentur: Repente enim
die SS. Petro, & Paulo Apoſtolis ſa-
cro, hora poſt meridiem quarta violen-
tiſſimus turbo oriebatur, ubi præcipiti
ruina fractæ nubes improbis imbribus
deſcendebant, atque aſſiduo grandinum,
quæ molis erant ſtupendæ, lapſu tecta
verberabant, denique nequid ad malo-
rum cumulum deeſſet, novo terroris in-
cremento tam inſana ventorum rabies tu-
multuabatur, ut ejus impetu camini
cujusdam ſpiraculum incumbens aulæ,
in qua Pontifex cum nonnullis Cardi-
nalibus colloquebatur, dejiceretur, ſua-
que immenſa mole tabulatum cubiculi,
in quo Dux Valentinus agebat, conſra-
ctum, ſupra cænaculum deprimeretur,
qua ruina tres Florentini opprimeban-
tur, qui in anteriore conclavi Ducis allo-
quium præſtolantes, ad Pontificis pe-
des occiſi procubuerunt, & ipſe Alexander
in proximo vitæ diſcrimine verſabatur,
ac ne caput ejus comminueretur lateri-
bus, lapidibus, ac tabulis decidentibus,
ſuperſtantis umbraculi tegmen prohibuit,
ægre tamen a ſuis famulis expiranti
ſimilis, capite ac manu graviter ſaucius,
mentis impos, ac animi ſenſu captus in-

Sæcul. XV. A. C. 1500.

tra rudera repertus abducebatur: Cum vero eo tempore ſummus Pontifex ſeptuagenario major eſſet, ac vulnera recrudeſcere viderentur, jam de Succeſſore eligendo agi cæptum eſt: Verum præter omnium exſpectationem brevi reſtituta valetudine ipſus die vigeſima quinta Julii ad Eccleſiam S. Mariæ de populo publice procedere conſpiciebatur ut ibidem pro recuperata ſalute Deo grates penderet.

§. LXXXVIII.

Bellum in Romandiola a Valentino Duce reſtauratum.

Poſt hæc Valentinus Dux Alexandri filius bellum in Romandiola redintegravit, ac poſtquam Alphonſum de Aragonia Viſelliæ Ducem Sororium ſuum Romæ crudeliter, atque ex inſidiis trucidari juſſiſſet, Piſaurum & Ariminum occupavit; ejus tamen ſucceſſibus ſtrenue obſtitit Bentivolius, qui ſubacta Bononia, Faventiæ urbem pro viribus tuebatur, eum tamen Julius II. Alexandri ſucceſſor dexteritate ſua ad officium revocavit; hic enim quinto aut ferme ſexto abhinc anno, poſtquam Bononiam venerat, inde Bentivolium cum tota ſua familia depulit. Capta urbe nonnulli ejusdem filii a furente populo occiduntur, bonis

bonis exuuntur, ejusque domus a fundamentis evertuntur, barbara prorsus sævitia, atque insuperhabita fide Bentivolio data. Sæcul. XV. A.C. 1500.

§. LXXXIX.

Nuptiæ Regis Lusitaniæ cum Sorore primæ suæ conjugis indulgente Papa contractæ.

Sub idem tempus Alexander Papa edito diplomate confirmabat Wladislai Hungariæ Regis divortium, quo is Beatricem de Arragonia conjugem suam, & Prædecessoris sui Matthiæ Hungariæ Regis viduam a se dimisit; igitur Wladislaus obtenta Pontificis concessione uxorem duxit Annam de Fuxo, Gastonis ejusdem nominis ac Candalæ Principis filiam. Præterea Lusitaniæ Rex, defuncta Isabella uxore sua nuptias appetebat Mariæ, quæ natu minima erat Ferdinandi ac Isabellæ filia, eaque unica ex quatuor prolibus, quas susceperant, vita superstes: Cum vero prior Lusitani Regis uxor, Isabella nomine, esset natu major soror Mariæ, hinc nuptiis obstabat primus affinitatis gradus, unde Pontificis indulgentia requirebatur. Hic cetera minime religiosus, hanc tamen *Marian. lib. 27. n. 47. Surita tom. 5. lib. 4. c. 21.*

Sæcul. XV. A.C. 1500.

veniam concedere recusabat, caussatus, Galliarum Regem ejusmodi connubio vehementer obluctari: Unde diu satis protractum est negotium, quod tamen Papa denique in favorem Lusitaniæ Regis decidit. Ergo Mense Augusto Gratiæ sponsalium solemnia celebrantur, atque juvene Regina die vigesima Octobris Lusitaniæ Regnum ingrediente, trigesimo ejusdem Mensis ipsum connubium contrahebatur. Paulo post Margarita Austriæ Archiducissa Joannis Castellæ Principis defuncti olim conjux, secundis nuptiis desponsata est Philiberto Sabaudiæ Duci, quo tamen brevi e vivis erepto, jam secunda vice vidua exstitit.

§. XC.

Nativitas Caroli V.

Marian. lib. 27. n. 35. *Nhucler. chr. general.* 51. p. 515.

Majus adhuc lætitiæ argumentum fuit, quod die vigesima quinta Februarii in festo S. Matthiæ, ex Joanna Philippi Archiducis Austriaci conjuge natus esset Gandavi in Flandria Filius, qui fuit glorioſissimus ille Carolus V. de quo frequens mentio in decursu Historiæ recurret. Octavo nativitatis suæ die Margarita Austriæ Princeps ejusdem amita ex Hispania Gandavum reversa, recens natum de sacro fonte suscepit, jidemque munus obibat Margarita Ducissa

Caroli

Caroli *audacis* Burgundiæ Ducis ſecunda conjux: Huic vero Principi poſt ſuſceptum BaptiſmaLucemburgiciDucis titulus inditus eſt, veteri more mutato, quo olim Ducum Burgundiæ filii natu majores, Caroleſii Comites vocari ſolebant. Tota Hiſpania communi, eoque ingenti gaudio afficiebatur ob Principis hujus Nativitatem, qua comperta exclamabat Iſabella: *Sors cecidit ſuper Matthiam*, alludens ad diem feſtum, quo Princeps iſte primam lucem aſpexit. Sæcul. XV. A.C. 1500.

§. XCI.

Michaelis Principis obitus, & Archidux Caſtellæ Princeps dictus.

Nec vanum erat Iſabellæ augurium; eodem enim anno die vigeſima Julii Michael Regis Catholici filius Granatæ ſupremum vitæ diem clauſit, a cujus obitus die Philippus Archidux, ejusque conjux Joanna Archiduciſſa CaſtellæPrincipes dici cæpere, cum eſſent proximi Caſtellæ, & Arragoniæ regnorum hæredes, omniumque ditionum, quæ ad illa pertinebant, ſucceſſores; hanc vero ampliſſimam hæreditatem poſteriori tempore Carolus V. ſolus poſſidebat.

Sæcul. XV.
A.C. 1500.

§. XCII.

Auxilia a Conſalvo contra Turcas Venetis ſubmiſſa.

Hoc anno Conſalvus celebris ille BelliduX ex Malacenſi Hiſpaniæ portu ſolvit, valida claſſe inſtructus; quippe præter quatuor armatorum millia in terram exponenda, ac trecentos cataphractos ſecum ducebat viginti ſeptem grandiora navigia, viginti quinque longiores lembos, plurimas triremes, ac nonnullas naves ſpeculatorias. Navigatione ſua in longius protracta, non niſi decima ſexta Julii Siciliæ oram attingens, Meſſinæ portum ingreſſus eſt. Adventanti quantocius omnes Hiſpani in Italia diverſi certatim accurrebant: id cum fieret, Turcæ Methonem in Morea undique cingebant, duraque obſidione premebant. Equidem prona erat Conſalvi voluntas, qua Venetis præſto eſſe, atque obſidionem ſolvere feſtinabat; attamen improba tempeſtatis vi detentus, nonniſi vigeſima ſeptima Septembris Meſſina ſolvere poterat, dum Turcæ interea urbem in ſuam poteſtatem redegerunt: unde haud alium expeditionis ſuæ fructum reportabat Conſalvus, quam quod die ſecunda Octobris prope Corcyram appulſus, hanc Inſulam imminenti eriperet periculo; quo-

quocirca Turcæ inde depulsi Nauplias terra marique obsidere tentabant, spe freti, se urbem expugnaturos, priusquam obsessis Hispani suppetias ferre possent. Sæcul. XV. A.C. 1500.

§. XCIII.

Pax Gallos inter & Hispanos firmata.

Hæc dum interea in Morea geruntur, Pax Gallos inter & Hispanos concluditur, iis tamen legibus: I. Fridericus Neapolis regno exuatur; II. Apulia, & Calabria Regi Catholico asserantur; III. Apprutium, & cetera hujus regni loca Gallis cedantur. IV. Vectigalia ac reditus, qui de more ex Apulienſibus armentis proveniunt, utrique Regi æquis partibus communes sint, pari ratione in cunctis Regni proventibus habita: Verum pax adeo perperam concepta haud diu subsistere poterat; nihilominus ad honestandas hasce concordiæ leges obtendebantur æqualia utriusque Regis ad hanc coronam jura, necnon proxima belli Turcici consilia. Vix utrinque pax erat firmata, cum ambo Reges de re gesta summum Pontificem edocent, qui ingentem lætitiam testatus, utrique Regi pro omnibus, quæ in Neapolis Regno possiderent, tanquam fiduciariis sedis Apostolicæ clientibus diploma concessit. Ea indul- *Marian. ib. n. 42.*

Sæcul. XV. A.C. 1500.

gentia Alexander odium, quo in Frideri-cum exardebat, luculentius comprobabat.

§. XCIV.

Turcæ Naupliarum obsidionem solvere compulsi.

Ceterum Hispana classis haud diu in Corcyrensis Insulæ portu hærebat, sed factis inde velis ad Zacynthum Insulam procurrens, ibidem septima Octobris die appulsa est, Venetis quoque classem suam jungentibus, quibus insuper accesserant grandiora duo Franciæ navigia octingentis militibus instructa, quæ Ludovicus XII. Gallis in auxilium submiserat. Veneti his copiis aucti, Turcas Naupliarum obsidionem solvere, atque cis Moream ad Chalcidis Euripum profugere compellunt. Mutata rerum facie Consalvus Methonem expugnandam esse censebat, aliis satius fore judicantibus, si Turcæ a Cephaleniæ Insula, quæ in toto suo circuitu ad centum quinquaginta milliaria protenditur, pellerentur: Horum sententia prævaluit, felixque collusit eventus; repetito enim impetu urbs prædie ad Nativitatis Dominicæ solemnia expugnabatur, centum septuaginta Turcis in hac expeditione trucidatis: Consalvus vero civitate Venetis reddita, cum classe sua in Siciliam cursum relegit, ubi violen-

violentissimas maris tempestates eluctatus, tandem appulsus est. Mox Respublica Oratores decrevit, qui eidem pro praestito auxilio grates rependerent, rogarentque, ut Nobilitatis Venetae albo adscribi pateretur, quod & ipse gloriae, ac laudis fama aliunde clarissimus lubenti animo acceptabat. Sæcul. XV. A.C. 1500.

§. XCV.

Nova Maurorum Granatensium seditio.

Interea Mauri Granatenses, quamvis non ita pridem perfidiae suae veniam obtinuissent, novam tamen seditionem concitabant, quapropter Ferdinandus copias in praesidiis positas, belloque exercitatas raptim contrahere, ac ipsus Granatam contendere compellebatur. Ergo exercitum suum in bina partitur agmina, illisque Alphonsum Aguilariae Comitem praeficit, qui penetratis montibus rebelles immani clade profligavit. Comes victoria clarus, Granatam revertitur, ast occurrente Maurorum agmine praelium restauratur, ubi Alphonsus tentatis omnibus, quae desperationis necessitas invicti animi fortitudine suffulta eidem suggesserat, in terram dejectus, crebrisque vulneribus confossus occubuit. Is erat magni illius Consalvi de Corduba frater; nullus- *Marian. l. 27. n. 31.*

Sæcul. XV. A.C. 1500.

nullusque eorum, quos certaminis socios habebat, Maurorum ferocitatem effugit, trucidatis ad unum omnibus, adeo, ut tantæ cladis fama haud aliter innotuerit, quam ipsa Maurorum jactatione. Equidem insolens hæc Maurorum ostentatio haud diu inulta remanebat, ferme omnibus, qui manus suas Hispanorum sanguine polluebant, sceleris sui pœnas dantibus; verum hac vindicta nullatenus reparabatur jactura Comitis de Aguilaria. Viri animi fortitudine spectatissimi, Ducisque belli scientia longe præstantissimi.

§. XCVI.

Adinventa a Lusitanis Brasilia.

Marian. ibid. n. 36.

In Lusitania post Vasquesii Gamæ reditum Rex novam classem ad Indos transmisit, eique Petrum Alvarum Cabreram, quem Mariana Capralem nominat, præfecit. Hic navigationis suæ cursum promovens, Brasiliam detexit, quam Regis sui nomine possidere cæpit: Inde vero Melindam appulsus, Quiloam pervenit, a Rege perbenigne exceptus, cui etiam Christianæ fidei amplectendæ desiderium inspirare conabatur, eo autem renuente Gama Melindam reversus est, repetito Oceani cursu Calecutum petiturus, ubi Zamorini perfidiam ulturus, omni tor-

tormentorum apparatu urbem quatere juſſit, tum vero factis denuo velis Cochimum pergens jactis anchoris ſubſtitit, ac benevolo Regis aſpectu recreatus, inito pacto impetravit, ut naves ſuas baccis piperum onerare poſſet, ejusdem quoque mercis negotiationem habuit cum Cananorenſi Rege. Hæc prima erant auſpicia illius mercaturæ, quam Luſitani cum vario aromatum genere exercebant. Sæcul. XV. A.C.1500.

§. XCVII.

Officioſa Philippi Archiducis ſalutatio ad Angliæ Regem.

In Anglia ingens peſtilentiæ vis universum regnum depopulabatur, unde Henricus VII. vitæ ſuæ conſulturus, cum tota familia Caletum contendit, ubi Philippi Archiducis Legatos excepit, qui eidem ſignificabant, quod eorum Dux officii gratia Regem adire percupidus ſit, ac impenſe roget, ut quemdam locum, non tamen urbem mæniis cinctam, deſignaret, ad colloquendum magis opportunum. Henricus officioſam hanc ſalutationem lætus acceptabat, ac pro colloquii loco conſtituebat ædes S. Petri extra urbis Caletenſis muros. Poſt hæc viciſſim ad Archiducem ſuos ablegabat Oratores, qui ejusdem præſentiam a

Rege

Sæcul. XV. A.C. 1500.

Rege ardenter exoptari significarent. Paucis post diebus Henricus de proximo Archiducis adventu versus Caletum edoctus, ut illum exciperet, extra urbis mœnia equo vectus eidem obviam processit: Philippus vero conspecto Rege, equo descendit, ac propius ad eum accessit, stratoris munere functurus; id tamen officii genus Henricus recusans, in mutuos amplexus ruebat, demum ambo ad præfatas ædes procedunt, ubi longioris moræ colloquio utebantur: Præcipue autem Archidux, ut siniſtram de se opinionem, ac falsam, qua Perkino subsidium olim præstitisse credebatur, memoriam e Regis animo deleret, se nihil ardentius in votis habere profitebatur, quam arctissima illi amicitia conjungi, eumque dulci Patris, ac Patroni sui nomine honorare.

§. XCVIII.

Mortoni Cardinalis obitus.

Polyd. Virg. hist. Anglic. lib. 26. Godowin. de epis. Angliæ Thomas Morus in vita Richard. III.

Igitur Henricus conciliata sibi omnium Europæ Principum pace, totus in eo erat, ut in cunctos Perkini fautores rursum ac sedulo inquireret: horum autem compluribus delicti veniam, non nisi imposita pecuniarum mulcta, concedebat. Credebatur harum vexationum auctor primo Mortonus Cardinalis, Cantuariæ Archi-

Archiepiſcopus: aſt paulo poſt innotuit, ipſum Regem ad ejusmodi conſilia prolapſum fuiſſe. Obiit altefatus Cardinalis hoc anno menſe Octobri, exiguo Anglorum luctu, eoquod hujus viri integritas illis ſuſpecta videretur. Is natus erat Beeri quodam ignobili Donceſtrienſis Comitatus oppido, & Oxonii exiſtens Doctoratus inſignia ſuſcepit, ac Cauſſidici munere in Curia Londinenſi Eccleſiaſtica tam magna nominis ſui fama perfunctus eſt, ut merito ab ipſo Rege in ſecretius Conſilium cooptaretur, commendante eum Thoma Bourchiero Archiepiſcopo Cantuarienſi. Regnante Richardo III. cum perverſis Tyranni hujus conſiliis diu, conſtanterque obluctaretur, licet jam tum Helienſis Eccleſiæ Epiſcopus eſſet, in vincula tamen conjiciebatur, fido nihilominus quorumdam miniſterio uſus, clam e carcere dilapſus eſt, ac demum potentes adverſarios in Richardum concitabat, donec tandem Rex ille die vigeſima quarta Auguſti anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo octogeſimo quinto devictus prælio occumberet. Henricus vero hujus nominis ſeptimus, conſcenſo ſolio Mortonum e Belgio, quo profugerat, evocavit, & in ſupremum Regni Cancellarium, necnon Archiepiſcopum Cantuarienſem elegit, cui poſtmodum ad inſtantes Regis preces Alexander

Sæcul. XV. A.C. 1500.

Sæcul. XV. A.C.1500. der VI. purpuram adjecit, ei autem defuncto in Cantuariensi Ecclesia Henricus Dean Sarisberiensis Episcopus suffectus est.

§. XCIX.

Aliorum Cardinalium extrema.

Aubery hist. Cardin. Eodem anno alii Cardinales e vivis excedebant, quorum primus erat Bartholomæus Martini, natione Hispanus, Segobiensis Episcopus, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto ab Alexandro VI. Cardinalium Collegio adscriptus. Alter erat Andreas Despineus (Gallis *d' Espinay*) Lugdunensis, & Burdegalensis natione Gallus, ab Innocentio VIII. summo Pontifice anno millesimo quadringentesimo octogesimo nono mense Martio Cardinalibus Presbyteris adjunctus. Hic Carolum VIII. Galliarum Regem ad expugnandum Neapolis Regnum in Italiam euntem individuus comes sequebatur, eo vero in Gallias redeunte, ipse Foronoviensi pugnæ anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto commissæ præsens aderat, demum vero, ut testantur Scriptores, urbis Parisiensis Gubernator existit, ubi etiam decima Novembris die ejusdem anni in Palatio Curiæ Parisinæ ad

(*) ad immortalem vitam abiit, ſepultus Lutetiæ Pariſiorum in Cænobio Cœleſtinorum prope Aurelianenſe Sacellum. Tertius denique erat Joannes Borgia, vulgo junior dictus, Valentiæ Archiepiſcopus, ab Alexandro VI. cujus Nepos erat, anno Incarnationis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto purpura donatus, copiisque præfectus, quas Papa ad compeſcendos Gallos, firmandamque Ferdinandi Hiſpaniæ Regis factionem in Italiam decreverat. Idem anno ſupra milleſimum quadringenteſimo nonageſimo nono apud Venetos legatione fungebatur, atque Urbini, quæ eſt ejusdem nominis Ducatus Metropolis, die decima ſeptima Januarii mortalem vitam exuit. Corpus ejus Romam delatum, in Eccleſia S. Mariæ de populo terræ mandatum fuit. Rumor ferebat, eum veneno fuiſſe extinctum, juſſu Valentini Ducis, qui ſpurius erat Alexandri filius. Saecul. XV. A.C. 1500.

§. C.

(*) Hæc Curia Gallico idiomate *Tournelle* vocatur, eſtque delegatum Pariſienſis Curiæ judicium tam pro cauſſis civilibus, quam criminalibus inſtitutum.

Sæcul. XV. A. C. 1500.

§. C.

Cardinales ab Alexandro Papa electi.

Raynald ad hunc ann. num. 56.

Alexander Papa in locum horum Cardinalium alios Præſules ſubrogaturus ſecretiorem Patrum Senatum die vigeſima octava Septembris convocavit, ac tredecim omnino Cardinales creabat, quorum nomina ſunt. I. Didacus Hurtado de Mendoza Hiſpanus, Hiſpalenſis Archiepiſcopus, tit. S. Sabinæ. II. Amaneus de Albreto natione Gallus, Apamienſis ac Convennenſis Epiſcopus, tit. S. Nicolai *in Carcere*. III. Ludovicus Borgia Hiſpanus, tit. SS. Nerei & Achillei poſtea tit. S. Marcelli, Archi-Presbyter ad S. Mariam majorem, ac Cardinalis Pœnitentiarius. IV. Jacobus Serra Hiſpanus, Arborenſis Archiepiſcopus, Presbyter Cardinalis tit. S. Vitalis, Elnenſis ac Prænestinus Epiſcopus. V. Thomas Bacocius ex oppido Herdovi in Hungaria oriundus, hujus Regni Cancellarius, ac Strigonienſis Archiepiſcopus, Presbyter Cardinalis tit. S. Sylveſtri, & S. Martini in montibus. VI. Petrus Iſvalia Siculus, Archiepiſcopus Reginus tit. S. Cyriaci primo, deinde S. Pudentianæ. VII. Franciſcus Borgia Hiſpanus, Archiepiſcopus Co'entinus, tit. S. Luciæ, & Theanenſis Epiſcopus. VIII.

VIII. Joannes Vera, itidem Hiſpanus, tit. S. Balbinæ, & Salernitanus Archiepiſcopus. IX. Ludovicus Podachatarius natione Græcus, patria Nicoſienſis, Caputaquenſis Epiſcopus, tit. S. Agathæ. X. Antonius Trivultius Mediolanenſis, Comenſis Epiſcopus, tit. S. Anaſtaſiæ, demum S. Stephani in monte Cœlio. XI. Joannes Baptiſta Ferrarius, Mutinenſis, tit. S. Chryſogoni. XII. Marcus Cornelius ſeu Cornarus, Venetus, Veronenſis Epiſcopus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, tit. S. Mariæ, Epiſcopus Albanenſis & Prænestinus. XIII. Joannes Stephanus Ferrerius tit. SS. Sergii & Bacchi, quo relicto titulum S. Veſtinæ obtinuit.

§. CI.

Nauclerus ſuo Chronico finem imponit.

Hoc anno Joannes Nauclerus, ſeu Verge, a Germanis autem Vergenhaus appellatus, qui itidem natione Germanus, Tubingenſis Academiæ Rector extitit, univerſali ſuo Chronico finem impoſuit, quod opus ſumma integritate ab eo conſcriptum, a Surio continuatum eſt.

§. CII.

Sæcul. XV.
A. C. 1501.

§. CII.

Finis Anni sacri Romæ celebrati.

Anno Christi millesimo quingentesimo primo Alexander Papa in festo Epiphaniæ die sexta Januarii Romæ anni sacri solemnitatibus finem fecit, postquam easdem indulgentias jam anno præcedenti per omnes Provincias elargitus esset, missis quaquaversum Cardinalibus, & Prælatis, qui eas promulgarent, ac Principes Christianos simul ad concordiam inter se, atque ad bellum Turcicum adhortarentur, cui ipsemet Pontifex se præsto futurum spopondit.

§. CIII.

Cardinalis Raymundi Perauldi seu Peraudi Legatio in Germania.

S. Mart. Gall. Christ. Krantz. 14. Vandal. 30. 8. Dann. 14. 12. Metropol. 30.

Hos inter Legatos longe celeberrimus erat Raymundus, cognomine Perauldus Cardinalis, obscuro genere in pago Surgerio apud Santones in Galliis natus. Is Parisiis in Collegio Navarrico Doctoratus laurea insignitus, Romam contendit, ubi sub Innocentio VIII. Papa functus est legatione in Germania ad colligendas pro bello Turcico eleemosynas, quo munere licet sibi non adeo celebrem nominis famam conciliasset, eo quod

quod Germani ejusmodi subsidia, atque exactiones, utpote frequentius a Romana sede indictas pertæsi essent, ac desuper gravius quererentur; nihilominus Gurcensi Ecclesiæ, ac paulo post Sanctonensi præfectus est. Idem ab Alexandro VI. Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio purpura decoratus, secundo in Germaniam legatur, inde vero in Sueciam, Danniam, & Prussiam profectus, Diæceses lustrabat, Clericos concubinarios a suis beneficiis amovebat, atque Religiosos ad pristina legum instituta revocabat, Principes quoque ad mutuam, eamque solidam pacem strenue adhortatus est: Cum vero nonnisi quinto ab hac legatione anno e vita migraret, ubi obitum ejus recensebimus, ibi uberior de illo sermo redibit. Secul. XV. A.C. 1501.

§. CIV.

Faventia a Valentinensi Duce obsessa, captaque.

Ingens illud Christianos Principes contra fidei hostes concitandi studium, quod summus Pontifex præseferebat, nullatenus sollicitudinem ipsius adeo absorbebat, quin Valentinensem Ducem filium suum nothum extollere satageret. Hic anno priori Faventiam expugnandi spe ac conatu frustratus, primo præsentis *Leand. Alberti descript. Ital. Marian. hist. Hisp. lib. 27. n. 44.*

Sæcul. XV. A. C. 1501. anni Vere urbis hujus obsidionem redintegrare decrevit, Gallorum auxilio sufultus, & quamvis Manfredienses, qui ab anno supra millesimum ducentesimo octogesimo sexto hanc urbem stabili possessione tenebant, incredibili fortitudine hostium impetus retunderent, ac se, suaque invicte tuerentur, nihilominus obsessi comperta in eos conjuratione de conditionibus dedendæ urbis agere compellebantur. Ergo cum Duce Valentino pacta firmantur, qui data chirographi fide pollicetur, quod Princeps Manfredus, quem Astorgium appellabant, Faventinæ ditionis reditus salvos integrosque percipere permitteretur. Tam integra fide Valentinus Dux, licet præter morem suum, his promissis stetit, ut cives mutati imperii vestigium vix deprehendisse viderentur: verum insolita hæc malacia eo vehementiorem portendebat tempestatem, qua eorum Princeps primo libertatem, ac demum vitam quoque amisit, Pontificis jussu crudelem in modum jugulatus, ac in Tyberis flumen projectus. Is ultimus erat familiæ suæ surculus, Juvenis morum suavitate, mentis acumine, ac formæ elegantia inter ceteros ævi sui facile princeps. Post hæc ceteræ quoque urbes comperta, qua Faventini habebantur, lenitate pariter deditionem fecerunt, spe freti, non mino-

ri

ri indulgentia se quoque fruituros, unde necdum evoluto quindecim dierum spatio Dux Valentinensis, accepta a Pontifice hujus ditionis inauguratione universam Romandiolam in suam potestatem redegit. Sæcul. XV. A.C. 1501.

§. CV.

Bononia incassum expugnata.

Dux tam prospero successu animatus, Bononiam occupare constituit, quam Rempublicam Joannes Bentivolius summa pace tenebat; cum vero urbs omni pœne armatorum præsidio destituta esset, eoquod selectiores copiæ Gallorum stipendia mererentur, Bentivolius nil reliquum habebat, quam ab alienis castris milites suos revocare, ut propria tueretur; id ergo executurus quemdam probatissimæ fidei famulum ad Cardinalem de Ambasia tum Mediolani agentem ablegat, qui eundem de Ducis Valentini consiliis, ac de certa Bononiensis status, ni protinus succurreret, ruina edoceret. Cardinalis pensata summi discriminis ratione, fecialem sollicite ad Ducem decernit, qui eidem significaret, Bononia recederet, si vero parere recusaret, ipsum omnem Gallici exercitus indignationem in se provocaturum; ex eo enim temporis articulo Gallos illi palam adversaturos. *Joan. Garz. & Aleman. hist. Bonon. Barthol. Dulcimi de vario statu Bonon.*

Sæcul. XV. A.C. 1501.

ros. Neutra harum conditionum Valentino Duci placebat, hinc enim sua in Bononiam jura tueri exoptabat, illinc vero a Gallorum fœdere excludi verebatur: Ergo priusquam Bononia recederet, in astu consilium quærit, ac Bentivolio illusurus, eidem proponit, Bononiensis castelli arcem cederet, eique tanquam Romandiolæ Duci novem millium aureorum tributum penderet, pactis hisce conditionibus, obsidionem se solutorum: Bentivolius quid Galli animo volutarent, omnino ignarus, eorum auxilio destitutum se arbitratur, unde Ducis conditiones acceptat, atque integra fide exsolvit. Tunc primum Valentinus Dux Bentivolio persuadere conabatur, quod nunquam Bononiam obsidere somniasset, nisi a Marescottis accitus fuisset, cum eorum ministerio secreta cum civibus consilia habuisset. His dictis Bentivolius suam fidem addixit, quamvis Valentini Ducis perfidiam luculentis comprobatam haberet argumentis, unde tam impotenti in Marescottos iracundia exarsit, ut eodem temporis momento illorum necem decernens, paucis post diebus omnes trucidari juberet, hac tamen immanitate Bononiensium invidiam in se concitabat, Valentino Duce id unice exoptante.

§. CVI.

§. CVI.

Sæcul. XV. A.C. 1501.

Pax inter Ludovicum XII. & Neapolis Regem Venetorum opera conciliata.

Interea Neapolitani Regni expugnatio distentos tenebat Gallorum animos, major tamen, ac inchoato Ludovici XII. regimine rei exequendæ difficultas obstabat; Venetos enim Fridericus ad suas partes pertrahebat, atque illi eo rem adducebant, ut utrique litigantium parti concordiæ pacta præscriberent. Ergo hunc in modum fœdera fuere sancita I. Fridericus Galliarum Regis tributarius sit. II. Quinque aureorum millia quotannis pendat. III. Tarentinum cedat Principatum, nec non tres quatuorve portus ad instruendam contra Turcas classem idoneos tradat, ut ad eos instante necessitate navigiis securus pateret aditus. Annuit Fridericus Veneti Senatus consiliis, non tamen eadem facilitate Galli acquievere; sanior enim Regii Senatus pars ejusmodi concordiæ vehementer obluctabatur, prævalebatque illius sententia; unde soluto pacis negotio, Fridericus cum Imperatore fœdus paciscigebat.

Sæcul. XV. A. C. 1501.

§. CVII.

Fœdus Cæsarem inter, & Ludovicum XII.

D' Auton hist. Lud. XII.

Verum Cardinalis de Ambasia dextre Friderici consilia evertit, proposita Maximiliano nuptiarum spe, quas Claudia regia Ludovici XII. Filia anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo nono die decima quarta Septembris nata contractura esset cum Philippi Archiducis Filio, qui ante quinque primum menses in lucem edebatur. Hæc demum connubii erant pacta: I. Mediolanensis Ducatus Regiæ huic Filiæ dotis nomine cederetur. II. matrimonium iniretur, quamprimum ab utroque sponso ætatis vitium sublatum esset. III. Tunc Archiducis Filius, qui Lucemburgici Ducis nomine gauderet, mox hujus Ducatus possessionem adiret. Acceptantur conditiones, fœdusque utrinque firmatur eo ipso anno mense Majo ad finem vergente, addito tamen quodam articulo secreto, vi cujus Ludovicus Galliarum Rex Cæsari quinquaginta aureorum millia se numeraturum pollicebatur, quod & integra fide adimpletum est.

§. CVIII.

§. CVIII.

Sæcul. XV. A.C. 1501.

Fœdus in favorem Regis Neapolitani initum.

Fridericus cum ſpe ſua ſe deluſum cerneret, ſummo afficiebatur dolore; unicum tamen res ſuas reſtaurandi medium erat, ut Papam, Venetos, atque Italiæ Principes ad ſua ſtudia pertraheret; nec enim abſimili armorum ſocietate Prædeceſſor ejus amiſſum regni faſtigium denuo conſcendit. Ergo nullum non movet lapidem, ut ejusmodi fœdus feliciter perficeret. Haud cunctanter aquievit Pontifex, Gallis indignatus, eo quod Valentino Duci non modo ad ſubjugandam Bononiam, ſed ad ipſam etiam Florentiam recuperandam, quam Medicæis denuo aſſerere tentabat, viam præcluſiſſent. Papæ conſiliis ipſi quoque Veneti acceſſerunt, Ferrarienſis etiam, & Urbinatis Duces, necnon Mantuanus, ac Montferratenſis Marchiones, ſicut & Mirandulæ, Corregii, & Carpii Comites data fide ſeſe fœderatis jungebant. Verum rei neceſſitas ſuadebat, ut pariter Rex Catholicus fœderi nomen daret; quapropter Cuperſani Comitem ad illum ablegant, cujus dexteritate factum, ut Ferdinandus Rex non ſine animi lætitia polliceretur, ſe cuicunque acceſſurum ſocie-

Marian. hiſt. Hiſp. l. 27. n. 49.

Sæcul. XV. A. C. 1501. societati, dummodo ad Neapolitani Regni conservationem tenderet, missurum se decem millia armatorum, ductore Consalvo de Corduba, eidemque in mandatis daturum, ut simul ac Gallos Neapolim invasuros comperiret, ipsus eo contenderet. Fridericus huic promissorum amplitudini confisus, contraxit exercitum, qui facile septingentis constabat lanceariis, bis mille levis armaturæ equitibus, peditumque decem millibus, quas copias ipsemet ad Regni sui fines duxit, ingenti tormentorum, ac annonæ, reique militaris apparatu instructus.

§. CIX.

Rex Catholicus ab hoc fœdere a Galliarum Rege absterritus.

Marian. l. c. Guicc. lib. 4 Surius app. ad Naucl. p. 537.

Hujus belli successus totius Europæ exspectationem mire suspensam tenebat; ast priusquam armis res decerni cæpisset, Galli denuo Hispaniarum Regi de dividendo Neapolis Regno conditiones proponunt, easque longe ampliores, ac primæ fuerant, ut hac via illum a fœdere nuper inito abstraherent. Id condere nuper inito abstraherent. Id condere nuper inito abstraherent. Id cond

vinciæ huic Insulæ confines adjicerentur, haud cunctanter fœderi renunciaturum. Hunc in finem Albiensis Episcopus Cardinalis frater in Hispaniam ablegatur, ejusque ministerio Ferdinandus ad acceptandum fœdus cum Ludovico XII. inducitur. Vix tertia habebatur consultatio, & jamjam de concordiæ pactis agi cæptum est, quæ etiam in sexto colloquio absoluta fuerunt. Ergo utrinque conventum, Terralaboris, & Aprutii Provinciæ adjecto Ducatus nomine Regi Catholico traderentur. Firmato fœdere quantocius ingens armorum apparatus tam in Galliis, quam in Hispania instruitur, ac re divulgata stupebant nonnulli, quod ambo hi Reges sua arma sociarent, atque amicitiam inirent, ut junctis viribus Fridericum regno exuerent, in quo tamen is nonnisi Hispanorum auxilio adversus Gallos firmabatur; alii quoque in animum inducere haud poterant, Regem Catholicum eo prolapsum fuisse, ut Regi sceptrum e manibus extorqueret, ad cujus tamen conservationem paulo ante omnes suas vires dicasset. Nihilominus haud deerant sua utrique Regi rationum momenta, unde divulgatis edictis, quæ Guicciardinus integra recenset, mutati consilii æquitatem cunctis demonstrare conabantur.

Sæcul. XV. A. C. 1501.

Surita tom. 5. l. 4. c. 43.

§. CX.

Sæcul. XV. A.C. 1501.

§. CX.

Consalvus de Corduba supremus exercitus Dux.

Marian. lib. 27.

Ergo ambo Reges, quæ animo decreverant, opere exequi satagunt, ac Ferdinandus quidem, cum adhucdum Granatæ ageret, die prima Martii nuncium ad Consalvum ablegat, dato negotio, ut rupta omni mora cum classe sua Messinæ portum intraret, ibidem nova Regis jussa præstolaturus: cum etiam apud suos Consalvus potentia, atque auctoritate emineret, Rex illum suprema, quam primum vacabat, Apuliæ, & Calabriæ Ducatuum Præfectura donabat, quamvis hæ Provinciæ necdum Hispanorum armis expugnatæ essent. Eodem tempore Rex Catholicus Franciæ, ac Lusitaniæ Reges vehementer stimulabat, ut pro viribus Turcarum conatibus obsisterent, suisque classibus in Orientis maria excurrerent, Venetis opem laturi, ac infidelium progressibus restituri; equidem Lusitaniæ Rex instructissimam suppeditabat classem, cui præerat Joannes de Menesez Tarrocæ Comes; illa tamen nulla adversus hostem victoria insignis reversa est. Ludovicus quoque quasdam naves in Orientem mittebat, quæ sese Venetis jungerent; verum id consilii admodum

modum oſcitanter, remiſſoque ſtudio effectui datum eſt: prævalebat enim in Galliis occupandi Neapolis Regni ſollicitudo, Regis cupiditatem acriter ſtimulantibus nonnullis Proceribus Neapolitanis, qui vel patria exules, vel aliunde Arragonum familiæ infenſi erant. Saecul. XV. A.C. 1501.

§. CXI.

Nemoſii Dux ſupremus Gallici exercitus Præfectus in Italia.

Ceterum Galliarum Rex Ludovicum Armeniacum Nemoſii Ducem Gallici exercitus in Italia ſupremum nominabat Præfectum, eluſis Ligniacenſis Comitis artibus, qui copiarum imperium aucupari ſtudebat, quod quidem Nemoſius Dux acceptare haud cunctabatur, eo tamen diſceſſum ſuum longius protrahente, Albinus illum prævenit, ac cum copiis, quas in Longobardia tenebat, procedens, Neapolin verſus contendit comitante eum Cajatſio Comite, cum ipſe inter eos, qui a Neapolis Regno proſcripti erant, nobilitate generis haud infimus eſſet. Interea Fridericus accepto nuncio, quod Florentini urbis ſuæ deprædationem declinaturi, Gallis per ſuas ditiones liberam tranſeundi copiam conceſſiſſent, ad tuendos Regni ſui fines exercitum eo conduxit; ibidem *Marian. ut ſupra.*

vero

Sæcul XV. A.C.1501. vero legatum excepit, quem Consalvus Friderico supplicatum submisit, ne Hispani exercitus imperium a se susceptum fuisse, moleste ferat, cum suarum partium esset, Regis Catholici Domini sui jussis parere; his dictis legatus Montis Gargani Ducatum in Apulia Friderico, a quo eum Consalvus dono acceperat, reddidit, seque a clientelaris Sacramenti ob hunc Ducatum præstiti religione absolvi postulavit. Fridericus relaxato quidem jurejurando, ipsius tamen Ducatus restitutionem acceptare omnino recusabat, Legato significans, se potius factæ donationis diploma denuo ratum habiturum, id unice tamen precari, ne præfati Montis præsidiarii in agros populabundi excurrerent.

§. CXII.

Bellicus Friderici apparatus.

Marian. lib. 27. n. 51. Nihilominus hæc Consalvi legatio, ut ut officiosa, non parum tamen Friderici animum turbabat, auxitque timorem proxime adventantis Nemosii Ducis fama, ac fœderis ab utroque Rege in Regni sui perniciem initi nuntius. Fridericus inter tot arcta prehensus filium suum, qui in ultimis Apuliæ, atque Italiæ finibus agebat, Tarentum ablegat, testaturque Mariana, illum non sine gravi gloriæ, suique honoris labe clam Orato-

res

res ad Turcarum Imperatorem decreviſſe, qui ejusdem auxilia implorarent. Utut res ſe habuerit, Fridericus ſine moræ diſpendio omnes, quotquot poterat, copias contraxit, circiter octingentos Cataphractos, ac quatuor peditum millia, qui ſane exercitus repellendis Franciæ, ac Hiſpaniæ armis impar erat. Nihilominus Rex munimentis, vallisque Capuam firmavit; hanc enim urbem velut Martium campum recenſendis ſuis copiis reſervabat, illamque tuendam fidei Fabritii Columnæ, ac Hugonis de Cordonna committebat, qui unacum ducentis gravioris armaturæ Equitibus, & mille ſexcentis peditibus ſeſe intra mœnia receperunt. Sæcul. XVI. A.C. 1501.

§. CXIII.

Neapolis inauguratio a Pontifice utrique Regi conceſſa.

Interea Franciæ, ac Hiſpaniæ Legati tum Romæ agentes, junctim Pontificis Palatium adibant, ut eidem, quæ inter utrumque Regem conventa eſſent, exponerent, ſimulque rogarent, ut cunctos fœderis articulos, nullo etiam immutato, ratos haberet, ac cuilibet Regi petitam Neapolitani Regni inaugurationem concederet, adjectis quoque minis, Gallos æque ac Hiſpanos, ſi Papa diploma concedere renueret, contra Ec-

Sæcul. XVI A.C. 1501.

clesiæ ditiones arma, quæ ad Friderí-
cum Regno deturbandum parata habe-
rent, converſuros. Horum commina-
tio ſummo Pontifici haud minorem pro-
pemodum terrorem incuſſit, perinde ac
ſi rebus ſuis extremum immineret peri-
culum, ſi Neapolis Regem beneficiarium
clientem ſuum amitteret, unde ſaltem
tridui ſpatium ad deliberandum poſtulat,
ſed nequidem indultis trium horarum in-
duciis, e veſtigio poſtulatis annuere com-
pellitur; itaque inveſtituræ diploma quan-
tocius expediri juſſit iisdem conceptum
verbis, quibus illud dictare, ac forma-
re Legatis placebat.

§. CXIV.

Tota ferme Calabria a Conſalvo occupata.

Verum Conſalvus eximia, qua polle-
bat, prudentia facile proſpiciebat,
amicitiam inter utrumque Regem haud
diu ſtabilem fore, ac litigioſam Regni di-
viſionem parum ab animorum diſſenſio-
ne abfuturam. Hac ratione permotus,
maximi momenti ac ponderis eſſe exiſti-
mabat, ſi victoriæ celeritate Gallos præ-
verteret, ne illi clam victricibus ejus co-
natibus impedimento eſſent: quocirca
potiſſimam claſſis ſuæ partem ad Apuliæ
oram, ductore Didaco de Mendoza, pro-
cur-

Marian. lib. 27. n. 52.

Guicc. lib. 5.

currere jussit, eo consilio, ut is, si forte Turcarum exercitus appropinquare, ac copias in Italiam transmittere tentaret, eorum insultibus opportune obsisteret: eodem tempore Inico seu Ignatio Lopezio de Ayala negotium dedit, ut cum reliqua navigiorum parte Neapolin contenderet: post hæc armigerum suum ad Fridericum ablegabat, qui ambas Neapolis Reginas jamjam viduas, quarum una Regis Hispani soror, altera Neptis erat, sibi tradi postularet, in Siciliam protinus devehendas, idque illius petito datum est. Rebus ita dispositis Consalvus ad Messinæ portum contendit, ac Neapolis Regnum ingressus est, totamque Calabriam, exceptis Hieracii & S. Agathæ urbibus, suis armis subjecit. Fridericus tantæ hostium potentiæ resistendo impar, suisque viribus diffisus, nonnisi tres urbes, nimirum Neapolim, Aversam, & Capuam tueri animo constituit, atque exercitu suo in tria agmina diviso, primæ aciei Imperium Fabritio Columnæ detulit, qui sese Capuæ inclusit, imminente obsidione urbem strenue defensurus: Prosper vero Columna ejusdem frater eodem consilio animatus, cum secundo agmine Neapolin ingressus est, ipse vero Fridericus tertiam exercitus sui partem Aversam duxit, ut inter utramque urbem medius ad subitos belli casus

Sæcul. XVI. A.C. 1501.

Sæcul. XVI. A.C.1501. magis laborantibus opportuno auxilio adesse posset.

§. CXV.

Capua, ceteræque urbes a Gallis occupatæ.

Marian. lib. 27. n. 53.

Interea Gallorum exercitus iter Romam versus aggrediebatur, ac die octava Julii in Neapolis Regnum penetrabat, quibus adventantibus cuncti vasa colligebant, nequidem hostibus resistere solliciti, quinimo illi, qui oppidum S. Germani incolebant, Gallorum vexilla in turribus erigebant, certatimque omnes Franciæ Imperio sese subjiciebant. Ex altera vero parte Albinus Marescallus copias suas ad Montfortinum promovit, cui urbi valido præsidio munitæ Julius Columna præerat; verum adeo non hostium impetus sustinebat, ut primus suga sibi consuleret; unde præsidiarii milites pactis conditionibus deditionem secerunt, ac concessa vitæ, libertatisque gratia discesserunt. Parta hac urbe expeditior erat ceterarum expugnatio, obstabat tamen Capua, sed infami perfidia Comitis de Palena patriæ suæ proditoris factum, ut Galli nullo ferme negotio hanc quoque civitatem ingrederentur ubi igne, ac cædibus omnia miscentes, quidquid truculentum effrænis furentium licen-

licentia suggesserat, impune patrabant, Sæcul. XVI. A. C. 1501. postea Fabricius Columna urbis Præfectus cum Hugone de Cordona, aliisque quam plurimis belli Ducibus misere capti abstrahuntur, urbs undique latrociniis, ac cædibus funestatur, cunctaque fora, aut mortuorum, aut morientium cadaveribus sternuntur, demum Galli ad intimas civium ædes prædabundi involant, aurum, argentum, & quæcunque pretiosiora crudeli avaritia diripiunt. Capta est hæc urbs mense Julio ad finem vergente, quam paulopost Cajetæ expugnatio sequebatur.

§. CXVI.

Fridericus Neapolim fugit, ac de pace cum Gallis agit.

Fridericus accepto Gallicæ felicitatis nuncio animum penitus desponebat, ac Aversæ capi veritus, inde Neapolim auffugit; ubi tamen cives nec Regis sui reverentia absterriti, ad Nemosii Ducem suos ablegant, eique urbis portas ultro aperiunt, ea tamen lege, ut eorum bona, proles, uxores, vitæque incolumitatem tutaretur. Ergo Gallis Neapolim intrantibus, Fridericus ad Castrum novum sese recipere compellitur, unice de pace ineunda sollicitus, Albinus etiam Regi, quem in castro no-

Guicc. lib. 5. Card. Bemb. hist. Venet. l. 6. Sabellic. Enn. 11. lib. 1. San. Gelas. hist. Ludov. XII. p. 136.

Sæcul. XVI. A C. 1501. vo quondam inviſerat, exponit, de ejus ſalute penitus conclamatum, nilque ei reliquum eſſe, quam ut clementiæ ac Ludovici Regis magnanimitati ſeſe committeret, eoquod ei Rex præter Andegavenſem Provinciam triginta aureorum millium penſionem offerret. Hæc Sanmillium penſionem offerret. Hæc Sanmillium penſionem offerret. Hæc Sanmill

§. CXVII.

Sæcul. XVI. A.C. 1501.

Fridericus in Franciam profugus.

His articulis utrinque integra fide executioni datis, infaustus ille Rex primo ad Ænariam Insulam secedit, secum abductis Regina conjuge, necnon famulis suis, quorum fides sibi magis probata erat. Præter hos etiam secum abstraxit Beatricem, atque Isabellam, quarum prima a Wladislao Bohemiæ, ac Hungariæ Rege repudiata, altera vero olim Mediolanensis Duciſſa erat: Columnenses quoque Fridericum, in cujus fide constanter perstiterunt, sequebantur. Paucis post diebus Fridericus a Gallia- *Hist. du Chevalier Bayard. c. 8.* rum Rege publicas securitatis literas petebat, quibus haud ægre impetratis, cum quinque triremibus abscessit, Ludovicum Regem aditurus, a quo perbenigne exceptus, Andegavensi Ducatu unacum triginta millium nummum aureorum pensione donatus est, quæ pecuniarum summa eidem semper integra fide numerabatur, etiam postquam Galli ex Neapolitano Regno iterum depulsi fuerant.

Interea vero Consalvus in interiora Regni victricibus armis penetrabat, acceptoque nuncio, Capuam a Gallis fuisse captam, ipse die vigesima nona Julii

Sæcul. XVI. A.C 1501

Neocastro, ubi tum hærebat, profectus, Cosentiam processit, urbis hujus arcem expugnaturus, qua occupata postmodum ad primos adventus sui rumores, omnes Apuliæ urbes sese illius Imperio subjicere certabant, solis Tarentinis Consalvo obsistere ausis: Alphonsus enim Frederici Filius, qui unacum Potentianno Comite, ac Leonardo Rhodiorum Episcopo urbem tuebatur, deditionem facere constanter recusabat; unde Consalvus copias suas admovit, ac civitatem toto armorum apparatu, tamque dura obsidione pressit, ut Alphonsus urbem dedere compelleretur, pacta conditione, vi cujus quarto primum mense urbem traderet, eoque termino evoluto confestim eam Consalvo cederet, sicque præclarus ille Bellidux universum Regnum suis armis subjecit; Alphonso autem præstita ad ipsum sacratissimum Christi corpus juramenti fide promisit, se illi, quocunque vellet, abeundi libertatem concessurum, nihilominus captum detinuit, ac valido stipatum præsidio in Hispaniam deduxit ad Ferdinandum Regem, a quo tamen haud vulgari benignitate ac clementia habitus est.

§. CXVIII.

§. CXVIII.

Sæcul. XVI. A.C. 1501.

Plumbinum a Pontifice captum.

Interea ſummus Pontifex intentum promovendis rebus ſuis animum gerebat; poſtquam enim Columnenſium, ac Sabelliorum ditiones Urſinis, atque Cæſarinis donaſſet, hacque liberalitate eos ſibi devinxiſſet, veritus, ne Valentini Ducis copiæ otii tædio affectæ dilaberentur, illas emiſit, ut Plumbinum terreſtri obſidione cingerent, cum Pontificiæ triremes interim portum illius occluderent. Urbs hæc Italici cujusdam Principatus prærogativa nobilitatur, ac in Senenſi ſtatu ad Etruriæ oram ſita eſt, Orbitello & Liburnio interiacens, ac ruderibus veteris Populaniæ tertio abhinc lapide impoſita. Hujus civitatis Princeps, Appianus nomine, ſeſe Gallorum fidei committens pollicitus eſt, ſe illis quindecim aureorum millia quotannis numeraturum, ſuosque ad Calvimontem Mediolani Gubernatorem, & Cardinalis de Ambaſia Nepotes ablegavit, ut copiarum ſuppetias implorarent, ipſus quoque eo ex fine in Gallias contendit, ac Marſiliam pervenit; verum Ludovicus Rex Pontificis amicitiam violare veritus, Appianum tueri recuſabat, unde eo abſente præſidiariis animum deſpon-

Guicciardin. lib. 5.

Sæcul. XVI. A.C.1501. dentibus, interea Plumbinum Urſinis reddebatur, vitæ ac bonorum incolumitate incolis conceſſa.

§. CXIX.

Principum Italiæ invidia in Alexandrum, ejusque Filium.

Guicc. ib. Cum Pontificis, ac Valentini Ducis ejusdem filii potentia, atque auctoritas partis hisce urbibus plurimum firmaretur, Italiæ Princeps ſuam illis felicitatem haud parum invidere cæperunt; hanc tamen Galliarum Rex præ ceteris moderatiori animo ferebat, ſive quod res ſuas in Italia tam firmo pede inſiſtere arbitraretur, ut ſibi a Papa nil timendum eſſet, ſive quod Valentini Ducis ferociam, atque enormem vitæ ſuæ licentiam tandem degeneraturam crederet in tragicum finem, extremumque exitium, in quod poſt Pontificis obitum prolapſurus eſſet. Præterea omnes Italiæ Principes certatim Ludovici amicitiam exoptabant, totaque Piſanorum, Florentinorum, Luccenſium, ac Senenſium ſalus a Regis tutella omnino pendebat, illius tamen intererat, ne Valentinenſem Ducem offenderet; Mediolanenſium enim Ducatui non ſolum, quid quid Veneti in eo poſſiderent, ſed etiam Cremo-

Cremonam, Bresciam, & Bergomum adjungere, animo constituit. Sæcul. XVI. A. C. 1501.

§. CXX.

Ludovicus XII. ad sua studia Cæsarem pertrahere molitus.

Verum ad exequenda hæc consilia, fœdus cum Maximiliano Imperatore paciſci, omnino necessitas suadebat; ab eo enim Mediolanensis Ducatus inaugurationem obtinere debebat, quam tamen Cæsar vario obtentu denegare conabatur: Ludovicus igitur Maximilianum sibi conciliare, omni ope & opera adlaborat; verum haud exigua obstabant impedimenta, quæ haud felicius superari posse arbitrabatur Cardinalis de Ambasia, quam si ipsus rei gerendæ negotium in se susciperet, spe tumidus, se obeunte Alexandro VI. Papatus dignitatem aucupaturum. Ergo Archiducem supplex accedit, ut sibi in Tridentina urbe cum Maximiliano Patre ejus colloquendi copiam impetraret; hæc enim civitas Mediolanensem Ducatum, ac hæreditarias Austriacæ Domus Provincias intersecat.

§. CXXI.

Secul XVI. A.C. 1501.

§. CXXI.

Colloquium Cardinalis cum Cæsare Tridenti habitum.

Guicc. loc. cit. Annuit Imperator petito colloquio; sperabat enim Galliarum Regem ejusmodi conditiones propositurum, quæ ærario suo proficuæ essent, simulque suum satiarent amorem, quo Archiducem filium suum, ac Carolum Lucemburgicum Nepotem prosequebatur. Ergo Cardinalis nulla mora ad Cæsarem proficiscitur, quæsito tamen obtentu, ac si Mediolani Ducem inviseret. Verum Cæsar, plusquam tribus mensibus alloquium differebat, ac nonnisi mense Novembri Tridentum ingrediebatur: Cum autem eidem colloqueretur Cardinalis, Mediolanensem Ducatum ad masculinas proles devolvi petiit, si forte quasdam Ludovicus gigneret, & Carolus Lucemburgicus ex connubio cum Claudia Regia Franciæ Filia nullas proles susceperturus esset. Aſt Imperator hunc articulum omnino respuens, pro parte sua postulabat, ut Sfortiæ familia, ac prima Gibellinorum capita absque lytro libertati restituerentur, atque in natali eorum solo secure commorari permitterentur. Ad hoc Cæsaris petitum Ambasiensis libertatem Sfortiæ ac Car-

Cardinalis fratris ſui ſpopondit, ea tamen lege, ut hic e Galliis non exiret, ille vero ſe quantocius Romam petiturum, ac nunquam inde exceſſurum polliceretur, hanc quoque conditionem acceptare recuſabat Imperator, poſtulata ſua circumſcribi minime paſſus. Sæcul. XVI. A C. 1501.

§. CXXII.

Nuptiæ cum Claudia atque Archiducis filio ſancitæ.

Nihilominus dubiis ultro citroque motis, tandem utrinque conventum eſt, ut Carolo Lucemburgico in matrimonium detur Claudia Regis filia, Mediolanenſi Ducatu in dotem promiſſo. His præmiſſis, ceteri articuli hunc in modum præſcribebantur. I. Si Ludovico XII. Delphinus naſceretur, ille cuidam ex Archiducis filiabus deſponſetur. II. Maximilianus in proximis Francofordienſibus comitiis Galliarum Regi absque ullo onere aut conditione Mediolanenſis Ducatus inveſtituram concedat. III. Ludovico Sfortiæ amplior indulgeatur libertas, adeo, ut a loco domicilii ſui quintam etiam leucam diſcedere valeat, vel venatum, vel ambulatum iturus. IV. Ludovicus Imperatori auxilium ferat adverſus Turcas, ac defuncto Wladislao ejus jura in Hungariæ, & Bohe-

Sæcul. XVI. A.C. 1501. Bohemiæ regna tueatur. Verum potiſſimum hujus fœderis caput pecuniarum ſummam reſpiciebat, quam Maximilianus ſperabat, eam autem Cardinalis primo polliceri renuebat, demum vero Cæſari literas argentarias quadraginta aureorum millium dabat, eo pacto, ut Germani neutrius partis ſtudia ſequerentur, & Hiſpanis in Neapolis regno via nec directa, nec indirecta faverent, ſi forte quædam contentio Gallos inter, & Hiſpanos ſuboriretur, prout paulopoſt evenerat. Denique Cardinalis de Ambaſia prolixum cum Cæſare ſermonem habuit de juribus, quæ ſibi in Papatum Sede vacante competerent, eique Maximilianus ſuum patrocinium pollicebatur: cum autem Alexander Papa in Tridentino colloquio ejusmodi conſilia agitata fuiſſe, quæ Valentini Ducis progreſſibus adverſarentur, haud temere ſuſpicatus eſſet, hinc ultionem in Gallos meditabatur; interea vero Viteloſſus, qui Urſinorum copiis imperabat, Aretinam urbem occupavit; unde Florentini in duas, easque potentiſſimas factiones ſciſſi ſunt.

§. CXXIII.

Philippi Archiducis iter in Hiſpaniam.

Marian. lib. 27. n. 73. Sub idem tempus Philippus Archidux Gallias pertranſibat, in Hiſpaniam pro-

profecturus. Ludovicus Galliarum Rex ea occaſione uſus, cum Archiduce conferebat de Tridentino congreſſu, unde nonnulli pacti fœderis articuli, priusquam a Rege firmarentur, immutati fuere. Jam ſupra memoravimus, quod Philippus cum Joanna Ferdinandi & Iſabellæ filia nuptias inierit, quibus ambo aquiſierunt jus, ut proximi Caſtellæ, ac Arragoniæ hæredes ſcriberentur, cum Michael Emanuelis Luſitaniæ Regis filius ei ex Iſabella conjuge ſua natus mortalitatem exuiſſet. Præterea ad felicitatis cumulum acceſſit favor cujusdam legis in Hiſpanica Monarchia ſtabilitæ, vi cujus Regni hæredes etiam Aſturiæ principes ſalutarentur. Suſceptum Archiducis iter ſoli Regi Catholico minus probabatur; cum enim ſexdecim annorum ætate minor eſſet, quam Iſabella ejus conjux, ea autem e vivis excedente, ipſus facile ex ſecundis nuptiis prolem ſuſcipere poſſet, hunc recens natum filium ſine ulla juris contentione in Arragoniæ regno ſucceſſurum ſperabat. Nihilominus cum probe intelligeret, Reginæ nihil optatius eſſe, quam Archiducem cum Archiduciſſa in Hiſpaniam evocari, ipſe quoque conjugis ſuæ deſiderio ceſſit, ſimulque cum illa ad Philippum literas dedit, eidem ſignificans, quatenus iter aggrederetur, ut

Sæcul. XVI. A. C. 1501.

L. CXVIII. §. 103.

San-Gelaſ. hiſt. Ludov. XII.

Sæcul. XVI. A.C. 1501. ut cum Sponſa ſua clientelaris fidei Sacramenta, atque obſequia a cunctis, quibus quondam dominaretur, Hiſpaniæ ſubditis accipere poſſet.

Spond. ad ann. 1501. n. 6.

Daniel. hiſt. Franc. tom. 5. p. 199.

Ergo Archidux ejusque Conjux itineri ſeſe accingunt, atque ambo Belgii Ordines eo fine convocant, ut eos valere juberent, ac ſignificarent, ſe brevi redituros, proin decreviſſe, ut in eorum abſentia nulli regiminis cura deferretur. His peractis primo mare trajicere conſtituunt; cum autem Archiduciſſa partui vicina eſſet, mutato conſilio per Gallias iter facere decernunt, quos Ludovicus, tranſitum lubenti animo concedens, ingenti pompa Pariſiis excepit. Archidux, cum inter Franciæ Primores, quos *Pares* vocant, numeraretur, in Regis Senatu conſeſſus jure utebatur, atque aliquot diebus amplam hanc Metropolim præſentia ſua honorabat, inde vero recedens, Regem Bleſis tum agentem convenit, ubi itidem quindecim omnino dies laute, ac magnifice habebatur. Nec tamen adeo liberaliter delitiis datum eſt, quin ſeriis negotiis tempus ſubtraheretur; quippe colloquio frequenter Archiducem inter & Regem habito fœderi Tridentino nonnulli adjiciebantur articuli, ſimulque decernebatur copiarum numerus, quas Ludovicus adverſus Turcas ſuppeditare

ditare teneretur, conceſſa eidem libertate, earum loco, ſi magis libuerit, ſubminiſtrandi pecunias; præterea pecuniarum ſumma pro Mediolanenſis Ducatus inveſtitura ſanciebatur, diſpoſitis etiam iis omnibus, quæ Ludovici Sfortiæ libertatem concernebant: Hi ergo omnes articuli die decima tertia Decembris hoc anno utrinque firmati fuere. Eo negotio feliciter abſoluto, Archidux iter ſuum Madritum verſus proſecutus eſt, Archiduciſſa ejus conjuge paulo poſt ipſum inſequente.

§. CXXIV.

Roberti Gaguini obitus.

Hoc anno Robertus Gaguinus Miniſter Generalis Ordinis SS. Trinitatis de Redemptione Captivorum die vigeſima ſecunda Maji e vivis exceſſit, quamvis nonnulli Scriptores illius obitum ad annum Domini milleſimum quingenteſimum ſecundum, alii ad tertium revocent. Natus erat Vir iſte Callinæ, exiguo pago ad Artheſiæ fines Legiæ flumnis oræ impoſito: unde Guicciardinus, Miræus, & Sanderus illum Duaci natale ſolum habuiſſe, perperam ſcribunt. Studiorum ſuorum curriculum Provini emenſus, regulæ Fratrum SS. Trinitatis ſeſe adſcripſit, ubi Lutetias Pariſiorum

Guicc. l. 5.

Le Mire in elog Belg.

Sander lib. de Script. Flandr.

Voſſius de hiſt. l. 3. c. 11.

Sæcul. XVI. A.C. 1501. ad Conventum, quem Mathurinorum appellant, in variis disciplinis erudiendus mittebatur, ac demum jurisprudentiæ laurea decoratus, labentibus annis supremum Ordinis sui caput renunciabatur: Carolus VIII. vero & Ludovicus XII., cognita Viri prudentia eum regiæ Bibliothecæ præfecerunt, variisque in Italiam, Germaniam atque Angliam Legationibus honorarunt. Tantam scientiæ laudem, famamque sibi conciliabat, ut Literatorum nonnulli in illo ævo ingenii sui monumenta ejus nomini nuncupare non dubitarent: Ipsus quoque plura elucubravit opera, quæ Trithemius recenset, præcipue vero duos libros *de Conceptione B. V. M.*; alium *de misera hominis conditione*; quædam *epigramata*; item tractatum *de arte metrificandi*. Palmam vero inter ceteros merito obtinet ejus Historia *de gestis Francorum* duodecim libris conscripta, quam usque ad annum Domini millesimum quadringentesimum nonagesimum nonum perduxit: in ea potissimum sui temporis gesta accuratissimo calamo prosecutus est: Unde repetito prælio, adjectisque supplementis in lucem prodiit, gallico etiam idiomati reddita. Præterea idem Scriptor plures libros in gallicum sermonem transtulit, nimirum Cæsaris commentarios, necnon vitam Caroli Magni Imperatoris.

§. CXXV.

§. CXXV.

Sæcul. XVI. A.C. 1502.

Archiducis adventus in Hiſpaniam.

Tandem Philippus Archidux cum ſua Conjuge die decima nona Januarii Anno ſalutis milleſimo quingenteſimo ſecundo in Hiſpaniam venit, & Toleti a Ximenio, qui eo ſeſe conferre a Regina jubebatur, nullo non honore, ac gaudio receptus, ibidem Caſtellani regni Princeps ſalutabatur; hiſce ſolemniis feſtive peraſtis, ambo Cæſarauguſtam contendunt, ut ibidem tanquam proximi Arragoniæ Regni hæredes agnoſcerentur: Cum autem Ferdinandus Archiducem non modo a Proceribus, ſed etiam a Caſtellæ populo communi omnium amore coli cerneret, extra modum zelotypiæ ſtimulis agitari cæperat; unde Archiducem impenſius rogabat, ut quamprimum regni Ordines dimiſſi fuiſſent, ipſe in Flandriam reverteretur; verebatur enim, ne Arragonenſes quoque, ſi diutius Cæſarauguſtæ diverteret, eodem amoris affectu in illum propenderent: Iſabellæ vero Reginæ Catholicæ ſententia eo abibat, ut Archidux conjugis ſuæ partum præſtolaretur, ac demum illam, prout ipſamet in votis habebat, ſecum reduceret. Aſt Ferdinandus conſtanter Archiducis reditum maturari ſollicitabat;

Mariana lib. 27. n. 75. & 76. Mem. hiſt. & Polit. de la maiſon d' Autriche tom. 1. p. 147. San-Gelaſ. hiſt Ludov. XII.

Sæcul. XVI. A.C. 1502. aliunde Philippus ulterioris in Hiſpania moræ pertæſus, haud ſegniori ſtudio hoc regnum relinquere, quam illius Socer diſceſſum urgere adloborabat. Nihilominus tamen potiſſimam anni partem ibidem commoratus, nonniſi ineunte ſequenti anno reverſus eſt, arrepto per Franciam itinere, ubi denuo Lugduni Regem inviſit, novaque inter Ludovicum, & Ferdinandum pacta ſancivit, quæ tamen minus integra fide adimplebantur.

§. CXXVI.

Fœdus Tridentinum a Cæſare violatum.

Cum ex Tridentini pacti legibus Cæſar hoc anno in Menſe Januario Galliarum Regi Mediolanenſis Ducatus inveſtituram in Comitiis Francofordiæ indictis concedere teneretur, hinc Ludovicus ſollicite Oratores ſuos eo ablegabat, qui ejus nomine clientelare obſequium profiterentur; verum Imperator dedita opera abſens erat, unde Legati publicum ſuæ induſtriæ teſtimonium ſibi reddi poſtulabant, adverſus Cæſaris abſentiam intercedentes (*). Nonnullorum erat

(*) Cur Maximilianus Galliarum Regi Mediola-

erat opinio, hæc a Maximiliano gesta fuisse, ex Regis Catholici instinctu; vix enim ille compertum habebat, Ludovicum

Sæcul. XVI. A.C. 1502.

diolanensis Ducatus diploma concedere recusaverit, causſam hanc allegat Burchardus Struvius, *eoquod Ludovicus per arcana cum Pontifice pacta omnem Italiam, ipsam quoque Imperii dignitatem ad Francos transferre cogitaret*: arcana hæc consilia continet Instructio Commissariis Cæsareis ad Ordines Provinciales Austriacos missis data, quæ pro veteri illius temporis scribendi ratione apud Mullerum pag. 92. ita legitur. Vnser heilliger Vatter der Bapst hat den Kunig von Franchreich bewegt, daß er understen Italien an sich zu bringen. So wälle er ihne alsdann zu der keyrserlichen Wirde krönen, alles der Mainung, das damit des Königs von Franchreich Macht grosser und mer, dann unser erstreckt, und sein Son (Cæsar Borgias) der ain Cardinal gewesen, und durch ine widerum in einen weltlichen Standt gesezt ist, an denselben, Kunigs von Franchreich stat, zum Regierer in Italien gemacht werde. Es haben auch, der Bapst, Kunig von Franchreich, und die Venedier, das Keyserthumb und und alle Fürstenthumb des Heil. Reichs in Italia, und jezt zulezt, das Künigreich Neapals, under innen selbst ausgetailt, der ains tails erobert in teglicher Anfechtung sind, und an allen

Secul. XVI. A.C.1502. cum initi fœderis fiducia delusum quatuor armatorum millia, quæ Nemosio Duci in auxilium submittere decreverat, a signis

Zweiffl eroberet werden, wo das mit dem Swert nicht verhüt wirdet, *plenius ibidem describuntur Gallorum artes fraudesque, inter quas p. 95. dicitur:* Anfänclichen der Kunig von Franchreich ist des Willens, uns umb die kayserlich Cron zu betriegen und zu bringen. *Conspirasse cum Gallo quoque videntur quidam Germaniæ Principes. Sic enim* HEVTERVS *lib. VIII. c. CXVII. postquam ipsius animi dotes commendasset, addit:* quibus dotibus non semel Germanorum aliquot Procerum clandestinas contra dignitatem suam conjurationes percepit, & fine armis extinxit, nonnulli tamen eo impudentiæ provecti, ut de abrogando illi imperio atque in ordinem moderatissimo Cæsare redigendo, consilia clam inire non dubitarent. *Confirmat hoc* CVSPINIANVS, pag. 494. *dicens:* & cum præterea paulo diligentius aliquis animadvertit, quoties æmuli abrogare illi imperium moliebantur frustra, prudentiam non vulgarem invenit. Ita enim eos elusit, ut quum olim Principes conventiculum celebrarent contra eum, quo administrationem imperii illi aufferrent, in castrum illius principis sponte ingressus, qui Autor factionis erat, cum uxore ejus pransus sit hilrariter, & intrepide.

Hac

a ſignis dimiſiſſe, ex adverſo autem Hiſpanorum copias duobus Germanorum millibus auctas fuiſſe, priſtinæ diſſimulationis ſuæ prætextus evolvit, ac nimiæ Ludovici Regis credulitati illuſit: hanc vero perfidiam preſſo pede inſequebatur animorum diſſenſio Gallos inter & Hiſpanos ſuborta; unde factum, ut Galli Neapolis regno penitus excluderentur. Sæcul. XVI. A.C. 1502.

§. CXXVII.

Galli & Hiſpani de regni diviſione contendentes.

Haud equidem partiti Neapolis regni limites adeo diſertis verbis in pactorum tabulis circumſcribi poterant, ut omne litigandi argumentum e medio tolleretur; hinc brevi ambo Reges de quarumdam particularium Provinciarum jure contendere cæperant, quovis eorum illas ſibi vindicare intento; Præcipuam vero jurgiorum materiam ſuppeditabat Baſilicata, quæ a priſcis Lucania dicebatur, necnon Capitanata, ac Principatus ulterior, citeriorque; quos inter Capi- *Marian. l. 27 n. 57. Guicc. lib. 5.*

Hæc laudatus Burchardus Gotthelffius Struvius in ſua Hiſtoria Germanica tom. 2. period. X. ſect. 3. §. XVI. fol. 948. de verbo ad verbum recitat.

Sæcul. XVI. A. C. 1502.

Capitanata omnium prima ad rumpendam amicitiam prætextum subministrabat; hæc enim Provincia erat olim Apprutii pars, atque juxta eam, qua regnum antiquitus divisum fuerat, normam Apuliæ annectebatur, ceterasque ditiones proventuum ubertate longe superabat, ac felicissima totius status regio merito celebrabatur; naturæ enim beneficio agri maximam frumenti copiam suppeditant, atque ex armentis, quæ hyemali tempore eo pabulatum ducuntur, pinquia percipiuntur vectigalia. Jam illo ævo teste Mariana Capitanata nuncupabatur, quo hæc Italiæ pars Imperatoribus Græcis parebat, illudque nomen hodiedum obtinet, primo autem *Catapania* vocabatur, mutuato nomine a quodam Gubernatore, Catapano nomine, quem Constantinopolitani Imperatores eo decreverant, inde vero mutatis nonnullis literis Capitanatus dicebatur, a quo nomine hodiedum usitata *Capitanei* vox descendit, quo vel cujusdam militaris centuriæ Tribunum, aut exercitus Ducem appellare solemus.

§. CXXVIII.

Bellum inter utramque Nationem restauratum.

Marian. ib. n. 52.

Equidem Galli se Neapolis regnum juxta veteris divisionis normam distribuisse

buisse contendebant, vi cujus Capitanatam Apulia complectebatur: ast Hispani se hodiernum Regni statum respexisse, proinmodernam Provinciarum partitionem secutos fuisse asserebant, eorumque jura solidis inniti rationibus videbantur, Gallisque merito inussisse imprudentiæ notam, eoquod divisionis tempore hanc difficultatem provida mente haud prospexissent: Præterea hæc ipsa litis initia, ultro citroque ingenti animorum contentione agitata, brevi binas, easque non minus vehementes controversias progerminabant, quarum prima respiciebat Basilicatæ territorium, sub quo Amalfis, Attela, Barullum, ac nonnullæ aliæ continentur civitates, quas Hispani intra Apuliæ limites comprehendi asserebant, eoquod Alphonsus Arragonius primus Neapolitani Regis nomine insignis id lege condita præcepisset, quamvis ceteroquin hæc Provincia Aprutio adjuncta fuisset; altera contentio fervebat de valle Beneventana, quam idem Alphonsus, ut Calabriæ conjungeret, a Terra-Laboris divulserat. Exortis hisce litibus Neapolitana Nobilium corona utramque nationem ad concordiam reducere satagebat, huncque in finem, ut Nemosii Dux, atque Consalvus mutuo conferrent, sollicite procurabant, re quoque ipsa ambo hi Belliduces sub aper- Sæcul. XVI. A.C. 1502.

Sæcul. XVI. A.C. 1502.

to cœlo solidos octo dies consultabant de quadam ditione, quæ ab Amalfitana, atque Attelensi urbe terminis æqualibus discreta erat. Ast cum ambo rationes suas plurimum valere contenderent, a prætensis juribus suis nihil remittebant, satius habentes rem armis decernere. Nihilominus pactæ sunt induciæ, ut comperta utriusque Regis voluntate, lis amicabili compositione definiri posset. Verum Hispani brevi bellum redintegrabant, Gallosque hostilem in modum divexabant.

§. CXXIX.

Urbinum & Camerinum a Valentinensi Duce ex insidiis capta.

Guicc. lib. 5. Interea Galliarum Rex Astam contendit, ut provido auxilio Mediolanensis Ducatus conservationi invigilaret, Florentinorum amicitiam foveret, ac Valentini Ducis Tyrannidem reprimeret. Verum violata pace quantocius Nemosio negotium dedit, ut Hispanos pro viribus persequeretur, nec eorum bonis, nec vitæ parceret: hanc vero animorum dissensionem Valentini Dux opportune in rem suam vertens, copias suas Romam deduxit, eas restaurandi obtentu usus, demum Perusium versus procedebat, ac Came-

Camerini urbem aggredi ſimulabat, il- Sæcul. XVI.
lamque primo ſuo agmine cingi jubebat, A.C. 1502.
cum vero ipſus tormentorum apparatu
careret, ea ut ſibi tranſmitteret, Guido-
nem de Monte Feltro Urbinatis Ducem
ſollicitavit, qui conſtanter Pontificis ſtu-
dia ſecutus, nihilque ſibi timendum fore
ratus, ſelectiores belli machinas, quot-
quot in arce habebat, Duci ſubmiſit. His
vix receptis, Valentinus copias ſuas Ur-
bino admovit, & Guido de Monte Fel-
tro præſidii inops cum ſuo Nepote Ve-
netias præcipiti fuga contendit, unde
Dux brevi urbem occupavit, reliquis Du-
catus oppidis eandem ſortem cum Me-
tropoli ſua ſubeuntibus. Sola Camerini
urbs ſupererat, quam, ut animo conſti-
tuit, ſuis quoque armis ſubjecturus, in
aſtu conſilium quæſivit. Ergo cum Ju-
lio de Varcanis, cui urbs parebat, de con-
cordia paciſci ſimulat, interea vero quam
plurimos milites alienis veſtibus urbi
infert, qui occupata quadam porta tan-
to furore in Camerinos tumultuantur,
perinde acſi vi & armis civitatem ce-
piſſent, ipſum quoque Ducem, ejusque
proles laqueo ſuffocant.

§. CXXX.

Sæcul. XVI.
A. C. 1502.

§. CXXX.

Tumultus in Etruria a Pontifice ſuſcitati.

Priusquam Valentinenſis Dux hanc expeditionem ſuſcepiſſet, junctis cum Papa conſiliis quosdam exigui nominis Principes, Viteloſſum, Balionem, Petrucium, aliosque ſtimulabat, ut in Etruria tumultus concitarent. Hi ſeditionem auſpicantur, ac primo Aretium occupant, & Guilielmum de Pazzis, qui Florentinorum nomine urbi imperabat, captum abſtrahunt unacum Coſma de Pazzis ejus Filio, ac octo præcipuis factionis ſuæ aſſeclis, & denique plurimas circumvicinas arces ſibi ſubjiciunt. Hoc pacto Valentinenſis Florentinorum Reipublicæ extremum parabat exitium, ut horum ruina rebus ſuis conſuleret. Obſtabat tamen Ludovicus XII., qui Florentinos in fidem ſuam ſuſcepit, novumque fœdus cum illis erexit, Maximiliani conſilia everſurus, qui pro ſua coronatione Romam iturus, Florentinos ad ſuas partes pertrahere meditabatur, ne forte Galli aut eunti, aut redeunti obſiſterent: Aſt Cæſaris conatibus ſucceſſus ablusit.

§. CXXXI.

§. CXXXI.

Sæcul. XVI. A.C. 1502.

Ludovicus Rex Florentinis ablata reſtitui jubet.

Poſt hæc Galliarum Rex, qui ſeptimo abhinc Junii die Aſtæ morabatur, ad Italiæ Principes fecialem ablegat, eisdem imperans, ſine ullo moræ diſpendio Aretium, aliasque urbes, quas Florentinis eripuerant, iisdem reſtituerent; vehementius etiam cum Nuncio Apoſtolico expoſtulabat, atque ad vindicandam injuriam Florentinis illatam comminabatur, ſe tota belli mole ditiones Eccleſiæ oppreſſurum. Nec hæ ipſius minæ caruerunt ſucceſſu; quippe Pontifex illis perterritus, Legatum ad Regem decrevit, qui cuncta inſcio Papa ab Italis Principibus geſta fuiſſe teſtaretur. Neque his ſimulatam ſuam agendi rationem Valentinus Dux continebat; ſuperadditis enim minis Viteloſio præcepit, Aretinam urbem quantocius ultro relinqueret, niſi armorum vi expelli mallet. Hæc audacia Galliarum Regi placuiſſe videbatur, quamvis illa nonniſi timoris, quo Papa, ejusque Filius percellebantur, effectus, minime vero ſinceri animi argumentum eſſet. Præterea Ludovicus ſummum Pontificem aperto bello petere formidabat; plurimum enim rebus ſuis inte-

Secul. XVI. A. C. 1502. intererat, ut Papam ſibi benevolum haberet: acceſſit etiam Cardinalis de Ambaſia ſollicitudo, qua Regis iram in Alexandrum ſemper lenire ſatagebat: quapropter Pontifex hujus Cardinalis ambitione ad res ſuas, Ducisque Valentini amplificandas egregie utebatur, eidemque hunc in finem Sedis Apoſtolicæ in Galliis Legati dignitatem ad duodeviginti omnino annos prorogabat, Ducem vero filium ſuum ad Regem mittebat, in cujus aula tam potenti valebat auctoritate, ut quamvis de ejusdem violentiis quamplurimi quererentur, Ludovicus tamen cum Alexandro VI. novum fœdus iniret, qua indulgentia, inquit Mezerajus, „ non modo totius Italiæ invidiam, ſed forte etiam Dei indignationem in ſe concitabat; quibus enim ſocietas eſt cum impiis, propitium ſibi „ Numen habere nequeunt. „

Mezer. abreg. Chronol. hiſt. de Louis XII. p. 129.

§. CXXXII.

Totum ferme Neapolis regnum a Gallis recuperatum.

Alvar. Gom. hiſt. lib. 4. Joan. Ant. hiſt. Lud. XII. Guicc. l. 5.

Interea vero Galli victricia arma in Neapolis regno latius circumferebant; Neſſius enim, cum Conſalvo viribus ſuperior eſſet, primo illum caſtris excedere compulit, poſtmodum cum toto Gallici exercitus robore Canoſam cinxit, quam

quam urbem nonnisi post graviſſimos, eosque diuturnos obſidionis labores ſe expugnaturum ſperabat; hanc enim urbem celeberrimus Petrus Navarra obſcuro quidem genere natus, aſt fortitudinis ſuffragio ex gregario milite ad Hiſpani exercitus imperium evectus tuebatur, impoſito ſexcentorum ſelectioris militiæ præſidio, quod potius mortem, quam urbis deditionem ſelecturum, Conſalvus perſuaſum habebat; cum vero tolerabilior eſſet Canoſanæ urbis quam adeo ſtrenui Belliducis jactura, atque aliunde Maritimas Apuliæ urbes defendere Conſalvo præplaceret, Petro Navarræ ſignificari juſſit, ut relicta urbe copias ſuas ad eum adduceret. Paruit Navarra imperatis, moxque Canoſa deditione accepta eſt, ceteræque Apuliæ, & Calabriæ urbes ſeſe Gallorum imperio ſubjecerunt; unde Nemoſius totum Neapolis Regnum (exceptis circiter ſex, aut ſeptem oppidis) ſubegit, majori vincendi facilitate, quam parta tuendi conſtantia; proximo enim anno Conſalvus Albini Mareſcalli copiis cæſis, fugatisque, Gallos toto regno penitus expulit.

Sæcul. XVI. A.C. 1502.

§. CXXXIII.

Sæcul. XVI.
A. C. 1502.

§. CXXXIII.

Consilia Valentini Ducis de Bononia occupanda.

Guicc. l. 5. Ceterum Valentini Dux per fas, nefasque Bononiam occupare constituit, de prospero tamen consilii successu desperabat, nisi Cardinalem de Ambasia sibi arctius devinciret; ergo eundem promissi amplitudine expugnat, pollicitus, se omni ope procuraturum, ut Alexandro VI. e vivis erepto, ipse in summum Pontificem eligeretur, simul tamen eidem insinuabat, eum nunquam nisi sua opera ad hunc honoris apicem conscensurum, idque tam gravi verborum pondere Cardinali proposuit, ut hac de re plene persuasus, Valentini votis cederet. Rex quoque, qui Ministri sui ambitionem firmiter fovebat, Ducis lenocinio captus, a Bentivolii, cui Bononia parebat, amicitia omnino sese removit, nec tamen propterea Bentivolius animo fractus, sua strenue tueri, urbemque defendere prætermisit, cumque sub idem tempus Pandolphus Petruccius Senensem Rempublicam patriam suam occupasset, sibi vero ob hanc usurpationem extrema quæque mala timeret, ut periculum præveniret, Bentivolium accessit, eidemque novi fœderis consilia suggessit, affirmans quod

quod armorum societatem status Eccle- Sæcul. XVI.
siastici Principes sanxissent, eo fine, ut A.C. 1502.
communi studio adversus Papæ ac Valentini Ducis ejus Filii conatus propriæ saluti invigilarent.

§. CXXXIV.

Præcipuorum Italiæ Procerum conspiratio in Valentini Ducem.

Bentivolius cunctis, quæ ab eo petebantur, lætus annuit, nomenque suum initæ armorum societati dedit, protinus numerata, quæ ad sustinendas belli expensas præscribebatur, pecuniarum summa. Huic quoque fœderi accesserunt Paulus Balionius Perusii Princeps, necnon Liberottus de Firmo; inter ceteros quidem postremi sese fœderatis adjungebant Ursini, atque Vitellii, qui tamen cunctationis culpam eo ardentiori studio reparabant. Præcipuus hujus conspirationis scopus duplex erat, scilicet, ut Ducem Valentinensem perderent, atque Urbinatis Ducem, ac Camerini Principem vindicarent. Itaque hoc anno sub finem mensis Augusti in unum collecti suos conventus cogebant, atque inter eos decretum, ut Balionius, Liberottus, Ursini, & Vitellii ab Ecclesiastico exercitu, cui imperabant, copias suas re- *Raynald. ad hunc ann. n. 13. Sabellic. Enn. 11. lib 8 Raph. Volat. lib. 22.*

Sæcul. XV. A.C. 1502.

vocarent, easque ad seditionem concitarent, ceteri vero conjurati sine morae dispendio septem millia Equitum, peditumque novem millia conscriberent; haec autem militia in bina divideretur agmina, quorum primum Imolam seu Forum Cornelii invaderet, alterum Ariminum, ac Pisaurum contenderet, eoquod in utraque urbe fœderati clandestinum cum civibus commercium haberent: Urbinatis vero Dux, ac Camerini Toparcha, clam subministratis Venetorum copiis auti ditiones suas recuperare adlaborarent, ac Galli fœderatorum consiliis favere rogarentur, id autem illis recusantibus, ne saltem adversarentur, exorandi essent. Attamen Ludovicus fœderatis opem praestare renuit, rebus suis melius consultum fore ratus, si Valentini Ducem partibus suis addictum conservaret, quem absque Pontificis indignatione offendere haud poterat.

San-Gelas. hist Lud. XII. Joa. Garzi & Aleman. hist. de Bonon. Leand. Alb. descript. Italiæ.

Rebus ita dispositis, Conjurati copias suas ab exercitu Valentini Ducis avulserunt, & mox Urbinatis Dux ditionem suam recuperavit: cum autem Princeps Camerinensis sex armatorum millia urbi suæ admoveret, cives trucidato exiguo Valentinensium praesidio, laeti Dominum suum receperunt. Valentini Dux his angustiis pressus, Gallia-

rum Regis auxilium imploravit, illudque non

non minori promptitudine, quam affectu obtinuit; Ludovicus enim datis ad Mediolanensem Gubernatorem literis jussit, ut Gallicum Equitatum per Alpeninum montem transmitteret, quinque Helvetiorum millia navibus imponeret, ac omni sunctatione remota in Urbinatis Ducatum penetraret. His suppetiis fracta est Fœderatorum factio, tandemque die vigesima quarta Decembris hujus anni pax concluſa, atque utrinque firmata est. Sæcul. XVI. A.C. 1502.

§. CXXXV.

Alexandri, ac Valentini Ducis perfidia.

Verum Valentini Dux hujus reconciliationis securitate fœderatos ideo lactabat, ut eo facilius eorum exitium maturaret; quippe sancita pace illos induxit, ut eum accederent, ac cum copiis suis Senogaliam venirent, illi autem, postquam urbem ingressi sunt, mox includuntur, & Vitelossius ac Liberottus Firmanus laqueo suffocantur, Ursinus vero in tetrum carcerem conjicitur. Pontifex ad primos hujus facinoris rumores Cardinalem Ursinum, ceterosque hujus familiæ Viros, qui initæ concordiæ fiducia decepti, Romæ agebant, comprehendi jubet; fertur quoque, hunc Cardinalem propinato Cantharidis veneno necatum fuis- *Guicc. hist. Ital. lib. 5. Aubery hist. Cardinal.*

Sæcul XVI. A C 1502.

se; omnem tamen crudelitatis modum excessisse videtur, quod Alexander, cum Cardinalis nuper firmato fœderi confisus, cum ceteris Romam reverteretur, eundem misso nuncio rogaverit, ut ad se veniret, eoquod maximi momenti res esset, quam illi communicaret; Cardinalis vix Palatium Vaticanum ingressus, mox captus abstrahitur, interea vero Archiepiscopus Florentinus, Ursini Proto-Notarius, ac nonnulli alii eidem fœderati comprehenduntur, qui omnes ad arcem S. Angeli deducebantur. Postea Cardinalem Papa compulit, ut mandato subscriberet, vi cujus Valentino Duci ejus Filio cunctæ Ursinorum urbes traderentur, denique Cardinali jam per viginti dies carceris squalore cruciato venenum propinatur, vigesima autem secunda Februarii die Anno Domini millesimo quingentesimo tertio Alexander, ut hausti veneni suspicionem tolleret, hujus Purpurati corpus vultu ejus omnibus conspicuo, sub meridiana luce ad Basilicam S. Petri deferri, cunctosque Cardinales exequiis adesse jussit. Ceterum Paulus Ursinus, & Gravinæ Dux laqueo suffocati perierunt, Balionii quoque ædes Perusii cingebantur, ille vero jam antea opportuna fuga in Neapolis regno libertati suæ consuluerat.

§. CXXXVI.

Sæcul. XVI.
A.C.1502.

§. CXXXVI.

Valentinenſis Dux Bononia recedere a Gallis coactus.

Ex fœderatis Principibus tantum duo ſupererant, Bentivolius, & Petruccius, hic Bononiæ, alter Senis incluſus; jamjam Valentini Dux cum copiis ſuis Bononienſem urbem cinxerat, dum Ludovici Senatores Ducis ſævitiam in Urſinos recens exercitam edocti, tandem ſaniora capiunt conſilia, Ducique declarant, poſtulare Gallos, ut eis per cunctas, quæ Mediolano Neapolim euntibus tranſeundæ forent, urbes liber aditus pateret: ni ergo Bononia recederet, totum Gallorum exercitum arma in eum verſurum. Dux hoc pacto ſpe ſua, qua jamjam Bononiam devoraverat, fruſtratus, in ſolitis artibus opem quærit. Ergo Nuncium, quem Calvimontius Mediolani Gubernator ad eum decreverat, occultari, omnesque vias tanta ſolertia obſideri jubet, ut Bentivolio de ſingulari Gallorum in eum favore penitus nihil innoteſceret; præterea eidem ſignificari præcepit, quod Dux ipſi, quamvis in ejus necem conjuraſſet, delicti tamen veniam impertiretur, propoſita nihilominus trina conditione. I. Ad alendos centum lancearios Pontificii exercitus per

Sæcul. XVI. A. C. 1502.

integros octo annos duodecim aureorum millia quotannis numeraret. II. Alios præterea centum lancearios his copiis adjungeret. III. Episcopi Lunensis soror, Papæ neptis, Hannibali Bentivolii natu majori Filio nuberet. Conditiones ecquidem acceptatæ, minime vero adimpletæ fuerunt, ut proxime memorabimus.

§. CXXXVII.

Regius Walliæ Princeps in Anglia mortuus.

Dum interea Italia hisce tumultibus dire agitabatur, Anglia luxit Arturum Walliæ Principem, regni hæredem. Natus is erat die vigesima Septembris Anno salutis millesimo quadringentesimo octogesimo sexto, & fatis functus Ludlovii hoc anno die secunda Aprilis; Is quinto a Nuptiis mense, quas cum Catharina Ferdinandi, & Isabellæ Filia die quarta Novembris anno priore contraxerat, conjugem suam absque prolis spe reliquit. Equidem Henricus VII. Arturo administrationem committebat omnium Provinciarum, quas lege fiduciaria possederat, adjunxitque Senatum Viris totius Angliæ prudentia, ac scientia clarissimis instructum, quorum consiliis Walliæ Provinciam, in qua regiam fixerat, guberna-

Bacon hist. Regn. Henrici VII. Polyd. Virg. hist. Anglic. lib. 26.

gubernaret; verum cœlesti disposatione factum, ut Princeps adeo prudens Patri suo succedere præmatura morte prohiberetur, quam brevi excepit obitus Matris suæ Elisabethæ Reginæ, quæ Henrici conjux ex puerperio vivis erepta fuit. Omnium ferme Scriptorum testimonio habetur, Principem hunc diu adversa valetudine laborasse, adduntque nonnulli, illum jam lenta tabe defluxisse, cum matrimonium iniisset; nihilominus Baco rerum Anglicarum notitia longe celebratissimus, disertis verbis affirmat, eum, cum Catharinæ Regis Catholici filiæ desponsaretur, integra, ac firma valetudine usum fuisse; non deerant tamen secreta Henrico consilia, ob quæ communis famæ judicio ab aliis credi percupiebat, quod ejus filius ex morbosa corporis habitudine decessisset. Sæcul. XVI. A.C. 1502.

§. CXXXVIII.

Henricus VII. Arturi viduam filio suo secundo genito desponsare conatus.

Hujus obitu Henrici filius natu minor unicus, isque necessarius erat Anglici sceptri hæres, cui Pater ejus, vix comperta filii sui primogeniti morte, relictam viduam connubii fœdere jungere constituit; cum vero eandem fœminam *Baco l. cit. Mezer. abreg. chron. hist. de Louis XII.*

Sæcul. XVI. A. C. 1502.

duobus fratribus nupſiſſe, retro acta Eccleſiæ antiquitas nullo ferme exemplo comprobatum reddat, juris hinc vinculum, quod obſtabat, Pontificis auctoritate ſolvi oportebat, ut vero difficultates, quas probe perſpexerat, eo facilius ſuperaret, Pontifici expoſuit Rex, quod ipſius Filius ob adverſam valetudinem nunquam ſponſæ ſuæ virginitatem violaverit, hoc pacto cuncta obſtacula his nuptiis oppoſita perrupit, nimirum *publicæ*, ut vocant, *honeſtatis impedimentum*, vi cujus Sponſa Viro *per verba de præſenti* juncta, etiam *matrimonio nondum conſummato* ſui conjugis fratri copulari prohibetur. Sibi quoque Rex perſuaſum habebat, quod Alexander, poſtquam haud ægre Emanueli Luſitaniæ Regi indulſiſſet, ut primis nuptiis cum Iſabella, ex qua filium ſuſceperat, iſtius morte ſolutis, conjugem ſibi duceret Margaritam Iſabellæ ſororem natu minorem, majori adhucdum facilitate parem gratiam conceſſurus eſſet, ſi Sponſi virgines eſſe dicerentur. Quocirca huic rationi immorte inſiſtebat, atque id ubique divulgari ſollicite curabat, quamvis pauciſſimi de rei expoſitæ veritate perſuaſi eſſent, cunctis vero Regi placendi ſtudio juxta vulgi vocem loquerentur.

Rapin Toiras hiſt. Ang. lib. 14. p. 502.

§. CXXXIX.

§. CXXXIX.

Sæcul. XVI. A.C. 1502

Joannis Alberti Poloniæ Regis obitus.

EOdem anno Joannes Albertus Poloniæ Rex Casimiri Filius e vita migravit. Is anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono natus, & consentiente Wladislao fratre suo natu majore Hungariæ ac Bohemiæ Rex anno salutis millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo salutatus est. Princeps erat scientiarum laude celebris, præcipue vero in omni historia versatissimus, in milites suos liberalis, in bello tamen adversa plerumque fortuna jactatus. Arma inferebat Stephano Valachiæ Vaivodæ, verum ab hoste in insidiis latente profligatus, Turcarum auxilium implorare compellebatur. Hujus infortunio Fridericus de Saxonia supremus Prussorum Equitum Magister opportune usus, clientelare obsequium, quod ex Prædecessorum suorum pactis Regi præstare tenebatur, profiteri recusabat, a Maximiliano Cæsare, aliisque Germaniæ Principibus ad hanc repulsam incitatus; hi enim, ut seditioni accederet, Fridericum promissorum amplitudine expugnabant. Ast Joannes Albertus, dum jus suum armis prosequi parat, mortis invidia vivis eripi-

Michov. Sarma. lib. 1 & hist. Pol. l. 4. c. 79. Cromer. l. 30. Raynald. ann. 1502. num. 84.

Sæcul. XVI. A. C. 1502.

eripitur, die decima septima Junii apoplexia oppressus, anno ætatis suæ circiter quadragesimo secundo, regni sui nono; ejus corpus Torunia, ubi obiit, Cracoviam delatum, in Ecclesia arcis sepultum est. Hic Princeps semper cælibem vitam duxit, hinc Alexander ejus frater tertio genitus, magnus Lithuaniæ Dux illi in regno successit, unde Lithuania Polonico sceptro conjuncta fuit: Ille autem ex Lithuania Cracoviam delatus, a Friderico fratre suo Gnesnensi Archiepiscopo solemni ritu sacro oleo inunctus, & die duodecima Decembris, in quam tertia Adventus Dominica inciderat, corona redimitus est: Ejus tamen conjux Helena Joannis Moscoviæ Ducis filia, cum Græcorum ritus profiteretur, solitis cæremoniis haud coronata fuit.

§. CXL.

America ab Americo Vesputio detecta.

Maffæus hist. Indiar. lib 2. Raynald. l c. n. 85.

Postquam Christophorus Columbus sub Ferdinandi, atque Isabellæ auspiciis in Atlantico Ponto novum Orbem instructa hanc in rem classe detexisset, Regem Catholicum novæ hujus felicitatis gloria, quam sibi inde conciliaverat, adeo stimulabat, ut denuo quasdam terras, ac Insulas adinvenire, eoque classiarios

rios mittere decerneret. Ad hujus navigationis labores ultro ſeſe obtulit Americus Veſputius, tum in Hiſpania agens, natione Italus, qui cum exigua Alphonſi de Ojeda claſſe mercatoris veſte indutus in pelagus excurrere aggreſſus eſt, ac Menſe Majo Anno Incarnationis Dominicæ ſupra milleſimum quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo ex Hiſpania primo profectus, Pariæ oram, ac novi Orbis continentem ſeu Terram firmam usque ad ſinum Mexicanum emenſus eſt, tandem evoluto octodecim menſium ſpatio in Hiſpaniam reverſus. Primus continentis terras trans Æquatorem ſitas inveniſſe dicitur, ſuaque induſtria tantum, qualem nulli hucusque totius Univerſi Reges acquirere poterant, aſſecutus eſt honorem; quippe omnis, eaque vaſtiſſima regio, atque Occidentales Inſulæ ab ipſius nomine nuncupabantur America eandemque appellationem non ſolum Septentrionales, ſeu Mexicanæ, ſed etiam Meridionales vel Peruanæ terræ fortiebantur, quæ nonniſi Anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo quinto a Franciſco Pizaro natione Hiſpano detectæ fuerunt. Vix integer a prima navigatione annus effluxerat, cum Veſputius repetito Oceani curſu ſex navium, quas auriti veli lembos vocant, claſſem ſub ejusdem Ferdinandi, ac Iſabellæ Regum vexillis

Sæcul. XVI. A.C. 1502.

Sæcul. XVI. A. C. 1502.

vexillis duceret, his igitur navigiis instructus non modo ad Caribes Insulas procurrit, sed etiam obliquatis velis Guiahanæ, & Venetiolæ oras detexit, demum Anno millesimo quingentesimo in Mense Novembri in Fretum Gaditanum cursum relegens, inde Hispalin contendit: Verum cum de Hispanis ob res tam præclare gestas exigua inventi recentis orbis præmia ferret Vesputius, rei indignitate commotus, novæ navigationis labores suscipere recusabat.

§. CXLI.

Aliæ terræ a Vesputio sub Lusitaniæ Rege detectæ.

Herrera dec. 1. lib. 1. c. 6. Anton. Leon. Bibl. jud. univers. Surius append. ad Naucler. p. 520. & seq.

Interea Emanuel Lusitaniæ Rex alienæ Regum Catholicorum felicitati clam invidus, novas terras detegendi consilium exequi jam antea incæperat, nunc vero comperta Vesputii indignatione, eundem in regnum suum evocavit, tribusque navibus instructum tertio itinere in Indias navigare jussit. Vesputius imperium haud abnuit, ac die decima tertia Maji anno priori ex Ulyssiponensi portu solvens, ad Africana litora usque ad Sierram Lionam, & Angolæ oram excurrit: Postea cursum juxta terras Brasiliæ adjacentes promovens, totam hanc regionem usque ad Patagonum litora, ac ultra

ultra Platam fluvium detexit, inde ad Sierram Lionam, ac Guineæ oram iter suum relegens, in Lusitaniam rediit, hoc anno die septima Septembris Ulyssipone appulsus. Rex Emanuel prospero Vesputii successu lætissimus, eidem sex navigiorum imperium commisit, quibuscum repetito jamque quarto itinere die decima Maji Anno salutis millesimo quingentesimo tertio profectus, prope Africæ, & Brasiliæ oras navigavit, per Occidentem ad Moluccos transitum aperturus. Demum in festo omnium Sanctorum Bahiam prætervectus, Abrolhos & Curabadum superavit; cumque nonnisi ad vigesimum mensem commeatu instructus esset, ac quintum jamjam in lustrandis hisce oris absumpsisset, ob maris perfidiam, ac tempestatum, ventorumque injuriam de ulteriori progressu desperabat, unde in Lusitaniam reverti constituit, ubi etiam die decima octava Junii anno millesimo quadringentesimo quarto appulsus est, quarto post anno ibidem fatis functus. Posteris reliquit plures Epistolas, ac quatuor suarum navigationum relationes, quas Renato II. Lotharingiæ Duci, qui Siciliæ Regis nomen assumpsit, nuncupabat.

Sæcul. XVI. A. C. 1502.

§. CXLII.

Sæcul. XVI. A.C 1502.

§. CXLII.

Biblia Polyglotta ab Archiepiſcopo Toletano edita.

Alvar. Gomez de caſtro de reb. geſt. Card. Xim. lib. 2. Raynald. ad ann. 1502. n. 25.

Hoc anno Archiepiſcopus Toletanus Biblia polyglotta, ſeu diverſorum idiomatum, præclarum ſane opus, edere animo conſtituit, eoque conſilio ex Complutenſi Academia Toletum evocavit Viros Græcæ, Hebraicæ, Arabicæ, aliarumque linguarum peritiſſimos; ipſus enim horum idiomatum apprime gnarus, eorum ſcientiam ad perfectam ſacri Codicis intelligentiam omnino neceſſariam eſſe, optime noverat. In hiſce Bibliis textus hebraicus modo, quo illum Judæi legunt, habetur, item verſio Græca ſeptuaginta Interpretum, verſio latina S. Hieronymi, quam *Vulgatam* appellamus, ac tandem Paraphraſis Chaldaica Onkeloſii duntaxat in Pentateuchon ſeu quinque Moyſis libros, quibus acceſſit translatio literalis Græca ſeptuaginta Interpretum. Toti operi duplex præmittitur Præfatio, prima Leoni X. inſcribitur, eoquod hæc Biblia non niſi anno milleſimo quingenteſimo decimo quinto typis edita prodierint; in ea Ximenius illius Auctor diſertis verbis obſervat, quod primævos ſacrarum Paginarum textus in lucem edere, Eccleſiæ utiliſſimum ſit, cum

cum nulla verſio, quæ originalium vim plene alienis verbis exprimeret, concinnari valeat, tum quod pro intelligendis Veteris Teſtamenti libris ad textum Hebraicum, ad Græcum vero pro novo Teſtamento recurrendum eſſe Sancti Patres cenſerent. Altera præfatio haud videtur a Ximenio elaborata, eoquod hæc evertat omnia, quæ in prima Ximenius in laudem textus Hebraici aſſeruerat; teſtatur enim illius Auctor, verſionem antiquam S. Hieronymi latinam Hebraicis, & ſeptuaginta Interpretum textibus, velut Synagogæ, & Eccleſiæ Orientali interpoſitam eſſe, ut Chriſtus Dominus medius inter duos latrones præfiguraretur. Sæcul. XVI. A.C. 1502.

In hiſce Bibliis (*) verſiones Græcæ, & latinæ juxta textum hebraicum minus accurate, & perſæpe ſatis inepte, atque ſine ulla neceſſitate corriguntur, præcipue in verſione ſeptuaginta Interpretum, quæ in pluribus locis caſtigata, aut ut verius loquar, eo fine corrupta fuit, ut ad majorem cum Originali Hebraico textu concordiam revocata videretur, idemque in Vulgata accidit: Cum vero latini Codices crebris ſcaterent mendis, ii quo-

(*) *Vide Dupinum in ſuis prolegomenis in Biblia, necnon Bibliothecam ſacram Patris de Long P. P. Oratorii alumni.*

Sæcul. XVI. A.C. 1502. ii quoque juxta antiquos Codices latinos imo etiam secundum textum hebraicum emendantur, adeo, ut non modo librariorum errores correcti, sed etiam plura resecta fuerint, quæ minus proprie adjecta credebantur: Non quidem alias Paraphrases Chaldaicas præter Onkelosianas in Pentateucum adjicere, Archiepiscopo Toletano visum est, nihilominus reliquas Paraphrases, eliminatis Talmudicis fabulis, latine reddi jussit, quas morte præventus publicæ lucis haud fecit, sed duntaxat in Complutensi Bibliotheca asservari voluit.

In novo autem testamento textus Græcus sine signis, quæ genuinum pronuntiandi modum significarent, exhibetur; illis enim antiquiores manuscripti codices carent, hacque methodo accuratius Græcorum Originalium sensus deprehendi credebatur; non eadem tamen imprimendi ratio servabatur in editione septuaginta Interpretum; cum hæc non sit textus Originalis, sed duntaxat S. Scripturæ versio. Equidem exemplaria, quibus Archiepiscopus Toletanus utebatur, integerrimæ fidei erant, quæ tamen ob nimiam illa juxta Hebraicum textum corrigendi solertiam, pluribus in locis adulterata fuere: id autem fors ex eo factum, quod illo ævo vera Græcos codices emendandi methodus ignoraretur. Nihi-

Nihilominus posterioribus annis eadem hæc Complutensis editio denuo typis excusa fuit, atque inserta habetur Antwerpiensibus, quæ regia Philippi II. Biblia vocantur, necnon invenitur in Parisiensi Polyglotta Domini le Jay, atque in Bibliis tetraplis, quæ Vatablo adscribuntur. Præter Biblia mox recensita, Ximenius etiam edidit librum singula continentem verba, tam Hebraica, quam Chaldaica, quæ in sacris literis occurrunt, atque ad calcem plurium exemplarium reperiuntur, in pluribus tamen deficiunt propter oscitantiam eorum, qui defuncto Archiepiscopo hæc exemplaria conjungi curabant. Ceterum duodecim, & amplius annos hæc Biblia edendi cura tenuit, atque ipse Ximenius non modo omnes sumptus, qui tamen ferme immensi erant, sustinuit, sed etiam in elaborandis illis propriam, eamque indefessam operam impendit. Sæcul XVI. A.C. 1502.

§. CXLIII.

Theologicæ Facultatis Parisiensis judicium de imprecationibus.

In hoc Sæculo Theologica Parisiensis facultas præclara indefessi sui studii erga puriorem fidei doctrinam specimina edidit, dum quibusdam erroribus jam anno quingentesimo supra millesimum ir- *Argent. Coll. jud de novis erroribus. tom. I. p. 544. & 545.*

Sæcul. XVI. A.C. 1502.

Dupin Bibl. Script. tom. 13. in 4. p. 208.

repentibus ſtrenue ſeſe opponebat: cum igitur anno Domini milleſimo quingenteſimo primo Henricus de Bergis Cameracenſis Epiſcopus de lite inter ipſum atque Eccleſiæ ſuæ Canonicos exorta Pariſienſis Facultatis judicium efflagitaſſet, illa die prima Julii ſententiam tulit; cum enim canonici, ut Epiſcopo ſuo moleſtiam inferrent, ceſſationem a Divinis præcepiſſent, & ob id *ab Archiepiſcopo Rhemenſi, Metropolitano, ſeu verius ab ejus Officialibus excommunicati, & ut tales denunciati fuiſſent,* hi ejusmodi ſententiam indignati, dum a ſupplicatione publica, die vigeſima quarta Novembris habita, ac pluribus hebdomadis circum Eccleſiam iterato celebrata redirent, proſternebant ſeſe in Choro ante Altare majus, ubi Corpus Chriſti Domini in quodam Ciborio recluſum aſſervabatur; ipſe etiam Sacerdos Miſſam celebraturus cum Diacono & Subdiacono ſeſe pari ſubmiſſione inclinabant, ac ſe a terra erigentes dorſum ad Altare, caput verſus occidentem vertebant; eo facto prædicti Canonici pueros chori cantibus deſtinatos jubebant, ut plures imprecationes ex variis S. Scripturæ locis præcipue ex Pſalmis decerptas contra ſuos perſecutores decantarent, Canonicis preces, ut ab ejusmodi malis liberentur, ſubjungentibus,

tibus. Hanc in rem ſequentes Facultati proponebantur quæſtiones. Sæcul. XVI. A.C.1502.

I. *Cum teſte B. Bernardo novitas deſcribatur, quod ſit Mater temeritatis, ſoror ſuperſtitionis, & Filia legitima; an hujusmodi novus modus orandi Canonicorum præter ritum antiquum nuper inductus, ſit de levitate, temeritate, & ſuperſtitione, ac alias in fide noſtra ſuſpectus?* Reſpondit Facultas: „ Cum Eccleſiæ univerſa„ lis ritus ſit orare ad Orientem, nemi„ ni licet publica oratione orare dorſo „ verſo ad Occidentem, niſi hoc habeatur „ ex auctoritate ſuperioris. „ *Ex 1. regiſt. M. S. cenſur. facult. Pariſ. fol. 160.*

II. *Cum ritus Eccleſiæ Cameracenſis habuerit usque in præſentem diem conſuetudinem deprecandi & orandi ad Orientem, an ne Sacerdos orando verſus Occidentem, vertendo poſteriora ſua ad venerabile Sacramentum, ſit de ſuperſtitione notandus, vel in fide ſuſpectus cenſendus?* Ad hanc quæſtionem Facultas idem, quod ad primam reſpondit, nimirum univerſalis Eccleſiæ ritum eſſe ſequendum.

III. *Utrum ritus ille, quem Celebrans ejusque Miniſtri obſervarunt, de divinatione, vel alia ſpecie mala argui poſſit?* Reſp. „ ri„ tum illum non (*) eſſe judicandum ſu„ ſpectum, aut arguendum divinationis

(*) NB. *Argentreus, qui hoc Facultatis judicium recitat, particulam* non *omittit.*

Sæcul. XVI. A. C. 1502.

„ per hoc, quod in ſuis orationibus utantur miniſterio puerorum. „

„ IV. *Cum Capitulum ſit per Archiepiſcopum Rhemenſem vel ipſius Officiales excommunicatum, ac pro tali denunciatum, an ipſi hujusmodi orationibus, imo potius imprecationibus aſſiſtentes, eas auctorizantes, ac coram ſe auctoritative celebrari facientes, irregularitatis notam incurrant?* Ad hanc quæſtionem de irregularitate, Facultas conſulto nihil reſpondit.

V. *An ſententiis Prophetarum imprecativis Chriſtiani contra Chriſtianos ſuos adverſarios impune uti poſſint? Et ſi non, qua pœna tales puniendi?* Reſolvit Facultas: „ Nullis maledictionibus ſeu imprecationibus malis uti licet adverſus quemcunque etiam hoſtem, niſi tales fuerint ab habente auctoritatem inſtitutæ, minus uti licet imprecationibus malum culpæ, aut gehennæ importantibus, denique absque auctoritate talia facientes ſint de ſuperba temeritate, atque ſchismatica ſeditione vehementer notandi, & pro paterni honoris injuria eorum Epiſcopo illata emendandi. „

VI. *An imprecationes privatorum illis, contra quos fiunt, obeſſe poſſint, & an ſint timendæ?* Concludit Facultas: „ Illas timendas eſſe ei, qui imprecationibus maledicendi dedit occaſionem. „

Hæc

Hæc fuit deciſio Facultatis Theologicæ pronunciata die prima Julii anno Domini milleſimo quingenteſimo primo. Sæcul. XVI. A.C. 1502.

§. CXLIV.

Aliud judicium de excommunicatione contra recuſantes ſolvere decimas.

Cum anno ſequenti milleſimo quingenteſimo ſecundo Theologica Facultas a Canonicis Cathedralis Eccleſiæ Pariſienſis rogata fuiſſet, *ut doctrinaliter reſponderet ad quæſtiones factas ſuper cenſuris latis in eos, qui decimas a ſummo Pontifice impoſitas ſolvere recuſaverant.* Hæc cauſa in quodam Univerſitatis conventu diſcuſſa, tandem ad Facultatem Theologicam devolvebatur, quæ pro more apud Mathurinos congregata die prima Aprilis ſuam ſententiam pronunciavit, poſtera autem die idem Facultatis judicium tota Univerſitas Pariſienſis, habito conventu confirmavit. *Argentre p. 346.* *Vid ſupr. §. 76.* *Dupin. tom. 13. p. 209.* *Hiſt. Univer. Pariſ. tom. 4. pag. 6.*

Inter propoſitas quæſtiones prima erat, *utrum cenſuræ contra eos, qui decimas per Alexandrum VI. ſummum Pontificem ſine conſenſu Cleri nuper impoſitas ſolvere recuſarunt, latæ timendæ ſint, aut tanquam nullæ reputandæ.* Reſpondit eadem Facultas per ſequentem propoſitionem; „ Cenſuræ contra eos, qui nec libertatem Eccleſiaſticam, aut Decreta

Sæcul. XVI. A.C. 1502 „ ſanctorum Conciliorum læderent, vel „ ſuaviſſimum Chriſti jugum ſervitute „ opprimerent, decimam per modernum „ Pontificem pro invaſione Turcarum, „ ut fertur, impoſitam ſolvere recuſarunt, „ latæ poſt appellationem interjectam „ nullius ſunt roboris, nec timendæ. „

Altera erat Propoſitio: *Utrum propter hujusmodi cenſuras teneantur appellantes a celebratione, aliisque divinis abſtinere.* Reſponderunt Theologi: „ Quod præfa- „ tæ cenſuræ non obligent appellantes, „ ut a celebratione, & aliis Divinis ab- „ ſtineant. „

Igitur certum, atque uſu ab omni hominum memoria remoto comprobatum in Galliis eſt, quod ſummus Pontifex absque Regis conſenſu in ejus regno nullas exactiones imponere queat (*).

§. CXLV.

(*) *Obſerves velim, quod Continuator in tom. XXV. lib. CI. §. 38. faſſus ſit, Benedicto XIII. nonniſi ad itineris ſui expenſas a Clero Gallicano conceſſas fuiſſe decimas, aſſute tamen de ſuo idem Continuator addidit ibidem, quod hanc rem Pariſienſis Univerſitas moleſte tulerit, an propterea Pontificum juribus, quibus quam derogetur, prudentis Lectoris judicio relinquimus.*

§. CXLV.

Sæcul. XVI. A.C. 1502

Ordo Annunciatarum a Papa confirmatus.

Poſtquam Joanna Franciæ Regina Ludovici XI. filia, ut ſupra memoravimus, a Ludovico XII. repudiata fuiſſet, adverſæ ſortis ſuæ iniquitatem ad propriam, aliorumque ſalutem, ac ſanctimoniam vertere intenta erat: unde apud Biturices monaſterium Virginum B. Mariæ annuntiatæ condidit, ac dotavit. Hujus inſtituti diſciplinam a quodam ex Fratribus Minoribus Obſervantibus, Gabriele Maria, quem a confeſſionibus habuit, conſcribi voluit, & cum ſpeciali cultu Beatiſſimam Virginem proſequeretur, ac continuo Deum exoraret, ut Deiparæ virtutes non modo ipſa imitari poſſet, ſed etiam omnes novo ipſius Ordini adſcribi petentes, easdem tanquam vitæ ſuæ exemplar ſequerentur, ideo ſuum Confeſſarium inſtanter rogabat, ut regulam ex præcipuis Beatiſſimæ Virginis virtutibus concinnatam præſcriberet. Vocatur hic *Ordo Annunciationis* ſeu *decem virtutum*; totidem enim virtutes Joanna inter ceteras ſelegerat. Alexander VI. hunc Ordinem, priusquam conditum haberent monaſterium, approbabat, eundemque duodecima Februarii die anno ſalutis mille-

Raynald. an. 1501. n. 24.

lib. 2. Bulla. Secret. p. 69.

Sæcul. XVI. A.C. 1502

millesimo quingentesimo secundo Apostolico diplomate confirmabat: anno autem sequenti primi asceterii fabrica Avarici Bituricum confecta, amplis reditibus a Joanna augebatur, ipse quoque Ludovicus XII. Galliarum Rex hujus monasterii erectionem Regiis literis eodem anno mense Decembri datis ratam habebat.

§. CXLVI.

Ferrarii Cardinalis obitus.

Guicc. l. 6. Ugel. Ital. sacr. Bzov. hoc an. n 16. Ciacon.

Hoc anno die vigesima septima Julii sacrum Collegium uno Cardinale Joanne Baptista Ferrario orbatum est. Hic in lecto suo exanimis inveniebatur, rumorque ferebat, eum veneno quod ejusdem Cubicularius ei propinaverat, sublatum fuisse, imo referunt nonnulli, id (*) Alexandro ac Valentinensi Duce instigantibus, factum fuisse, forte ea ex causa, ut Cardinalis bona aucuparentur: certum enim est, eorum jussu opimam hæreditatem ultra octoginta nummum aureorum

(*) *Ciaconius hæc habet*: Veneno sublatus a Sebastiano Pinzono cubiculi præfecto, qui postea sub Leone X. ob alia crimina carceri traditus, hoc eodem, quod antea negaverat, in tormentis sponte revelato pœnas dedit: *cætera silent Ciaconius, Bzovius, & alii.*

rum millia æstimatam, fuisse ablatam, reliqua defuncti fratri nil nisi corpus ejus Mutinam transferendi cura, ubi etiam sepultus est. Ita nempe vindex Deus ad exercendam justitiam suam illius utebatur ministerio, qui mortui Cardinalis iniquitatibus potissimam ansam dederat; cum enim Ferrarius Alexandro percarus esset, ab eo primariis dignitatibus, ac maxime quæstuosis Romanæ Curiæ officiis præficiebatur, demum etiam Mutinensi episcopatu ac Archiepiscopali Capuana Ecclesia donatus, tandem Presbyter Cardinalis renunciatus est, mortemque obiit sua vita dignam; cum enim suis injustitiis, ac insatiabili auri cupiditate in vita sua omnium invidiam in se concitasset (*), etiam post mortem omnes ejus memoriam ac nomen detestabantur. Sæcul. XVI. A.C.1502.

§. CXLVII.

Gallorum res in Italia.

Interea belli furor Hispanos inter & Gallos in Italia minime deferbuit, illis non *Marian. hist. Hisp. l. 27. Guicc. l. 5.*

(*) *Ciaconius quidem testatur*, Ferrarium, ex avaritia sibi in Aula maximam contraxisse invidiam, eumque multis displicuisse, *addit tamen*, quod eam ob rem indignationem etiam summi Pontificis incurrisset, hæreditas vero ipsius delata fuerit in fiscum ipsius Cardinalis, *non autem Pontificis.*

Sæcul. XVI A.C.1502.

non nisi paucas, easque omnes maritimas urbes adhucdum tuentibus, unde aperto Marte decertare non ausi sunt, imo ipsemet Consalvus sub Baruli mœnibus latebat, cum interea Galli victricibus armis totam circum regionem emeterentur, ac nihil propius esse videretur, quam ut totum Neapolis Regnum suo subjicerent imperio, nec tamen adeo firma erant hujus triumphi auspicia, quin exeunte hoc anno Gallorum res plurimum inclinare inciperent: cum enim opportunissimo tempore Hispanorum auxilia accurrerent, mox Consalvi spes, qui paulo ante arcte Baruli cingebatur, erigebantur, eidemque etiam nonnulli Mercatores Veneti, tam armorum, quam annonæ apparatum advehebant, carioris pretii spe allecti. Ea re comperta Nemosii Dux Ludovicum Regem desuper admonuit, quem graviter questum Veneti haud alio dignabantur responso, quam id inscia Republica factum fuisse. Altera ex parte Galli, quibus Moreti Comes imperabat, Villanovanæ urbis obsidionem antea cœptam solvere compellebantur, moxque Cardonius urbem ingressus, paulopost binas, easque validas militum suppetias obtinuit, quarum quævis ducentos lancearios, totidemque levis armaturæ equites, peditumque duo millia, veteranæ, ac diuturno armorum

morum usu exercitatissimæ militiæ viros recensebat, quorum primo agmini præerat Benefides, alteri vero Andrada. Hispani jam viribus aucti, Gallisque in Calabria superiores, Albinum Marescallum castris exuere aggrediuntur, Callimeram urbem occupant, ac opima spolia, quæ in civitate corraserant, Seminariam transferre meditantur; ast Albino in Terinensi agro transitum obsidente, in ipso Dominicæ Nativitatis die tanto impetu obruebantur, ut post pertinax utrinque certamen tandem Hispani in fugam acti fuerint, desideratis eorum mille, captisque mille trecentis, Galli vero quindecim vexilla in victoriæ signum auferebant, imo etiam, postquam omnes sarcinas Hispani amisissent, Albinus tota Callimeræ præda potitus est. Sæcul. XVI. A. C. 1502.

§. CXLVIII.

Adversa Nemosii Ducis fortuna.

Ceterum Nemosii Dux Hispanos Baruli, ubi ipse Consalvus imperabat, arcte inclusos tenebat; equidem Albinus urbem toto armorum apparatu obsidendam censebat, ut hoc pacto Hispanis omnis spes auxilii in Sicilia parati præcisa esset. Prætulit tamen Nemosius eorum opinionem, qui duntaxat aditum ad urbem intercludi existimabant; ea tamen

Secul. XVI A.C. 1502.

men consilia postmodum Gallorum rebus summopere adversabantur, nam interea Consalvus Rubosium, oppidum decimo lapide a Barullo dissitum, cui Palicius præerat, occupavit, huncque Franciæ Belliducem, Nemosio Canosiam contendente, captum abduxit. Præterea Hispani pecuniarum apparatum ex Tranio submissum Gallis eripiebant, ac Castellanetani cives Gallorum præsidium expellebant, pagique Helvetiorum Mediolanensi Ducatui confines Lucarni arcem expugnabant, ac Calvimontium Venetorum subsidiis, quæ promiserant, frustra exspectatis, inde recedere compellebant: Suaresius enim Figuero ac Hispaniæ Orator, ne Gallis legiones subsidio mitteret, rempublicam clam sollicitabat, spe fretus, quod Veneti cum Ferdinando fœdus inirent, atque adversus Gallos sua arma Hispanis jungerent.

La Palice.

§. CXLIX.

Archidux in Flandriam redux, per Franciam transiens.

Sub hac rerum vicissitudine Gallis tantopere adversa Philippus Archidux, ulterioris moræ in Hispania pertæsus, nil deliberatius habuit, quam in Flandriam reverti; unde Ferdinando Socero suo exposuit, se denuo Gallias petiturum, ac

ac concordiam inter Hiſpaniam, & Fran- Sæcul. XVI.
ciam conciliaturum. Diſplicuit primo A.C. 1503.
hoc Archiducis conſilium Regi Catholi-
co; perſpectam enim habebat Generi ſui *Marian lib.*
æquitatem juxta ac animi ſinceritatem, *27. n. 76.*
qui aliunde Principis de Vere Gallorum *Surius ap-*
ſtudioſiſſimi placitis facile acquieſcere ſo- *pend. ad*
litus erat. Inſtabat nihilominus Archi- *Naucler. p.*
dux, ac iterum, iterumque Regi inſi- *528. & 538.*
nuabat, ſe non ſine magno rerum Hiſpa-
nicarum emolumento Gallias pertranſi-
turum, necnon acturum cum Ludovico
Rege, concepta ſpe firma, eundem ad
pacis conſilia fore inclinandum, cum hic
non minus ardenter concordiam exopta-
ret, proin ſi & ipſe ad pacem paratum
exhiberet animum, ſe omnem navatu-
rum operam, ut conſentiente Gallorum
Rege Fridericus Neapolis Regno reſti-
tueretur, pactis quibusdam conditioni-
bus, exiguoque tributo quotannis penden-
do; ſi vero nec iſta placeret propoſitio,
inducturum ſe Regem Chriſtianiſſimum,
ut in favorem Claudiæ Filiæ ſuæ juri-
bus in Neapolis regnum cederet, ea le-
ge, ut Rex Catholicus ſuum viciſſim jus
in idem regnum transferret in Carolum
Lucemburgi Ducem Nepotem ſuum, at-
que Archiducis filium natu majorem,
hocque pacto, atque inito inter utrum-
que Principem connubio utriusque Regis
jura ad Neapolitanum Regnum coalitu-

ra,

Sæcul. XVI. A.C.1503.

ra, nec ultra ob Regni partitionem animorum dissensionem fore timendam. Hæc rationum momenta Ferdinandum induxerunt, ut haud cunctanter Archiducis votis annueret.

§. CL.

Archidux Lugduni cum Ludovico XII. confert.

Marian. lib. 27. ut supr.

Ceterum Rex Catholicus, ut plurium Historicorum testimonio comperimus, astu Regiæ suæ Majestatis minus digno Consalvi conatus adjuvare intenderat; cum enim Archidux sinceritate animi nulli secundus esset, minus vero alios decipiendi voluntatem haberet, parem in ceteris integritatem pia credulitate suspicabatur, quo tamen factum, ut alii ejus bonitatem iniquo usu corrumperent, nam in præsenti rerum vicissitudine nil opportunius erat, quam ut Galli vana pacis spe pascerentur, ne eorum classis plene instructa e Genuensi portu solveret, priusquam Germani Tergesto Barulum perveniissent; igitur ad exequenda hæc consilia selecta est Archiducis industria: quapropter Ferdinandus celebratis Castellæ, & Arragoniæ Ordinum comitiis, Archiducem nominat suum in Gallis Legatum, plena pacem conciliandi auctoritate munitum, eidemque dan-

tur

tur mandata ad id muneris neceſſaria, quæ transgredi nefas eſſet. Accepto negotio Archidux datis literis a Ludovico XII. ſecundi per Franciam itineris copiam poſtulat, Regiam ſuam Majeſtatem Lugduni, ubi tum agebat, inviſurus. Annuit Rex lubenti animo, ac Philippus acceptis Perpiniani ſecuritatis literis profectus, ineunte anno quingenteſimo tertio ſupra milleſimum Lugdunum advenit, ubi poſt crebras cum Rege conſultationes inter utrumque pacis negotium expeditum eſt, cum interea Cardinalis de Ambaſia, atque Albienſis Epiſcopus ejus frater ſeligerentur, qui ſoli conferrent cum Abbate Bernardo de Buille, quem Ferdinandus non multo poſt Archiducis diſceſſum ablegaverat, ampliori longe poteſtate inſtructum, quam tamen is Archiduci manifeſtare prohibebatur, niſi prius, quæ in ea continebantur, ad amuſſim ſervare, ac ſecreti fidem jurato promitteret. Sæcul. XVI. A. C. 1503.

§. CLI.

Pacis Articuli Gallum inter & Hiſpanum.

Verum nulla ferme Bernardi Abbatis habebatur ratio, mandata enim Archiduci data prævaluere, ac nequidem Abbati, ut hac ſuper re Ferdinandum Regem edoceret, libertas conceſſa eſt, *Recueil des traitez imprimez chez Leonard. tom. 5. l. 5. c. 26.*

imo

Sæcul. XVI. A.C. 1503. imo injecto terrore eundem compulerunt, ut mandati sui literas Archiduci traderet. His ita prævie dispositis de pace actum est, quæ die secunda Martii concluſa, utrinque firmata fuit, his conditionibus. I. Matrimonium cum Carolo Lucemburgico Philippi Filio, & Claudia Ludovici XII. Filia natu majore ratum sit, id ipsum Regina Anna de Britannia anxiis votis desiderabat; II. Eidem Carolo dotis nomine cedatur Neapolis Regnum, ea nempe portio, quæ Galliarum Regis esset; III. Reges vero Catholici illi ipsi relinquant, quæ ibidem possiderent, nimirum Calabriæ, & Apuliæ Ducatus; IV. Pace utrinque firmata, Dux Lucemburgicus, ejusque Sponsa Regis, ac Neapolis Reginæ titulo gaudeant, nihilominus ambo Reges sua quilibet parte fruantur; ceteræ vero terræ adhuc dum controversæ, uti est Capitanata, ipsi Philippo depositi loco tam a Ludovico XII. quam Ferdinando tradantur, si autem forte Dux, vel ejus Sponsa, matrimonio necdum confecto, fatis fungerentur, Virorum integræ fidei ab utroque Rege selectorum arbitrio Capitanatæ possessio decidatur. V. Denique neuter dolo malo in induciarum leges peccet. Huic fœderi Bernardus Abbas, quamvis Domini sui jussis adversaretur, subscribere haud dubitabat, illudque Feciales

les promulgabant, atque ad utriusque exercitus Duces deferebant. Paruit Nemosii Dux, non ita Consalvus, saltem nisi prius a Rege suo illud acceptare diserтis verbis juberetur; fertur quoque, Consalvum a Ferdinando de Lugdunensi Archiducis itinere prævie edoctum, eique datum fuisse negotium, ut concordiæ pactis ibidem sanciendis non acederet, donec aliud mandatum acceptурus esset. Sæcul. XVI. A. C. 1503.

§. CLII.

Bellum Consalvo pace rejiciente redintegratum.

Cum igitur Consalvus hæc pacta acceptare recusaret, omne rursus ad arma consilium resumitur, eoque magis ad bellum accenditur Consalvus, quo promptiora Germanorum auxilia, quæ haud pauciora erant duobus millibus a Cæsare submissis, advenerant; præterea Papam, ac Venetos a Gallorum studiis alienum fovere animum, satis sibi compertum habuit, nuntiumque accepit, quatuor illa Gallorum millia, quæ Genuæ appulsa erant, seditionem concitasse, eoquod bellici ærarii Dispensatores pacis initæ fama decepti, æs militare distribuere morarentur: in tanto igitur opportunitatum concursu bellum continuari, haud ingratum Regi Catholico fore, facile si- *Maria. l. 27 n. 96. & 99.*

Secul. XVI. A. C. 150

bi persuadebat Consalvus, dummodo secundus quoque armorum successus colluderet. Equidem ad hoc usque temporis punctum Gallorum conatibus ferme semper prospera adspirabat fortuna, brevi tamen tota rerum facies immutata erat: concurrebat enim ad Gallorum ruinam ipsius Regis sui negligentia, qui nimia in Archiducem fiducia sopitus, reliquos belli apparatus prætermisit: Ferdinandus ex adverso rebus suis optime prospiciens, Gallos pacis, quam ipse servare minime cogitabat, securitate decepit, suasque partes strenue firmavit, ac denique ad malorum cumulum accessit Gallici exercitus Belliducum temeritas.

§. CLIII.

Galli Seminariæ cæsi.

Inter hæc factum est, ut Albinus certaminis impatiens ferocius quam cautius, atque inexpectatis subsidiis in Francia instructis in mediam irrueret aciem, cui præerat Hugo Cardonius. Inconsiderati hujus impetus specimen etiam edidit Albinus die vigesima prima Aprilis prope Seminariam in Calabria, eodem in loco, qui paucos ante annos Gallis victoriæ campus exstitit. Ast nunc vix prælio datum erat initium, cum Galli, spreto efficaci Ducis sui hortatu, perruptis eorum

eorum ordinibus, cæsi fugatique recederent, ac nequidem primum Hispanorum impetum sustinerent, cum vero secunda quoque Gallorum acies, quæ peditibus constabat, ferme omnes equis suis dejectos conspiceret, hostium turmis cingi verebatur, unde nec etiam gladio e vagina educto una omnes fuga dilapsi sunt, Hispanis fugitivos usque ad Gioiæ portas presso pede insequentibus. Capti sunt ferme omnes Belliduces, ac Tribuni, nec benigniorem sortem tulit ipse Albinus, intra Angitolæ arcem, quo se receperat, undique cinctus, quem quidem ne Hispani occiderent, reverentia cohibiti fuerunt, arcem tamen non armorum vi, sed famis violentia ad deditionem compellebant; equidem arx nonnisi ad tertium aut forte quartum diem commeatu instructa erat, annonam tamen Albinus tam provide distribuebat, ut decem, aut omnino duodecim diebus præsidiarii alerentur: demum vero Albinus captum se dedere coactus est, toto pene Equitatu sese protinus Victoris arbitrio relinquente. Sæcul. XVI. A C 1503. *Marian. ib.*

§. CLIV.

Consalvus Barulo Cerignolam delatus.

Postera die Nemosii Dux accepto Gallicæ cladis nuncio prælii discrimen *Marian. ib. n.* 104. *Guicc. l.* 5.

Sæcul. XVI. A.C.1503. ſubeundum cenſebat, priusquam Conſalvus victricibus Hiſpanorum armis ſeſe conjungeret. Ergo Dux Baruli aditus quaquaverſum tanta ſolertia obſidet, ut Conſalvum ibidem incluſum victoriarum, quas ſui in Calabria reportabant, notitia fugeret, nihilominus ſtrenuus ille Belli-dux, cum annonæ penuria vehementer premeretur, relictis Baruli mœnibus Cerimolam verſus progreditur, quæ urbs eſt longemunitiſſima, inde Aufido flumine vectus, prope Cannas appulſus eſt, ac demum continuato itinere Cerignolam pervenit, copiis ex militari diſciplina ordine ſuo incedentibus, ne eis in itinere moleſtia inferretur, aut forte ab hoſte vicino obruerentur. Præceſſerant Fabricius Columna, & Ludovicus Herrera, ſtipati exploratorum turma, ac mille equitibus. Primum agmen duobus peditum Hiſpanorum millibus validum ducebat Didacus Mendoza, quem media acies æquali peditum numero, præter ducentos cataphractos ſequebatur, ductore Termenſio Duce. Tandem ipſe Conſalvus ultimo agmini, necnon Germanorum, ac cataphractorum copiis, & reſiduæ Equitum parti imperabat, hoſtem, ſi forte iter prohibere, aut irruere tentaret, repulſurus. Regio erat, per quam ducebatur exercitus, ſiccitate horreſcens, ac ardore non tolerabili exuſta, iter quo-

que

que ob crebras viarum ambages expectatione longius excurrebat: unde Galli compertis Hiſpanorum moleſtiis, adeo propitiam rerum viciſſitudinem in rem ſuam vertere, hoſtemque ad prælium provocare meditabantur; Conſalvus vero, quod res erat, ſuſpicatus, caſtra ſua omni, qua potuit, arte ac natura firmare feſtinabat, hoſtem ſtrenue excepturus. Sæcul. XVI. A.C.1503.

§. CLV.

Frumentum pro Gallis coemptum Pontificis juſſu Romæ interceptum.

Quapropter mutato conſilio Belliduces, qui ſub Nemoſii Ducis imperio militabant, in eam abierunt ſententiam, ut Apulia atque Calabria Conſalvi arbitrio relinqueretur, Gallorum vero exercitus Neapolin reverteretur, donec ex Francia promiſſa advenirent auxilia. Suadentibus morem geſſiſſet Nemoſius, niſi conſilii effectum Papa, Duxque Valentinenſis præpediiſſent; cum enim Romæ minori pretio, quam in Neapolis Regno frumentum venderetur, Nemoſius potiſſimam, quam ex Aprutio ac Terra-Laboris collegerat, redituum partem ad illud ibidem coemendum inſumebat, jamque in eo erat, ut collectam frumenti copiam eveheret, atque ad Gallorum caſtra maritimo itinere transferret, cum

Sæcul. XVI. A. C. 1503. ecce! Alexander, ejusque filius, cum aperte adversari necdum auderent, clam tamen Hispanis favere anhellarent, Romanæ urbis Magistratum subornant, ut hic auctoritate sua frumentum abduci, ac publicis horreis includi juberet, porrecto Sedi Apostolicæ libello supplici, quo falso exponebat, fata, segetesque hoc anno in Ecclesiæ ditionibus tam parcas produxisse fruges, ut vix ad populum nutriendum satis essent: Unde factum, ut crescente annonæ penuria penitus Gallorum consilia everterentur, qui ad Neapolis Regnum aditus Hispanis præcludere meditabantur.

§. CLVI.

Galli in prælio Cerignolano cæsi.

Maria. l. 27. n. 105. *Sabellic. En. 11. lib. 2.* *Raynald. ad ann 1503. n. 5.*

Hoc Papæ, Ducisque Valentinensis facinus Gallici exercitus Præfectis adeo indignum videbatur, ut prælio rem dirimendam esse omnes concordi suffragio censerent; ergo in hostem movent, tanta vero cunctatione progrediuntur, ut nonnisi postrema diei hora Cerignolam pervenirent: unde Nemosii Dux pugnam ad posteram diem differre constituit; percommode enim, cum hæc urbs imperio ejus pareret, pernoctare poterat, cetera persuasus. Consalvo nonnisi unius diei annonam supereſſe, proin altera die, ut

ut ſibi de commeatu provideret, caſtra mo- Sæcul. XVI.
vere compulſum iri. Verum præcox pug- A. C. 1503.
nandi aviditas denuo Gallorum rebus obfuit; quippe Ivo Alegrius certamen ad poſteram diem differri pertinacius negabat, ejusque ſententiæ potiſſima ceterorum Belliducum pars acceſſit, quæ eodem temporis articulo prælium eſſe committendum pronuntiabat. Ergo die vigeſima octava Aprilis, quæ erat feria ſexta, pugnæ initium datur, concurrente inſolito quodam fato, quo Hiſpani abs dubio territi, animum deſpondiſſent, niſi Conſalvi induſtria adverſam etiam ſortem in rem ſuam vertere didiciſſet; ejus enim juſſu in medio prælii campo quædam pulveris pyrei dolia collocabantur, ut militum uſui exigente neceſſitate magis expedita forent: Verum, quo caſu ignoratur, pulvis ignem concepit, & quidem eo temporis puncto, quo Galli primas acies aggredi contendebant; Flammis in altum erumpentibus, exercitus ingenti terrore repletur, ac de proſpero prælii ſucceſſu penitus deſperat; id enim ab Hiſpanis, gente ſuperſtitionibus obnoxia, in funeſtum proximæ cladis omen acceptum eſt: Conſalvus vero nihil omnino territus, fronte ſerena ac tranquilla adſtantes alloquitur, inquiens: Macti animo amici eſtote, certum victoriæ augurium! jam enim feſtivi lætitiæ ignes

Sæcul. XVI. A.C. 1503.

accenduntur. Hisce verbis ad cunctos militum ordines confestim delatis, mox timor evanuit.

Belcar. hist. l. 9. & 10. Marian. ut supr. Bellefor. lib. 6. c. 10.

Jamjam accerrimum utrinque committitur prælium; ast brevi victoriæ summa penes Consalvum stetit, & Nemosii Dux, cum juxta Hispanorum Ordines progrederetur, ipse, parique fato Chandenierus, & Montamarus minoris sclopi globis trajecti perierunt, desideratis etiam selectioris militiæ plusquam tribus Gallorum millibus. Parta victoria Consalvus, cum inter occisorum cadavera Nemosii corpus inveniret, illud Baruli in Ecclesia S. Francisci sepeliri curavit, adhibita pompa funebri, quæ tanto Principi generis nobilitate, ac animi dotibus longe clarissimo debita erat. Inter captivos recensebatur Castillonius, Salernitanus vero, & Melfitensis Principes, necnon Lochitanus Marchio, quamvis saucii essent, opportuna tamen fuga libertati suæ consuluerunt. Ferunt, Hispanorum nonnisi novem in prælio occubuisse, non paucos tamen sitis impotentia in itinere mortuos. Ceterum Victoribus prælii campus cessit, qui & ibidem tota nocte stationem tenebant, eorumque arbitrio altera die Cerignola urbs sese relinquebat, cujus exemplo ipsa quoque arx, atque Canosium deditionem fece-

fecerunt: unde Conſalvus Hiſpanorum Dux, nemine amplius obſiſtente, Melphiam contendit, ac civibus ultro portas urbis aperientibus, recta Neapolin petiit. Sæcul. XVI. A.C.1503.

§. CLVII.

Totum ferme Neapolis Regnum Conſalvo ſubditum.

Vix comperto Conſalvi adventu, incolæ urbis Præfectum ſupplices adeunt, ut ſeſe ad Caſtrum novum recipe- *Guicc. l. 5. Marian. lib. 28. n. 1. & 3.*
ret: ipſi vero confeſtim Metropolis ſuæ claves Victori tradunt, moxque Capitanatæ, ac Baſilicatæ Principatus Hiſpanorum poteſtati ſeſe ſubjiciunt; quam plurimi enim Proceres in Salernitana Provincia, ac potiſſimis Regni urbibus jamjam certatim victoribus ſeſe dederant.

§. CLVIII.

Archidux Soceri ſui perfidiam exoſus.

Tam ſubita rerum viciſſitudo, tamque inopina animorum mutatio univerſam Europam inſolita admiratione defixit, maxime vero Philippo Archiduci, cujus potiſſimum intererat, magnum, acerbumque dolorem attulit, Soceri, ac Socrus ſuæ perfidiam exhorreſcens. Eo tempore Philippus Burgi in Breſſia cum Sabaudiæ

Sæcul. XVI. A.C. 1503.

Duce leviro ſuo venationibus indulgebat, accepto autem rei geſtæ nuncio Regi Catholico non ſolum facti indignitatem datis literis exprobravit, ſed etiam nunciari juſſit, ſe Regis Chriſtianiſſimi præſidium imploraturum, nec ex Galliis receſſurum, donec innocentia ſua adeo luculentis comprobaretur teſtimoniis, ut nemini dubitandi locus ſupereſſet. Adfuit ejusdem verbis fidei conſtantia; mox enim Lugdunum verſus iter aggreſſus eſt: interea vero Ferdinandus & Iſabella ad Ludovicum Galliarum Regem Legatum decernunt, qui pro ipſis adverſus Generum ſuum cauſſam diceret. Ergo Legatus Archiducem mandati ſui limites exceſſiſſe inſimulat, ille vero tam validis rationum momentis innocentiam ſuam vindicat, ut Rex de Philippi integritate perſuaſus, dirempta lite reſponderit: „ Si Socer tuus perfidiæ reum ſe fecit, „ noli ejus exemplum imitari, potior ſit „ tibi Regni, quod facili negotio recu„ perare poteris, quam honoris nulla „ ætate reparandi jactura. „ His dictis Archiducem multis amicitiæ ſignis cumulatum valere juſſit, ac in Flandriam redeundi veniam dedit.

Guichenon hiſt. Sabaud.

§. CLIX.

§. CLIX.

Sæcul. XVI. A. C. 1503.

Cajeta a Conſalvo incaſſum obſeſſa.

Ceterum, quamvis Galli ingenti clade attriti fuiſſent, nihilominus Ivonis Alegrii ſolertia quatuor peditum millia cum quadringentis Cataphractis Hiſpanorum furori ſubduxit: præterea adhuc dum Gallorum imperio parebant tam in Aprutio, quam alibi nonnullæ civitates, nimirum præter alias, Aquila, Rocca-Evendria, Venuſia, & Matabora. Ergo Alegrius ad Cajetenſem urbem, arte ac natura longe munitiſſimam, exercitus ſui reliquias admovet, quas, ubi Conſalvus obſidionem parabat, urbi intulit, eamque invicto robore defendit, donec ex Galliis opportuna adventaſſent auxilia: hinc Conſalvus, cui inexpectata erat Alegrii induſtria, Caſtellionum, quod a priſcis *Formianum* appellatum creditur, ſeſe recipere compellitur, amiſſo Hugone Cardonnio, animi fortitudine inter Hiſpaniæ Equites nominatiſſimo, qui grandioris plumbi globo occiſus fuit. *Marian. lib. 28. n. 11.*

Roche d'Evendre forte *Rocca Imperiale.*

§. CLX.

Ovi caſtrum a Petro Navarra captum.

Hæc dum Cajetæ geruntur, Petrus Navarra Neapoli Caſtrum Ovi oppugna-

Sæcul. XVI A.C. 1503

pugnabat. Muniebatur illud quorumdam Gallorum præsidio, qui, Consalvo ad urbem recepto, eo confugerant. Ergo Petrus validissima tormentorum fugesta ad maris oram erigit, ac rupi, cui castrum imponitur, propius accedit, murisque subruendis fossores adhibet, ut apertis cuniculis ignem admovere posset; hanc ob rem Petrus primus hujus artis inventor, perperam licet, celebratur: cum vero segnior primi cuniculi impetus optati successus spem fefellisset, murus irrata vi dejectus, obsessos ruina sua oppressit, ac demum Belliduces & milites, quibus indigesta lapidum moles pepercerat, promiscue omnes Victorum gladius absumpsit; id enimvero Gallis iniquissimo tempore factum; si enim castrum unica adhuc die hostium impetus sustinuisset, Genuensium classe altera mox die Neapolim appulsa, deditionis injuriam effugisset.

§. CLXI.

Bellicus Gallorum apparatus contra Hispanos.

Interea Rex Catholicus primas eo curas intendit, ut Ludovicum Regem vana spe detineret, atque Archiduci invidiam crearet; hanc ob rem Gallis significat, se Friderico Regi rursus Neapolis coronam vindicaturum, ut vero, inquiebat Fer-

Ferdinandus, a privato quæstu alienum ostendam animum, lubenti animo huic Regi omnia, quæ Hispani in hoc regno possident, reddam, ea tamen lege, ut & Galli paucas illas, quas adhucdum ibi tenent, urbes eidem restituant. Detexit Cardinalis de Ambasia versutum Ferdinandi consilium, idque tanta verborum vehementia Hispaniæ Ministris exprobravit, ut initum cum eis fœdus omnino rescinderetur: unde Rex eos intra viginti quatuor horas Lugduno, ac post octiduum toto Regno excedere jubet, utque ignominiam Gallico nomini inustam deleret, bellum restaurat, cujus ingens apparatus toti Europæ terrorem incuteret. Sæcul. XVI. A.C. 1503.

§. CLXII.

Quatuor exercitus a Ludovico XII. conscripti.

Igitur Rex quatuor omnino exercitus conscribit, quorum tribus terra, quarto mari bellum gereret; ex terrestribus validior octodecim peditum, ac duo cataphractorum millia recensebat, cui Trimollius imperaret, Neapolis Regnum recuperaturus. Tres reliqui ad id instruebantur, ut Hispaniam infestis armis invaderent, quorum primo Albretus præfectus, per Occidaniam in Ruscinonensem Comita-

Sæcul. XVI. A.C. 1503.

mitatum penetraret, alter vero Ductore Joanne Fuxo Narbonenſi Vice-Comite, collectis in Aquitania copiis, a Fontis rapidi obſidione bellum auſpicaretur. Denique navalis exercitus Cataloniæ, ac Valentiæ regni oras obſideret, & Cajetanæ urbi ſuppetias ferret, ac quodvis auxilii genus ex Hiſpania Neapolim transferri prohiberet: verum cunctis hisce amplis Gallorum apparatibus longe ſuperior erat Conſalvi ſolertia, ac Petri Navarræ dexteritas, qui ambo cunctos Franciæ conatus tam fortiter eludebant, ut Ludovico XII. nil reliquum eſſet, quam tarda nimis pœnitentia, qua ad exequenda ejusmodi conſilia immenſos ferme ſumptus ſe fruſtra impendiſſe ſummopere dolebat.

HISTO-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

LIBER CXX.

ALEXANDER VI. PAPA.
MAXIMILIANUS I. OCCIDENT. IMPERATOR.

§. I.

Cardinales ab Alexandro Papa creati.

Dum interim Italia tot undique tumultibus agitabatur, Alexander VI. ultima menſis Maji die ſacro Purpuratorum Collegio novem Prælatos adſcripſit, ut defunctorum vices ſuppleret. Ex hiſce novem, omnino quinque Hiſpanos ex Valentiæ Regno creabat, quibus tamen forte

Sæcul. XVI. A. C. 1503.

Onuph. Pan. in Alex. VI.

Sæcul. XVI. A. C. 1503. forte magis generis nobilitas, ejusdemque cum Papa patriæ prærogativa, quam meritorum excellentia suffragabatur. Horum Cardinalium nomina erant: I. Joannes Castellar natione Hispanus, Tranensis Archiepiscopus, Presbyter Cardinalis tit. Mariæ trans Tiberim, postea Montis Regalis Archipræsul; II. Franciscus Remolinus Hispanus, Surrenti Archiepiscopus, Presbyter Cardinalis tit. SS. Joannis & Pauli, postea Panormitanus Archiepiscopus; III. Franciscus Soderinus patria Florentinus, Episcopus Volaterranus, Presbyter Cardinalis tit. S. Susannæ, postea Santonensis, & Ostiensis Episcopus, demum S. Collegii Decanus; IV. Melchior Copis a Meckau natione Germanus, Episcopus Brixiensis, Presbyter Cardinalis tit. S. Stephani in monte Cœlio; V. Nicolaus de Flisco Genuensis, Episcopus Forojulienſis Presbyter Cardinalis tit. S. Nicolai *inter imagines*, postea tit. S. duodecim Apostolorum, Ebredunensis Archiepiscopus, atque Episcopus Ostiensis; VI. Franciscus de Sparta Hispanus Episcopus Legionensis Presbyter Cardinalis tit. SS. Sergii & Bacchi; VII. Adrianus Castillensis Italus, primum Erfordiensis, postea Bathonensis in Anglia Episcopus, Presbyter Cardinalis tit. S. Chrysogoni. VIII. Jacobus de Casanova Hispa-

Hiſpanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Stephani in Monte Cœlio; IX. Franciſcus de Loris itidem Hiſpanus, Elvenſis Epiſcopus Cardinalis Diaconus tit. S. Mariæ novæ. His quoque decimus accenſetur, Joannes Saxoniæ Ducis Orator tit. S. Crucis in Jeruſalem. Sæcul. XVI. A.C.1503.

§. II.

Piſani in obſequium Valentini Ducis redire parati.

Alexander, quamvis mutata Neapolitani Regni facies haud magnam illi ſollicitudinem afferre videretur, nihilominus rebus ſuis ſedulo proſpicere minime neglexit: quapropter nihil propius erat, quam ut non modo ipſe, ſed & Valentini Dux, ſeſe Hiſpanorum partibus addicerent. Nec diu illis opportuna ad id defuit occaſio; quippe Florentinorum Respublica pertinacem Piſanorum rebellionem ultra ferendo impar, exercitum conſcripſit, illiusque Imperium Jacobo de Silli Nobili Normanno, ac olim Cadomi Prætori detulit. Hic Piſarum urbem, ſi eandem diutius cinctam teneret, certo deditione ſuperandam exiſtimabat, atque ideo Piſanos, undique incluſos ad tam funeſtas redegit anguſtias, ut hi miſſis ad Valentini Ducem Oratoribus, ſeſe ejus dominationi, *Guicc. lib. 5. Raynald. ad ann. 1503. num. 10.*

Secul. XVI. A. C. 1503. potius quam Florentinorum jugo subjicere decernerent. Papa, ejusque filius accepto libenter hoc nuncio quantocius Curtium, qui utriusque negotia procurabat, ad Consalvum ablegant, rogantque, ut copiis suis Pontificio agmini junctis, Florentinos a Pisana urbe propelleret. Ast Consalvus, qui tum Cajetam obsederat, Papæ votis annuere recusabat, Curtium vero Romam reducem Moterius Comes comprehendit, ac literas, quas secum deferebat, ablatas in Franciam remisit, ubi occultæ earum, quibus scriptæ erant, notæ explicabantur. Hæc Pontificis, Ducisque Valentini perfidia tantopere Regis animum commovit, ut eodem temporis puncto copiis suis Romam petere statuerit; Cardinalis vero de Ambasia, cum Papatus aucupandi spe obcæcatus esset, eundem vero aliter, ac Valentini Ducis præsidio obtinere desperaret, Regis iram placavit, opportune in rem suam usus prospero Salutiarum Marchionis successu, qui paulo ante commeatus copiam in Cajetensem urbem feliciter invexit.

§. III.

§. III.

Sæcul. XVI. A. C. 1503.

Papa denuo in Regis gratiam redire ſollicitus.

Alexander, cum ſua conſilia intempeſtive prodita intelligeret, probatæ fidei Virum ad Galliarum Regem ablegat, qui eidem promitteret, ſe impoſterum neutri parti, nec Hiſpanæ, nec Gallicæ ullo pacto adhæſurum. Rex Pontificis Oratorem audire dedignatur, poſtquam vero Cardinalis de Ambaſia, qui apud Regem gratia, atque auctoritate plurimum valebat, eidem expoſuerat, quod, ſi Pontificis amicitiam continuo foveret, ſperandum foret, Valentini Ducem copias ſuas Mantuani Marchionis exercitui juncturum, earumque ope Cajetam, quam Gallis eripere Conſalvus conaretur, facile propugnandam eſſe. Rex hac ſpe deceptus, ſedato indignationis impetu, Pampadurum decernit, qui de concordiæ legibus cum Pontifice ageret.

§. IV.

Papa Urſinos ſibi tradi, a Rege poſtulat.

Verum Alexander nimia Regis facilitate, aut ut verius dicam, imbecillitate abuſus, inter pacis conditiones poſtula-

Sæcul. XVI. A.C. 1503. ſtulabat, ut Urſini, qui Gallis inviolabili fide addicti credebantur, eidem traderentur. Petitum hoc primo abhorruit Rex, quem tamen Cardinalis de Ambaſia, mox ad Pontificis vota inclinabat, exponens, quod Rex nunquam Neapolis Regnum recuperaturus eſſet, niſi Papæ precibus cederet. Ludovicus Cardinalis ſermone devictus conſenſit, ut omnes Urſinorum ditiones Pontificis imperio cederentur, eidemque Jordani Urſini Filius, a quo tanquam unico ſurculo tota Urſinæ poſteritatis ſpes dependebat, committeretur.

§. V.

Petilianenſes Urſinum Pontifici tradere renuentes.

Attamen, cum juvenis Urſinæ familiæ Princeps Petiliani educatus, haud obſcura ſtrenui Belliducis ſpecimina jam jam edidiſſet, tantam ſibi civium famam, amoremque conciliabat, ut illi unanimes ſeditionem concitarent, ſimulac Papæ Deputati urbem ingreſſi, adoleſcentem Urſinum ſibi conſignari, a Civibus poſtulabant. Ergo ſpretis Papæ mandatis, Principem e manibus ſuis ſibi eripi, omnibus viribus obluctantur, ejusque ſecuritati validis præſidiis proſpiciunt. Hac repulſa Jordanus Urſinus illius

illius Pater, probatæ integritatis Vir, Pontificis indignationem sibi accersivit, quam nullo pacto sedari posse existimabat, nisi loco Filii sui semetipsum Papæ arbitrio committeret; verum obsequioso Patris studio minime contentus erat Alexander, nec ejus Filius Valentini Dux: unde Pontificis exercitus eodem temporis articulo Petilianum expugnaturus processisset, nisi divinum Numen inopina Pontificis morte expeditionis hujus successum intercepisset. Sæcul. XVI. A C 1503.

§. VI.

Funesta Alexandri Papæ mors.

Hujus Pontificis mors tam insolito fatorum concursu celebris, ac per totum orbem tunc variis adeo rumoribus divulgata fuit, ut omnia, quæcunque ab Historicis memorata inveniuntur, huc recensere, operæ pretium ducamus. Igitur complurium Scriptorum, etiam Italorum, opinio erat, quod Valentini Dux pecunias, quibus ad augendum exercitum suum indigebat, a summo Pontifice petierit, cum autem ærarium Alexandri penitus exhaustum esset, nec ullus inveniretur, qui pecunias eidem mutuas daret, hinc Valentini Dux, cujus præcipitem animum effrænata cupiditas ad quævis scelera impulerat, firmiter statuit,

Raphael Volater. lib. 23. Antrop. Onuphr. Panvin. in Alex. VI. Marian. lib. 28. n. 14. & seq. Guicc. l. 5. Surius append. ad Naucler. p. 538. Daniel. hist. Franc. tom. 5 p. 220. Comm. to. 5. edit. 1723. p. 488.

Sæcul. XVI. A.C. 1503

Adrianum Cornetanum, aliosque duos, vel omnino tres Cardinales e medio tollere, cum illi ceteris opulentiores crederentur, tamque parce viverent, ut frugalitas vix non in avaritiæ vitium degeneraret; horum igitur opes invadere, Duci expedire videbatur, cum eo tempore summi Pontifices Cardinalium hæreditates adirent, & licet forte ejusmodi consuetudo haud suffragata fuisset, nihilominus Cornetanus tam ignobili genere natus erat, ut ejusdem propinqui de mortui Cardinalis facultatibus Pontifici litem intendere, minime præsumpsiffent. Placuit ergo Alexandro Ducis Valentini consilium; non enim animi magis religiosi erat, quam ejus filius, qui Cornetanum unacum suis sociis veneno interficere animo constituit, cum vero haud ignoraret, quod illi Ducis fidem merito suspectam haberent, si ipsus eos ad cœnam suam invitaret, Papæ Patri suo auctor fuit, ut illos in ejusdem Cardinalis vinea a Vaticano parum diffita lautius haberet: itaque Papa se hujus sceleris socium Filio suo jungit, ad id haud alia devictus ratione, quam quæ ipsum jam pridem ad tot alia crimina impune perpetranda impulerat: hæc autem duntaxat erat immoderata honorum cupiditas, ac cæcum complacendi studium, quo scele-

sceleratissimis quibusvis postulata negare prohibebatur. Sæcul. XVI. A.C. 1503.

Ergo in præfata Cardinalis vinea sumptuosa præparatur cœna, ubi ciborum affluentia, & lautitia ex æquo certabant; ad hanc etiam vocantur Cardinales, quorum vitæ struebantur insidiæ. Præmittitur quidam Alexandri famulus in quibusdam lagenulis vinum toxico mixtum deferens, facto interdicto, ne sine Pontificis jussu ulli hoc vinum infunderet. Famulus id sibi prohiberi ratus, eoquod vinum esset ceteris magis generosum, hinc illud summo Pontifici ob æstivos calores summe sitienti, potumque ante cœnam petenti propinavit. Juxta nonnullorum Scriptorum testimonium nonnisi unica ampulla veneno infecta inter ceteras generosissimi Italici vini lagenas fuit allata, Pocillatoris tamen errore vinum vœnenatum fuit infusum, quamvis ipse ea de re admonitus esset, nihilque eorum prætermissum, quibus ejusmodi fatum præcaveri potuisset: cum autem tunc temporis maxima caloris vis esset, summus Pontifex, Duxque, ut sitim restinguerent, vix ad vineam delati potum sibi præberi postularunt, ac Pocillator, licet summa sollicitudine edoctus fuisset, incaute Alexandro, ac Valentino Duci vinum toxico mixtum infudit. Referunt alii, illud ab alio quo-

Secul. XVI A. C. 1503.

dam famulo sceleris ignaro; fuisse propinatum, cum interea Pocillator veneni admixti conscius, ex negotio aliorsum abiisset. Ut ut hæc sint, vix ambo potum sumebant, jam veneni vis sese exerebat, & Pontifex, qui vinum modica aqua diluere solebat, quantocius acerrimis alvi doloribus corripiebatur, iis brevi in violentas convulsiones degenerantibus: Dux vero, qui nonnisi frigidam rubro vino tinctam bibebat, iisdem quidem symptomatibus afficiebatur, quæ tamen is ætatis robore superabat. Nihilominus utterque morbi causam haud ægre mente sua assequebatur, unde malo remedia maxime congrua quærebantur, quorum tamen nullo summus Pontifex morbi violentiam depellere poterat; quippe paucis post sumptum venenum horis ex vehementi nervorum contractione animam egit: Dux vero minori valetudinis dispendio venenum expulit, adhibitis omnibus, quotquot ars medica suppeditat, medicamentis; incluſus enim cujusdam mulæ adhuc spirantis utero mortem evasit, quamvis ob potentissimi veneni violentiam solidos decem menses lecto affixus, toto infirmitatis tempore acutissimis doloribus vexaretur, ac non modo capilli, atque ungues eidem deciderent, sed ex omnibus corporis partibus cutis deflueret.

Ducheſne hiſt. Pap. in vit. Alex. VI Leti vita Card. Borg Raynald ad an. 1503. n. 11

Cete-

Ceterum, quæ mox de Alexandri VI. obitu relata fuere, non omnino consonant relationi, quam de eodem argumento posteritati reliquit Petrus Martyr, ab ignobili oppido Angleria, ubi haud procul Mediolano natus erat, Anglerius dictus, quem Ferdinandus Rex Catholicus tum a consiliis habebat, juxta ejusdem enim relationem cuidam epistolæ insertam solus Valentini Dux quatuor illos Cardinales veneno enecandi consilium ceperat, summus vero Pontifex nefarii hujus facinoris minime conscius fuit; is tamen simulac hortum, ubi cœna parabatur, accesserat, ex negotio Pincernam, cui soli medicata lagena cognita erat, discedere jussit, Valentinus quidem petiit, ut alteri cuidam famulo Papa rem imperaret, idque etiam ejus precibus dabatur: ast nequidem quarta unius horæ parte evoluta, aliud occurrebat negotium, cui exequendo Pontifex Pincernam ceteris omnibus magis idoneum judicabat, proin illum eo ablegavit: Dux vero, ne in suspicionem caderet, aut secretum aperire cogeretur, obsistere minime ausus, duntaxat Pincernæ suggessit, ut eum, cui triclinii curam demandaturus esset, rem edoceret, idque a Pincerna omni, qua par erat, cautela præstitum. Verum ille, qui Pincernæ fuit subrogatus, aut

Sæcul. XVI. A.C. 1503

Petrus Martyr. Angler. epist. 264. ad Episc. Gratenſem.

Secul. XVI. A. C. 1503.

ex incuria, aut memoriæ lapsu moniti dati oblitus, aut forte inter amphoras vini salubris, ac veneno infecti discernere non valens Pontifici, Ducique potum petentibus de venenato ad Cardinalium necem destinato porrexit, quo hausto Alexander paucis post horis decima septima Mensis Augusti die, quæ in Sabbatum inciderat, e vivis eripiebatur, Dux vero, cum ætatis, ac virium vigore magis validus esset, remedio mox relato vitam servabat.

Raynald. ad ann. 1503. n. 11.

Ex MS. Diar. arch. Vatic sign. lit. I.

Denique Odoricus Raynaldus Baronii Continuator ex compluribus, ut inquit, *fide dignissimis manuscriptis Diariis* testatum relinquit, quod summi hujus Pontificis memoria ob gravem invidiam, quam in se concitaverat, ejusmodi calumniis de illius obitu sparsis infamata fuerit: Hic ergo extremi morbi fatum sequentibus describit: *Sabbato die decima* (*) *Augusti Anno Domini millesimo quingentesimo tertio mane Alexander Papa sensit se male habere, post horam vesperorum venit febris, quæ mansit continua, die decima quinta ejusdem Mensis extractæ fuerunt ei tredecim unciæ sanguinis, & supervenit febris tertiana: altera die accepit medicinam, die decima octava Augusti confessus est Domino Petro Episcopo Reatensi*

(*) *In Odorico legitur* duodecima.

ſi (*) *qui deinde coram eo Miſſam dixit,* Sæcul. XVI.
& poſt Communionem ſuam dedit Papæ in A.C.1503.
lecto Sacramentum Euchariſtiæ, quod ipſe ſummo pietatis ſenſu, ut majorem ſubmiſſionem teſtaretur, quamvis viribus fractus, in ſede ſua erectus recepit. *Interfuerunt quinque Cardinales, videlicet Cuſentinus, Montis regalis, Arborenſis, Caſanova, & Conſtantinopolitanus, quibus finita Miſſa Pontifex dixit, ſe pejus ſentire. Hora veſperorum data ſibi extrema unctione per Epiſcopum Reatenſem exſpiravit, præſentibus Epiſcopo, Datario, & nonnullis famulis, qui tum in cubiculo aderant.* Hæc relatio, utpote ex diario Borgianæ familiæ decerpta, merito ſuſpecta habetur, nec tot aliis absque partium ſtudio conſcriptis præhabenda (**).

§. VII.

(*) *Ibidem habetur* Culmenſi.

(**) *Hæc teſtatus eſt Burchardus teſtis oculatus, proin omni exceptione major, qui in ſuis notis Diariis, quas vivente Alexandro ac Valentino Duce conſcripſit, non raro utrumque ſuggillavit, pluris igitur habendus, quam Jovianus Pontanus, Sanazarius, Guicciardinus, pluresque alii iniqui calumniarum Scriptores, maxime ubi ipſa tam varia fama merito facti veritatem ſuſpectam reddit, cum alii teſtentur, Alexandro a pincerna pecuniis corrupto, alii*

INCER-

Sæcul. XVI.
A.C. 1503.

§. VII.

Pontificis ærarium a Valentino Duce ſublatum.

Raynald. hoc ann. num. 12. Volaterran. ut ſupra.

Alexandro fatis functo, Valentini Dux graviſſime decumbens, Michaelitio negotium dedit, ut omnes Pontificii conclavis portas ſedulo clauderet; idem ipſe Cardinalem Caſanovam, quem forte obvium habuit, inſequebatur commi-natus, eum e feneſtra dejiciendum, aut laqueo ſuffocandum, niſi quantocius Pontificii theſauri claves traderet, quas ille minis territus nulla mora Michaelitii manibus conſignavit: hic vero inde abiens, apertis foribus ſecretiora quævis ſcrinia ſcrutatur, atque omne aurum, argentumque, quod defunctus Pontifex corraſerat, confeſtim aufferri jubet. Ferunt, centena Ducatorum millia, ab eo fuiſſe inventa; id tamen a veritate deflectere

INCERTO AUCTORE, alii conſcio duntaxat Valentino Duce venenum fuiſſe porrectum ſcribant, denique alii totam hanc relationem ad fabulas & ſatyras rejiciant, alii Papam ex morbo naturali deceſſiſſe referant. Vide Petrum Bembum l. 6 hiſt. Venet. Stephanum Forcatulum lib. 4. de Philoſoph. Ægidium Cardinalem, Victorellum in addit. ad Ciaconium, Bzovium, & alios.

flectere videtur, cum paulo ante Pontificis ærarium, ubi Valentini Dux pecunias postulabat, penitus exhaustum memoraverimus: Certum porro est, Michaelitium, quicquid reperire poterat, abstulisse, ac thesauro in securitatis locum deportato omnes portas aperuisse, mortemque Alexandri publicasse, ejus domesticis mox Pontificis vestiarium deprædantibus, quod tamen minus pretiosum erat. Sæcul. XVI. A C. 1503.

§. VIII.

Alexandri VI. exequiæ.

Post hæc defuncti Pontificis cadaver ad Vaticanam Basilicam defertur, Cardinales vero, ut funebri pompæ assisterent, ad Ecclesiam S. Mariæ supra Minervam venire rogantur. Monentur quoque omnes Clerici ac Religiosi, ut Palatium accederent, funus ad Ecclesiam S. Petri comitaturi, ad quam Pontificis corpus a quatuor pauperibus deferebatur, trecentis aliis, qui cereas faces albi coloris gestabant, præcedentibus. Instructa funebri hac pompa, contentio exorta est inter milites, ad agendas in Palatio excubias relictos, necnon inter alios pro deferendis facibus selectos; cum enim hi ab illis per vim facibus spoliarentur, tam vehementer utrinque

Sæcul. XVI. A.C. 1503.

trinque contendentium exarsere studia, ut cunctis auffugientibus defuncti Pontificis cadaver solum relinqueretur, atque ipsimet Ministri Papales illud ad Altare majus deferre cogerentur.

§. IX.

Papa fatis functo mutata Italiæ facies.

Raynald. ib. Post Pontificis obitum ingens erat rerum vicissitudo; Sabellius enim Curiæ Romanæ Præfectus cunctos, quos Papa defunctus carceribus mancipari jussit, libertati restituit; redeunt ergo ad suas ædes Ursini, qui Hispanos mensarios exspoliari jubent; septem quoque alii Principes ad suas quisque ditiones revertuntur; Vitellii Tifernum, Bagliones Perusium, Appiani Plumbinum, Mont-Felitrenses Urbinatem Ducatum, Vanellii Camerinum, Sfortiæ Pisaurum, ac denique Roverii Senogalliam repetunt: Incassum tamen Romandiolæ Provincia ad pristini sui Principis obsequium, aut saltem Sedis Apostolicæ dominium redire sollicitabatur, civibus alterutri sese subjicere recusantibus, atque in Valentini Ducis fide non sine omnium admiratione persistentibus.

Cum

Cum vero Urſini Romam reduces, adverſus Columnenſes, qui æque urbem repetebant, arma ſumerent, res ad maximum belli civilis incendium ſpectare videbatur; unde Conclave dilatum eſt, quod tamen in ædibus Minervæ parabatur, ubi ſexdecim Cardinales congregati Raguſinum Epiſcopum in Romæ Gubernatorem nominabant, adjectis in corporis ſui cuſtodiam ducentis ſatellitibus: Præterea Salernitanum Archiepiſcopum S. R. Eccleſiæ Theſaurarium eligunt, atque rupto Alexandri VI. ſigillo Piſcatoris annulum Cardinali Caſænovo Datario tradunt. Poſtea ſuppellectilis a defuncto Papa relictæ commentarium conſcribunt, ubi, quamvis Michaelitius, quæcunque pretioſiora cenſebat, abſtuliſſet, nihilominus tamen arcula viridi ſerico contecta reperiebatur, quæ nonnullas continebat gemmas plusquam viginti millium aureorum pretium æquantes. Sæcul. XVI. A.C. 1503.

§. X.

Gallorum exercitus Romæ proximus.

Ingens, nec vanus Cardinales agitabat timor, ne Franciæ, ac Hiſpaniæ exercitus Romam invaderent, Conclavis libertatem præpedituri: Ludovicus enim urbem invadere juſſit, jamque Helvetiorum

Secul. XVI. A.C. 1503. rum agmen iter aggrediebatur, cui tamen juxta Regis vota propius civitatem accedendi ſpacium haud relictum eſt, nec plus Regi datum, quam ut Salutiarum Marchioni præciperet, claſſem ſuam inſtrueret tot militibus, quot ex Cajeta, quin tamen urbem præſidio nudaret, educere poſſet, demum vero ad oſtiæ portum procurreret, & Conſalvum a Romanæ urbis aditu arceret, ne forte ipſe Purpuratos in novi ſucceſſoris electione ad ſua vota compelleret. Regis mandato obtemperat Marchio, Oſtiamque pervenit, ac quatuor millia, Veteranæ militiæ viros claſſi imponit, eisque in loco tam opportuno caſtra deſignat, ut adventantis Conſalvi metu omnino liberi eſſent. Eodem etiam tempore Mantuanus Marchio cum ſuis copiis iter ſuſcipiebat, ſuoque adventu Valentini Ducem ſenſim priſtinæ ſuæ ſanitati reſtitutum præpediebat, ne Hiſpanis junctus, arma in Gallos converteret.

§. XI.

Cardinalis de Ambaſia Pontificatum ambientis artes.

Nihilominus Valentini Dux, cum ſuæ etiam ſecuritati haud ſatis cautum eſſe cerneret, odio, quo in Gallos ferebatur, imperare, ac Cardinales Franciæ rebus

rebus ſtudioſiſſimos ſibi conciliare ſa- Sæcul. XVI.
tagebat; quocirca Sanſeverinatem Car- A. C. 1503.
dinalem, & Matthæum Tranſivum Ludovici Regis Romæ Oratorem perhonorifice invitabat, ut eum inviſere vellent: Nec illi obſequium recuſant, eosque Dux, ne præteritas exequerentur injurias, rogat, juramenti religione conteſtatus, ſe ſemper inviolabili fide Gallis adhæſurum, nec ultra adverſum ſe querendi locum eis daturum: ut vero promiſſorum facilitati promptior fides adhiberetur, ſe tam a Columnenſibus, quam Hiſpanis offenſum, utriusque fidelitatem ſibi ſuſpectam habere profeſſus eſt: Cum vero inſuperhabita hac declaratione ſe a Gallis comprehendi pertimeſceret, pluribus criminis atrocitatem efferebat, quo ſeſe contaminarent, ſi ipſius vitam hoſtium ſuorum furori litare præſumerent.

Equidem Cardinalis, atque Orator hac promiſſorum amplitudine parum movebantur, nihilominus verbis fidem adſtruere ſimulabant; quippe Cardinalem de Ambaſia ad Papatum evehere cupiebant, id vero absque Ducis amicitia conſequi deſperabant. Idem ipſe Cardinalis Vir ambitione inflatus, ac Pontificiæ dignitatis cupidiſſimus, ut hanc adipiſceretur, Aſcanio Sfortiæ Cardinali in Galliis captivo libertatem procuravit, ſpe fretus, illum ex gratitudinis lege ejus commo-

Sæcul XVI A.C. 1503.

dis, votisque inserviturum; quapropter Sfortia non modo liber dimittebatur, sed etiam restitutis omnibus ejus bonis magnifico comitatu honorabatur: Præterea Sanseverinas, atque ipse Regis Orator, qui Cardinalis de Ambasia ambitioni suffragabantur, Valentini Duci fidem dederunt, certam ipsi, eamque maximam spem in Galliarum Regis præsidio repositam esse, iis tamen legibus ut I. copias suas Gallicis jungeret, quamprimum securitati ejus plene cautum esset, II. nil inausum, intentatumque relinqueret, ut Cardinalis de Ambasia in summum Pontificem eligeretur. Cuncta se effecturum Dux spopondit, unde fœdus sancitur, adjecto quodam secreto articulo, qui de Gallici hujus Ministri electione ad Papatum agebat, Duxque nonnullos recensuit Cardinales, quorum assensum omnino certum asserebat, imo quamvis illis necdum collocutus fuisset, pro eorum tamen suffragiis cavebat. Enimvero oppido mirum videtur, quod Galli promissis, quæ non modo suspecta videbantur, sed re ipsa penitus inania habebantur, fidem adstruere non dubitarint.

§. XII.

§. XII.

Secul. XVI. A.C 1503.

Conclavis initia.

Dum interea ejusmodi artibus ludebatur, ad proximum Conclave necessaria disponuntur, die vero vigesima nona Augusti Cardinales Congregationem celebrant, ut prius Romanæ urbis tranquilitati salutaribus consiliis prospicerent. Ergo Carolum Alusium viginti millium exercitui præficiunt, eodemque tempore platearum fauces firmo obice obstrui, atque catenis claudi jubent, ne equitantibus accessus pateret. Fidem quoque suam sacro Collegio obstrinxit arcis S. Angeli Præfectus, jurans in verba Medicæi, Cæsarini & Sanctæ Crucis Cardinalium, ipse vero Hispaniæ Legatus se obtulit sponsorem pro Præfecto, qui eodem die Cajetanum Bernardinum Alviatum Abbatem, Cameræ Auditorem, Jacobum de Sanarello, aliumque Abbatem, postquam de viginti Ducatorum millibus caviſſent, libertati restituit: sub idem autem tempus Hispani Ursinorum Palatio in Monte Jordano ignem subjiciebant.

§. XIII.

Sacrum Collegium Valentini Duci reconciliatum.

In alia Congregatione, quæ in Ecclesia S. Mariæ supra Minervam habebatur,

Sæcul. XVI A.C. 1503. decreverunt Patres, quod concordiæ pacta cum Valentini Duce ineunda essent, cum ille sese S. Collegio subjecturum polliceretur, unde Pandolpho, qui Cameræ Apostolicæ a secretis erat, datum est negotium, ut cum Agapito Damelia, qui Duci ab Epistolis fuit, conferret. Pandulphus in sequenti Congregatione prælegit pacta ab Agapito firmata, quibus Dux spopondit, se non modo S. Collegium, sed singulos Cardinales, Romanos Nobiles, cives, & populum pro viribus defensurum, ac Cardinalium Palatia præsidiis munisturum. Post hæc Cardinales, ut pro exequendo hoc fœdere Ducis fidem fortius sibi obstringerent, sanciebant supremum Pontificii exercitus imperium, donec novus Papa eligeretur, eidem esse deferendum, adjectis etiam solitis honoribus, ac stipendiis; præterea statutum, quod Conclave in arce S. Angeli celebrandum esset, Prospero autem Columnæ necnon Ursinis, sacri Collegii auctoritate inhibendum, ne Romam adirent, eoquod ceteri ab illis electionis libertatem turbari pertimescerent: Prosper tamen spreto Cardinalium interdicto eadem die urbem ingressus est, & apud sacrum Collegium, eoquod illi non obtemperasset, sese exposita excusatione purgavit. Sub idem ferme tempus Ludovicus Ritilianus, & Fabius Ursinus cum ducentis equiti-

equitibus, totidemque peditibus Romam ingrediuntur, pluresque domos, atque inter ceteras Casani Cardinalis Palatium deprædantur. Comperta horum insolentia ambos urbe excedere compellunt. Sæcul. XVI. A.C. 1503.

Proxima feria sexta duodecim nominantur Cardinales, qui cum Imperatoris, Franciæ ac Hispaniæ Regum Oratoribus, necnon Venetæ Reipublicæ Legato, ejusque Secretario conferrent, eos, ut Valentini Ducem Roma exire juberent, inducturi, simulque illis exposituri, decentiæ legibus minus congruum reputari, quod Hispaniæ, ac Galliæ Oratores quosdam suæ Nationis viros ad se allicerent: postquam ergo hac super re diu utrinque disceptatum, tandem iidem Oratores sacri Collegii votis cesserunt, atque in Vaticano Valentini Ducem adierunt, supplices, ut cum suis copiis, quas Romanæ urbi intulit, egrederetur: ille vero reposuit, se nec in suo Palatio, nec in urbe securum habere locum, proin copias eo consilio adductas dimittere haud posse. Oratores percepto responso Duci offerunt, se eidem cum duobus, aut tribus domesticis, vel in suis ædibus, vel in arce S. Angeli habitationem paraturos. Arcem Dux selegit, dummodo ad libertatis suæ secu-

Sæcul. XVI A. C. 1503

ritatem quoddam militum ſuorum agmen ſecum ducere poſſet, ceteros miſſos facere pollicitus: verum re indeciſa Oratores receſſere; cum enim Cardinales, niſi arce S. Angeli potirentur, electionis libertati haud conſultum eſſe exiſtimarent, eam Ducis poteſtati relinquere omnino recuſabant.

§. XIV.

Valentini Dux pactis conditionibus Roma exire pollicitus.

Attamen arcis Præfectus Cardinales, ut ibi Conclave celebrarent, recipere renuit, cauſſatus, ſe promiſiſſe, quod illam futuro Pontifici conſignaturus eſſet, proin nolle ſe datam fidem violare. Interea die trigeſima Auguſti Romam venerunt Jacobus Senenſis Cardinalis, moxque prima Septembris, quæ erat feria ſexta, in Neapolitani Cardinalis Palatio Congregatio habetur, ad quam vocabantur Oratores, quibuscum, ut Valentini Dux Roma excedere compelleretur, ſequentes ſtatuebantur articuli. I. Integrum ſit Duci cum omnibus copiis ſuis, belli tormentis, ac neceſſario commeatu de urbe, ac Eccleſiæ ditionibus excedere. II. Populus Romanus fidem det, ſe eundem nullo pacto laceſſiturum, cunctaque, quibns indigeret, etiam equos ad

ad trahenda tormenta requisitos suppeditaturum. III. Sacrum Collegium illi liberum per Romandiolam, aliasque sui dominii terras transitum concedere promittat. IV. Vicissim vero Dux fidem suam obstringat, se omnino impediturum, ne populo, aut palatiis ad delectationem constructis, vel armentis ullum damnum inferatur, nec minus se post triduum Roma egressurum, postera vero die Prospero Columnæ, ut de eadem urbe exiret, præcepturum: Cæsaris autem ac Regis Catholici Oratores suorum Principum nomine pollicebantur, se prohibituros, ne Valentini Dux, aut Columnenses, sede vacante, ad decem leucas urbi appropinquarent. Id ipsum pro Ursinis Franciæ Legatus promittebat: his articulis a Valentino Duce firmatis populus Romanus Hispanorum Oratoribus spopondit, se nullatenus passuros, ut vel ipsis, vel eorum ædibus damnum, aut injuria inferatur. Præterea Franciæ Orator sibi S. Angeli arcem tradi petiit, sed repulsam tulit. Sæcul. XVI. A.C. 1503.

§. XV.

Cardinalis de Ambasia, aliique Purpurati Romæ.

Postea Cardinalis de Ambasia cum Ascanio Sfortia, & Arragonensi Cardina-

Sæcul. XVI. A.C. 1503. dinalibus ex Galliis profectus est, Papatum aucupaturus: ast Romam delatus nuncium accepit, dilatum esse Conclavis ingressum, nec Cardinales sacris hisce comitiis initium daturos, donec Valentini Dux cum copiis suis urbem reliquisset. Adeo æqua erat Cardinalium petitio, ut Cardinalis de Ambasia oblutari minime auderet, quin imo pollicitus est, nequidem Gallorum copias, quæ tum Nepitæ castra tenebant, Romam accessuras, quamdiu Cardinales in Conclavi, quod haud ultra differretur, hærerent. Demum Cardinale Cornario Romam adveniente, insonantibus tubis edictum promulgatur, quo indicta mortis pœna prohibebatur, ne quis Valentinum Ducem, suosque injuriis afficere præsumeret; die vero secunda mensis Septembris Dux positis insignibus in lectica occlusa Roma abiit, quem Cæsarinus Cardinalis prope portam, quæ ducit ad Montem Marium, præstolabatur, sed eum jamjam transiisse, ac Neapolim versus iter arripuisse compererat; paulopost Cardinalis etiam Sanseverinas abeuntem secutus est.

Cum vero Roma crebris tumultibus agitaretur, defuncti Pontificis exequiæ non nisi quarta Septembris die, quæ erat feria secunda, inchoatæ fuerunt, eodem-

demque die Julianus Cardinalis S. Petri ad vincula, necnon Comenſis Romanam urbem adventu ſuo honorarunt, proin in ſacro Purpuratorum Collegio quadraginta ſeptem recenſebantur Cardinales, ex quibus triginta octo non impediti ſacris comitiis initium dederunt. Sæcul. XVI. A.C. 1503.

§. XVI.

Cardinales Conclave ingreſſi.

Ergo Palatium Vaticanum ex veteri more pro ferendis ſuffragiis ſeligitur, ac pro Cardinalibus triginta & octo parantur cubilia; illud vero, quod in prioribus comitiis Alexander VI. Papa occupabat, Senenſi Cardinali obtigit, idque a plerisque in proſperum omen acceptum eſt, quamvis illi, qui de Papatu contendebant, ſinguli potius artibus, ac amicorum ſuorum favoribus, quam probitatis, ſcientiæ, ac virtutis ſuffragio ad ſupremam hanc dignitatem vocari ambirent; has enim prærogativas velut vana nomina negligere videbantur. Inter ceteros Cardinalis de Ambaſia Rotomagenſis Archiepiſcopus ſpe ſua proximus accedere, apertiusque Papatum appetere videbatur, cujus tamen ambitionem Julianus Ruvereus, alias Cardinalis S. Petri ad vincula dictus omni, quo potuit, modo eludere conabatur, *Marian lib.* 28. *n.* 14. *&* 18.

Sæcul. XVI. A. C. 1503. qui quamvis arctis amicitiæ vinculis Galliarum Regi adstrictus, semperque huic nationi addictissimus crederetur; nihilominus in Pontificatus adeptione neminem præferri sibi patiebatur. Consalvus quoque, magnus ille Bellidux, Regis sui commoda procurare sollicitus, artibus suis Conclavis libertatem turbare conabatur, dum adjuncta amicorum suorum auctoritate Bernardinum Carvajalum Cardinalem potenter fulciebat: In nullum tamen ex hisce tribus Competitoribus eligentium suffragia conspirabant, ut mox perspiciemus.

§. XVII.

Juramentum ante electionem a Cardinalibus præstitum.

Marian ib. n. 18. Igitur cunctis Cardinalibus Conclave ingressis, præleguntur articuli olim ab Innocentio VIII. decreti, sancitur-que, ut quilibet eos describeret, ac octodecim eorum postera die, quæ addenda vel demenda censerent, sacro Collegio referrent, quod & effectui datum: iidem quoque Cardinales communi omnium suffragio ante electionem decernebant, ut is, quicunque Pontifex renunciaretur, jurata fide promitteret, se intra biennium Generalem Synodum contra vocaturum, eandemque singulis tribus annis

annis repetendam, lege in omne tempus lata; ut tandem reſtituta Eccleſiæ diſciplina, ac ſanctitate, ſuperioris temporis licentia ubique latius ſerpens reprimeretur, ac Curiæ Romanæ abuſus abolerentur. Una omnes, ſe hoc decretum, quod deinceps Eccleſiaſtici Canonis vigorem obtineret, integra fide adimpleturos, juramenti religione ſeſe obſtrinxerunt, demum vero ad electionem proceſſerunt. Sæcul. XVI. A.C. 1503.

§. XVIII.

Cardinalis Aſcanius adverſus Cardinalem de Ambaſia.

Equidem Cardinalis Aſcanius Sfortia ſpecietenus Cardinali de Ambaſia favebat, re tamen ipſa ejusdem conſilia evertere conabatur, hinc cum Franciſcum Piccolominæum Senenſem Epiſcopum, Pii II. ex Sorore Nepotem eidem potiſſimum adverſari cognoſceret, in hunc ipſum plurimorum ſuffragia inclinare ſatagebat, cum aliunde Aſcanius naturæ ſuæ genio Gallis minus propenſus foret; mæſta enim carceris, cui incluſus fuerat, imago identidem ob ejus oculos verſabatur, nec ipſa quoque recuperata libertas, atque honores, qui illam comitabantur, perpeſſæ calamitatis memoriam obliterare poterant; præterea iniquo

Sæcul. XVI. A C 1503. quo ferebat animo, fratrem ſuum adhucdum Lochiæ captivum detineri, nec ad ſuas preces, nec ad Maximiliani Imperatoris, qui hujus libertatem expoſcebat, juſſa liberum dimitti. Denique Aſcanius, ac ne id quidem temere ſibi perſuadebat, Gallos, ſi Cardinalis de Ambaſia eligeretur, abs dubio Romæ dominatum quaſi, ſupremumque imperium exercituros, ac Neapolis Regnum ingreſſos, ceterorum Cardinalium juribus plurimum obfuturos: ſi vero Cardinalis Gallis infenſus ad Papatum aſſumeretur, Romanæ urbis libertatem ſalvam fore, nec Neapolis Regnum tanta facilitate Gallorum imperio ſubjiciendum. Ergo Aſcanius his rationibus permotus, Cardinalibus, quos ſibi addictos habebat, colloquitur, eosque, ut Picolominæo ſuffragari ſponderent, inducit; Ducem quoque Valentinenſem ſollicitat, quem tamen præter exſpectationem flecti neſcium experiebatur: quapropter cum hunc, ejusque ope ipſi adhærentes Purpuratos ad ſua vota pertrahere deſperaret, ſeorſim cum ipſismet agere ſtatuit, tantoque rationum pondere eos adoritur, ut una omnes Aſcanii conſiliis aquieſcerent, palamque a Valentinenſi Duce deficerent, ex quo Cardinalis de Ambaſia bina, eaque firmiſſima Papatum aucupandi ſpe dejectus,

jectus, nilnisi unicam viam adhuc re- Sæcul. XVI.
liquam habebat, per quam forte solium A.C 1503.
conscendisset, si occasionis opportunitatem in rem suam vertere sciviſſet.

§. XIX.

Cardinalis de Ambasia a Juliano delusus.

Quippe Cardinalis de Ambasia Gallorum exercitum, qui tum Viterbii stationem tenuit, ad imperii sui nutum paratum habebat, atque identidem Belliduces animi relaxandi gratia Romam petebant; præterea sibi summopere propensos noverat Marchionem Mantuanum, Cadomi Prætorem, ac Saudricurtium, qui sub Trimollio Duce copiis imperabant, His si vel verbo mentem suam aperuisset, mox totus Gallorum exercitus usque ad urbis mœnia castra extendisset, nec eis vero similis defuisset obtentus; quippe cum populo ad seditionem concitato Conclavis libertati minime cautum esset, copiarum irruptio facile illud custodiendi prætextu honestari, sicque fieri potuisset, ut forte Hispani, atque Itali Cardinales, tanto militum numero cincti, ne ad promissi fidem Gallis servandam compellerentur, vim metumque electione Cardinalis de

Amba-

Sæcul. XVI. A.C. 1503 Ambasia redimerent (*). Ast Cardinalis S. Petri ad vincula veritus, ne fors quisquam Ambasienſi ejusmodi consilia ſuggereret, cum ipſemet adipiſcendi Papatus cupidiſſimus eſſet, malo obviare conſtituit, quapropter Competitorem ſuum adiens: „Pontificatum quidem, ait: „ plurimorum ſuffragiis tibi dari „ haud diffiteor, id vero verendum, „ ne frequentior Gallicorum Bellidu- „ cum acceſſus ad Romanam urbem, „ & Conclavis tranquilitatem perturbet, „ & electioni tuæ obſit, quinimo ſi „ etiam deſignatus eſſes Pontifex, non „ immerito conquerentur, electionem „ tuam minime liberam fuiſſe, indeque „ novum ſchisma orietur. Itaque cenſeo, „ mox omnes Gallicos milites ex urbe „ ad caſtra remittas. „

Cardinalis de Ambasia artificioſæ huic orationi faciles aures accommodabat, Gallos Roma exire jubebat, eoque aſſentiente pro Conclavis cuſtodia Italicæ conſcribuntur copiæ, quibus ejusdem nationis Duces præficiuntur: igitur Cardinalis S. Petri ad vincula, cum ea, quæ intenderat, quodammodo obtinuiſ-

(*) An hæc legitima Papatum conſequendi via fuiſſet, Lector Catholicus dijudicet.

tinuiſſet, artibus ſuis pugnare perrexit, & quamvis ſe hac vice minime eligendum probe cognoſceret, alteram tamen electionem ſibi magis propitiam ſperabat, unde in Cardinalem Piccolominæum, quem multo ſenio preſſum, vix uno menſe adhuc vita ſuperſtitem credebat, Cardinalium ſuffragia inclinare conabatur, quamvis ceteroquin eidem parum propenſus eſſet. Magna erat Hiſpanorum Cardinalium admiratio ad tam inopinum hujus Purpurati conſilium, qui tamen eos allocutus: „ Abeſt a me, „ inquit, perverſum ſimulandi ſtudium, „ in Piccolominæum oculos meos con- „ jicio; hunc enim capitalem Gallorum „ hoſtem exiſtimo, eo etiam pacto Re- „ gum Catholicorum patrocinium pro- „ merebimur. „ Valuit ſucceſſus; quippe non modo hi Cardinales, ſed etiam Alexandri VI. clientes novæ huic factioni acceſſerant, quam Itali auxerunt, veriti, ne exterorum quisquam Papatum aucuparetur: unde Cardinalis S. Petri ad vincula, cum tertiam ſuffragiorum partem certam haberet, palam Piccolominæo favit, cui etiam Aſcanius, Volaterranus, aliique nonnulli Cardinales ſua ſtudia addixerunt: hinc poſtera die decima ſeptima Septembris Vaticanæ Eccleſiæ Cuſtos quamdam portam lapidibus obſtructam, quæ ad Piccolominæi cubile

Sæcul. XVI. A.C. 1503.

Secul. XV A.C. 1503. cubile ducebat, aperire juſſit, quemdam ex ejus famulis ad illum mittens, qui Cardinalem de proxima ipſius electione certiorem faceret.

§. XX.

Cardinalis Senenſis Papa electus ſub nomine Pii III.

Mariana lib. 28. n. 18. Petr. Delph. l. 7. epiſt. 84.

EO tempore Cardinalis Senenſis lecto affixus hærebat, ejus tamen rebus Cardinalis S. Georgii, aliique proſpexerunt, tandem vero ad ſuffragiorum ſcrutationem proceditur, ubi idem Cardinalis plurimorum vota tulit, ac trigeſimo quinto (*), quo Conclave tenebat, die, vige-

(*) *Quod Conclave triginta quinque dies tenuerit, manifeſta eſt hallucinatio; ipſe enim Continuator §. XV. teſtatur, non niſi quarta Septembris die exequias defuncti Pontificis inchoatas fuiſſe, quæ de more novemdiales ſunt, proin Cardinales nonniſi octo vel novem diebus in Conclavi congregati hærebant; hæc Continuator ex Volaterrano diſcere potuiſſet, qui lib. 22. cum aliis refert.* Die XXX. vacantis Sedis Cardinales Conclave ingreſſi, octava poſt die Piccolomineum creant, cujus fama bonitatis animi omnium ad bene jam de religione, deque rebus humanis ſperandum excitati fuere. *Ex quo, omniumque Scriptorum teſtimonio*

vigesima secunda Mensis Septembris summus Pontifex renuntiatus, Pii III. nomen assumpsit, in memoriam Pii II. summi Pontificis, cujus ex Sorore nepos erat. Hujus Viri electio summo totius Orbis applausu excepta est; jamdiu enim communis omnium opinio illum cunctis suis Competitoribus longe præferendum censebat. Enimvero nullus ad extirpandas, quæ sub nupero Pontificatu vigebant, corruptelas magis idoneus erat, nec novæ dignitatis sublimitas pristinam ejus vivendi rationem immutabat; nam exulabant ab eo arrogantia, superbia, ac ferocitas, nil asperum in moribus, nil molle in corporis habitu præseferebat, semper ut antea modestus, comis, atque ad prudentiæ leges compositus, necnon fervens in eo ardebat studium Ecclesiæ, ac præsertim Curiæ Romanæ mores severiori censura perstringendi, ac tetram labem quorumdam Cardinalium amovendi, qui fastu, luxu, aliisque turpioribus vitiis purpuræ, qua induebantur, splendorem obscurabant: Electum igitur quanto- Sæcul. XVI. A.C. 1503.

nio patet, ea omnia, quæ Continuator de artibus in ejus electione adhibitis refert, conficta esse, cum sine teste recensentur, & a Ciaconio, Odorico Raynaldo, Panvinio, Paggio, Bzovio, aliisque Scriptoribus omnino taceantur.

Sæcul. XVI A.C.1503.

quantocius Cardinales sacro pedum osculo, & Pontificiis insignibus honorant, quo facto Cardinalis S. Georgii aperta Conclavis fenestra ejusdem electionem populo annunciabat, demum vero Papa ad Ecclesiam S. Petri delatus, cum ob cruris dolores in genua procumbere haud posset, caput inclinando nec ultra se erigens, Altare, cui postea imponebatur, salutabat, quibus peractis Hymnus Ambrosianus decantabatur.

§. XXI.

Neo-electus Papa Sacerdos, atque Episcopus initiatus, ac demum coronatus.

Post hæc neo-electus Pontifex omnes Cardinales suos sub Basilicæ Vaticanæ porta majori valere jubet, atque ad Palatium suum defertur; postera vero die S. Collegium ad alloquium admisit, ingensque testificabatur desiderium, ut a Cardinale Neapolitano sacrum Presbyteratus Ordinem recipere posset, eo autem recusante Cardinalem S. Petri ad vincula adiit, qui die trigesima Septembris hisce cæremoniis functus est: Die autem vigesima nona ejusdem Mensis, quæ erat feria quarta, non sine ingenti dolore duas in crure incisiones perpessus est;

est; nihilominus prima Dominica Octobris a præfato Cardinale Episcopus consecratur, altera vero die Valentini Dux cum suis equitibus, ac pedestri agmine Romam reversus, in Palatio Vaticano domicilium fixit, eumque proxima feria tertia Cardinalis tit. S. Praxedis invisit. Demum die octava Octobris, quæ in Dominicam incidit, summus Pontifex super gradus Ecclesiæ Vaticanæ a Cardinale S. Georgii solemni pompa in Pontificum inaugurationibus consueta, Tiaram recepit. Sæcul. XVI. A.C. 1503.

§. XXII.

Papa Gallis aperte adversatus.

Neo-electus Papa solio vix conscenso, quantocius Gallos ex ditionibus Ecclesiæ excedere jussit, ipsum quoque Cardinalem de Ambasia durius habuit, qui a Romanis illusus, cum Ursinis & Baglionibus novum fœdus inire moliebatur, hi vero, quamvis ex Gallorum ære copias conscripsissent, cum Valentini Ducem a Gallis defendi cernerent, iis relictis sua studia Hispanis devoverunt. Dux hac rerum vicissitudine territus, ac Romæ securitati suæ minime cautum esse ratus, Jordanum Ursinum unicum hujus familiæ surculum adhucdum Gal- *Raynald. hoc ann n. 12 Raph. Volater. lib. 22.*

Sæcul. XVI A. C. 1503. lis addictum ſupplex adiit, ut eum in arcem ſuam recipere vellet.

§. XXIII.

Urſini Valentinenſem Ducem capere moliti.

Cum vero Valentinenſis ductore Jacobo Sillyo Cadomi Prætore plusquam centum armatorum præſidio munitus, ad arcem deduceretur, Urſini in eum, ipſumque agmen irruunt, ac tertio impetu in illos facto, ingenti clade affectos profligant. Sillyus inter hæc arcta prehenſus, nil reliquum habebat, quam ut lectica, in qua Dux ferebatur, in medio ſuorum poſita per gladiorum acies erumperet, ac ferro ſibi viam Romam verſus aperiret; nihilominus graviſſime ſaucius ægre per ultimas cædes elabitur, Ducemque hoſtium furori eripit, qui ad arcem S. Angeli fuga ſibi conſuluit, a Præfecto perbenigne exceptus; hunc enim Ducis Pater amplis favoribus cumulabat, nec neo-electus Pontifex officio ſpoliabat. Tandem etiam die duodecima Octobris feria quinta Romæ promulgata eſt armorum ſocietas Columnenſes inter & Urſinos eo fine inita, ut in Neapolis Regnum adverſus Gallos Hiſpanis auxilia ſubmitterent: Verum ſummo Pontifici adverſa valetudine preſſo, nec diu vita ſuper-

superstiti hujus fœderis eventum præsto- Sæcul. XVI.
lari invidia mortis haud indulsit. A.C.1503

§. XXIV.

Pii III. Pontificis obitus.

Jam sexto post electionem die summus Pontifex adeo molesto, gravique morbo opprimebatur, ut ab illo temporis puncto publicis negotiis incumbere præpediretur, ac postquam viginti omnino dies in exigua salutis suæ spe animam traheret, plurimum ingravescente morbo Sacrum Viaticum a suo conscientiæ Moderatore, ac demum extremam unctionem sibi administrari postulavit, quibus perceptis circa meridiem vigesimo sexto ab electione die animam Deo reddidit, communi omnium recte sentientium luctu, qui Pium velut Virum pro bono, ac honore Ecclesiæ divinitus datum, atque ad reparandos præteriti temporis abusus maxime idoneum venerabantur. Quorumdam Historicorum opinio est, illum veneno, quod ei Pandolphus Petruccius Senarum Gubernator propinasset, fuisse sublatum. Corpus ejus Pontificali habitu ornatum, ad exterius cubile deferebatur, atque in quodam lecto, qui sericis velis viridis coloris coopertus erat, exponebatur. Ast haud diu ibidem relictum, sed ad cubile, ubi animam egit, trans-

Marian. l. 28 n. 18.

Raynald. hoc ann. n. 18.

Sæcul. XVI. A. C. 1503. translatum fuit, & postquam ejus obitus Pœnitentiariæ tabulis inscripus erat, recitato mortuorum officio ad Ecclesiam S. Petri in Capella Sixtina repositum est, & usque ad feriam quintam publice expositum permansit, inde autem circa horam diei tertiam, præcedentibus omnibus Clericis, qui accensos gestabant cereos, a famulis suis ad Sacellum S. Georgii portabatur, ibique justis funebribus de more persolutis, in Mausoleo, quod sibi aliquo ante obitum tempore extrui curavit, conditum fuit. Intererant exequiis quindecim Cardinales, ac re divina per Cardinalem S. Petri ad vincula peracta, Dominicus Crespus defuncto oratione funebri parentavit : Post hæc Palatii Apostolici custodia Tarentino Archiepiscopo demandata est, Salutiarum vero Marchio defuncti Pontificis Nepos eodem adhuc die sese ad Patrui sui ædes recepit.

§. XXV.

Molimina Cardinalis S. Petri ad vincula pro Papatu.

Papyr. Mass. in Jul. II. Ægre Cardinalis S. Petri ad vincula exequiarum finem præstolabatur, ut ad assequendum Papatum patronos sibi conciliaret, ac primo Ascanium Cardinalem sollicitabat, ut non solum ipse, sed etiam sui clientis ejus partes tuerentur,

tur, adjecta pollicitatione (*), se, si in Papam eligeretur, Ludovico Sfortiæ Mediolanense imperium denuo asserturum. Ascanius promissi amplitudine captus assensit: Post hæc Cardinalem Carvajalum Hispanæ factionis caput sibi adjunxit, facta spe, sua opera Regem Catholicum Neapolis corona perpetuo jure potiturum. Tandem etiam Valentini Ducem adiit, cum illo in Vaticano Palatio collocutus, ubi Hispani factionis suæ Cardinales erant præsentes, quibuscum in gratiam rediit, & factis utrinque ampliſſimis pollicitationibus, fœdus cum illis pepigit, quo inter alia decretum, ut Cardinalis S. Petri ad vincula sese obstringeret, quod Ducem, si is suis artibus ad Papatum illi aditum sterneret, Ecclesiæ Vexiliferum, ac supremum Pontificii

Sæcul. XVI. A.C. 1503.

(*) *Ita quidem Continuator: Odoricus tamen Raynaldus ad hunc annum num.* 11. *hanc in rem inquit:* Non desunt, qui malevolentia suffusi, illum profusis largitionibus, ampliſſimisque promissis potitum Pontificatu affirment. Verum futuri hujus Pontificis electionem atris coloribus depingere, e re Continuatoris erat; hunc enim in progressu suæ historiæ Gallis summe infensum fuisse, frequentius refert.

Sæcul. XVI. A.C. 1503.

tificii exercitus Præfectum creaturus esset, Dux vero viciſſim Cardinali pollicebatur, se ejus electionem illorum, qui olim Alexandri VI. clientes erant, suffragiis adjuturum, dein ad servandas has leges, ut certior eorum fides esset, sacramenti religione sese obstrinxerant.

§. XXVI.

Cardinales Conclave ingressi; & Cardinalis S. Petri ad vincula in Papam electus.

Belcar. lib. 9. Raynald. ad an. 1503. n. 2.

Interea totum, quod a die obitus usque ad Mensis Octobris finem effluebat, temporis spatium ejusmodi artibus insumebatur: Tandem vero trigesima prima ejusdem Mensis die triginta quinque Cardinales supplicantium more Conclave ingrediebantur, præcedentibus S. Petri Canonicis, qui hymnum: *Veni Creator &c.* præcinebant: Demum Missa de Spiritu Sancto per Cardinalem Alexandrinum decantata, Palatii Ministri quisque ordine suo in verba Cardinalis S. R. E. Thesaurarii jurarunt: Sole autem ad occasum inclinante habita est Congregatio, in qua decernebantur articuli a neo-electo Pontifice, interposita juramenti religione, observandi, & paucis post horis

ris Cardinales Hiſpani Cardinalem S. Petri ad vincula eligere ſtatuebant, hinc unaomnes excepto Cardinale Alexandrino ejusdem cubile accedunt, futuram ei dignitatem gratulaturi, feria autem quarta, in quam Feſtivitas omnium Sanctorum incidebat, Maſſenſis Epiſcopus ædis ſacræ Cuſtos, ac ſupremus Theſauri Præfectus Miſſam de Spiritu Sancto celebravit, cui triginta duo Cardinales interfuerunt, qua finita cuncti ad ſuffragiorum ſcrutationem proceſſerunt, ac ſedibus quisque ſuis occupatis, omnes ſucceſſivo ordine ſecuti in ſacroſancta jurarunt Evangelia, quod articulos nuper decretos integra fide ſervare velint, atque tres Notarii de his publicum confi- cientes inſtrumentum, illud ſubſcribi juſſerunt a Maſſenſi Cuſtode, Paulo de Planuta, Juſtino Carreſio, & Alphonſo Diſceno Sacri Conſilii Advocatis. Saecul. XVI. A. C. 1503.

His peractis menſæ hanc in rem allatæ Calix imponebatur, & Cardinalibus ſolis in ſacello manentibus, clauſisque portis, ſchedæ perlegebantur, ex quibus Julianum Ruvereum Cardinalem tit. S. Petri ad vincula omnium ſuffragiis electum fuiſſe perſpiciebatur, ſimulque obſervatum, quod omnes Electores ſuas ſchedas propria manu exarraverint, exceptis Cardinalibus Neapolitano, Rothomagenſi, & Caſanova, qui conclavi *Guicc. lib. 6. Bembo hiſt. Venet. lib. 12.*

Sæcul. XVI. A.C. 1503. assistentium calamis, atque opera utebantur.

§. XXVII.

Neo-electus Papa Julius II. appellatus.

Masson. Jul. II. Raynald. hoc ann. n. 2. Marian. l. 28.

Scrutatione absoluta Cardinales Neoelecto Pontificiam dignitatem gratulantur: hic vero, cum & ipse egregius miles esset, ob memoriam Julii Cæsaris, ut autumant nonnulli, Julius II. appellari voluit; ingenium habuit acerrimum, atque indolem turbis assuetam, ac quietis impatientem: Cetera novus iste Pontifex pro natali solo obtinuit Albam Dociliam, oppidum haud procul Savonna dissitum, Parentes vero illius erant Raphael Sixti IV. Papæ frater, & Theodora Manerola. Primo Carpentoratensis, deinde Albanensis, Ostiensis, & Bononiensis Episcopus, demum vero Avenionensis Ecclesiæ in Archiepiscopatum erectæ Præsul renuntiatus est, & Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio Sixtus V. illum purpura donavit, illiusque opera in compescenda Umbriensium seditione aliquoties usus est, quod munus bellicæ illius indoli apprime conveniens erat.

Albisala

§. XXVIII.

Sæcul. XVI. A.C. 1503.

§. XXVIII.

Julii II. inauguratio.

Hujus electione populo annunciata, sacrorum rituum Magister Papam comitabatur, eumque Pontificiæ Cathedræ imposuit, Cardinalis vero Neapolitanus Annulum Pauli II. digito ejus inseruit, atque alio adhuc paulo post allato, quem Piscatoris annulum vocant, inciso Julii II. nomine decoratus est; quippe cum illius electio, antequam Cardinales conclave ingressi erant, ab eis jamjam decreta esset, non solum annulo nomen prius insculpi curabant, sed etiam Julii insignibus plura Romanæ urbis loca honorabant. Post hæc Julius II. ad Cardinalium preces Pontificis muneris sollicitudinem auspicabatur a subscribendis articulis nuper decretis, quos tamen omnes chirographo suo munire noluit, sed in tertio substitit, eosque Fabio, quem Datarium creaverat, tradidit, pollicitus, se omnes unacum Bullis eorum, qui conclavi assistendi jure potiuntur, proxime signaturum. Postea Rochetto exuitur, quod cum ceteris ejus vestibus sacrorum rituum Magistro donatum est, demum vero candida toga, aliisque indutus ornamentis ad altare defertur, debito cultu a Cardinalibus colendus, inde præ-

Raynald. ib.

Sæcul. XVI. A.C. 1503.

præcedentibus iisdem Cardinalibus ad Basilicam D. Petri deportatur, ubi benedictione populo data Hymnus *Te Deum &c.* decantabatur. Peractis hisce solemniis Pontifex ad Palatium suum delatus, potiorem Cardinalium partem, & inter ceteros Rothomagensem, & Sanseverinatem ad prandium invitavit, ejusque jussu eodem adhuc die Valentinensi Duci in cubili novo, quod aulæ publicis colloquiis destinatæ impendet, habitatio assignata est: Denique summus Pontifex coronationem suam supra gradus Ecclesiæ S. Petri solemni ritu celebrandam ad diem decimam nonam Novembris indixit.

§. XXIX.

Quatuor Cardinalium Creatio.

Victorel. in addit. ad Ciacon. Paris. de Grassis MS. arch. p. 346. in Vatican. ap. Raynald hoc an, n. 20.

Die decima octava hujus Mensis, quæ erat Dominica, Valentini Dux media nocte Roma excessit, ostiam, inde vero maritimo itinere unacum Barone Ruvereo Pontificis Nepote Franciam petiturus, qui tamen certas ob causas Romam revocatus, denuo Ostiam remissus est: die autem vigesima Novembris Ursinus Dux per portam Flaminiam Romam ingressus, obvios habuit Narbonensem Archiepiscopum, Rhodiorum Antistitem, & Fresni Marchionem Galliarum Regis

Regis Oratorem, Dux vero Romæ in Palatio Apoſtolico diverſatus, ſummum Pontificem ſacro pedum oſculo veneratus eſt. Octavo poſt die, id eſt, vigeſima nona ejusdem Menſis Papa Cardinalium Senatum auxit, quatuor Prælatis purpura decoratis. Hi erant ſequentes I. Franciſcus Guilielmus Caſtelnus de Claromonte Ludevenſis natione Gallus, primo Narbonnenſis, poſtea Auxitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus, tit. S. Stephani in monte Cælio; II. Joannes Zuniga Hiſpanus ſupremus Magiſter Militum de Alcantara, Hiſpalenſis Archiepiſcopus, tit. SS. Nerei & Achillei; III. Clemens Ruvereus patria Savonnenſis, Sixti IV. Pontificis Nepos, Mimatenſis Epiſcopus, primo tit. S. Clementis, poſtea SS. duodecim Apoſtolorum. IV. Galiotus Franciottus de Ruvere, Julii II. regnantis Papæ Nepos, patria Lucenſis, ejusdem urbis Epiſcopus, poſtea Patavii, ac Cremonæ Antiſtes, demum Biſantii Archiepiſcopus, Presbyter Cardinalis tit. S. Petri ad vincula.

Sæcul. XVI. A.C. 1503.

Caſtelnau
Clermont
Lodove

§. XXX.

Plurimi Oratores a Papa excepti.

Præterea ſummus Pontifex multis non pauca contulit beneficia; ceterum anti-

Sæcul. XVI. A. C. 1503.

antiqua ferebat consuetudo, ut recens creati Cardinales Papam, totumque S. Collegium adirent, grates repensuri, nunc vero ex novo quodam ritu in suis cubiculis manentes, nec habitum mutabant, nec rubrum pileum sibi imponebant, ad Patrum tamen Senatum purpura ornati accedebant, in quo Pontifex pro more eis silentium indixit, illudque in alio consessu, in quo Cardinalem Rothomagensem Nuncium Apostolicum in Francia nominabat, solvit, quæ solemnitas *apertio oris* vocatur. Eodem die advenerunt duo Legati Ferrarienses, qui nomine urbis suæ summo Pontifici debitum exsolvebant obsequium. Hos brevi excipiebant Senenses, Florentini, ac Genuenses, idem submissionis genus professuri: Anno autem primum sequente Romam venerunt Angliæ Oratores, in quorum receptione singulare factum occurrit, quippe ad alloquium Pontificis admissi literas mandati publicas Regis sui exhibent, quarum prima verba erant; *Henricus per Dei gratiam, Angliæ & Franciæ Rex, Hiberniæ Dux.* Perceptо hoc verborum tenore Robertus Rascinonensis Episcopus Franciæ Legatus, qui tum præsens aderat, ad pedes Pontificis supplex provolvitur, ne Angliæ Legatos Francorum Regis nomen usurpantes audiret, idque datum est Episcopi

copi precibus: quapropter Angli hanc Regis ſui prærogativam juſſu Pontificis delebant, eum non niſi Angliæ Regem, ac Hiberniæ Ducem appellantes, cujus rei inſtrumentum publicum Epiſcopus confeſtim confici præcepit. Sæcul. XVI. A.C. 1503.

§. XXXI.

Fœdus Papam inter & Valentini Ducem.

Quamvis Pontifex cum Valentini Duce concordiæ pacta iniiſſet, totus tamen in eo fuiſſe videtur, ut illius auctoritatem, viresque frangeret, ac Romandiolam, cujus complures urbes poſt Alexandri VI. obitum Veneti occupaverant, recuperaret: Hæc enim Reſpublica imperii ſui fines protendere unice intenta nil antiquius habuit, quam variis prætextibus ſtudioſe quæſitis totam hujus Provinciæ partem ſibi ſubjicere, quamvis præter urbes, quas jamjam poſſidebat, ad ceteras nullum ei jus ſuffragaretur; cum vero Valentinus Venetorum potentiæ ſolus reſiſtendo impar eſſet, utpote Alexandro ejus Patre fatis functo Sedis Apoſtolicæ præſidio, ac ope deſtitutus, necnon a potentioribus amicis derelictus, atque a propriis ſuis clientibus proditus, cum Julio II. in gratiam redire conatus eſt, data fide, ſe eidem *Marian. l. 28 n. 47.*

cunctas

Sæcul. XVI. A.C.1503. cunctas Romandiolæ urbes, quæ illi adhucdum parerent, redditurum. Ergo pactileges firmantur, & Julius Papa, consentiente Valentini Duce, Carolum Moschiavellum suum a cubiculis Ministrum, & Petrum de Oviedo cubiculi Præfectum, olim Ducis famulum ablegat, plena auctoritate, ac mandatis instructos, vi quorum hic, ut Forum Livii, & ille Cesenam occuparent, & utriusque possessionem acciperent, dato etiam ambobus negotio, ut harum urbium Gubernatores ad illas nulla mora summo Pontifici reddendas compellerent.

§. XXXII.

Valentini Ducis perfidia.

Marian. ib. Verum Dux, inconstantis ac turbulenti animi Princeps, vix pacta cum Julio inita firmabat, cum eum jam amarior facti pœnitentia subiret, unde nil intentatum reliquit, ut quovis modo datam fidem eluderet. Ergo clam ad Didacum Quignonez Cesenæ Gubernatorem literas misit, præcipiens, ut Petrum Oviedo a Pontifice nuper ablegatum caperet, ac laqueo necaret. Quignonez, Domino suo nec malitia, nec audacia inferior, Ducis jussa iniqua prorsus fidelitate exequitur. Post hæc Moschiavellus die nona Decembris Romam redux Pontifici retulit, quod

quod Fori Livii Gubernator nullatenus mandatis pareret: Ceſenatenſis vero perlectis, quas a Valentini Duce accepiſſet, literis, cunctisque verbis accurate diſcuſſis, Oviadum comprehendi, ac demum incognita cauſſa laqueo ſuſpendi juſſiſſet. Summus Pontifex Ducis perfidiam, ut par erat, vehementer deteſtatus, tam atrox facinus, ſalvo proprio dignitatis ſuæ honore inultum minime permittendum exiſtimabat; unde Miniſtri ſui cædem, eamque adeo infamem, injuriamque ſibi exinde illatam pro muneris ſui ratione debita pœna mulctare ſtatuit. Sæcul. XVI. A.C. 1503.

§. XXXIII.

Valentini Dux juſſu Papæ comprehenſus.

Itaque ſummus Pontifex de enormi hac contumelia cum Ulyſſiponenſi, & S. Georgii Cardinalibus contulit, ac Valentini Ducem captum ad arcem S. Angeli abduci decrevit. Ergo Dux cuidam includitur cubiculo, ubi Rothomagenſis Cardinalis quondam habitabat, cuique Pontificis camera incumbebat, inde vero ad arcem S. Angeli translatus, in alio quodam cubili infra novam Alexandri VI. turrim captivus detentus eſt. Comperta Ducis captivitate Sutrinenſis, & Borgia Cardinales ad veſperam egreſſi, equisque *Raynald. hoc ann. n. 20.*

Sæcul. XVI. A. C. 1503. vecti ad ſua Palatia, quæ ante templum S. Marcelli erant, revertuntur, inde vero noctu clam abſcedunt, maris oram petituri. Ceterum Papa Duci, quicquid peteret, excepta libertate, concedi juſſit, quinimo ad tantam dignitatis ſuæ ſubmiſſionem deſcendit, ut ipſus captum inviſeret, eique contra omnes ſuum patrocinium promitteret, dummodo Romandiolæ urbes reſtitueret, ſimulque eidem ſignificavit Pontifex, quod Oſtiam eſſet abducendus, ibique ſub cuſtodia Cardinalis Carvajalii in captivitate detinendus, donec pactis Conventis integra fide ſatisfeciſſet. Id quidem & ipſe Dux in votis habebat, hunc locum jam unicum ſecuritatis aſylum eſſe ratus, quocirca Papæ votis annuit, exiguo temporis ſpacio cuncta amittens, quæ atrociſſimorum criminum ſubſidio per plures annos occupaverat. Interea Cardinalis de Ambaſia, ne ultimum Ducis exitium velut oculatus teſtis inſpiceret, Roma exire feſtinabat, cui ſummus Pontifex benevole conceſſit, ut beneficia in Galliis conferendi facultate uteretur, hancque illi gratiam, eidem ab Alexandro VI. olim conceſſam confirmavit.

§. XXXIV.

§. XXXIV.

Saecul. XVI. A.C. 1503.

Romandiola a Valentini Duce Pontifici reddita.

Gravioris tamen moliminis res erat, ut Pontifex in Romandiola auctoritatem ſuam ſtabili imperio firmaret; hæc enim gens haud immerito contra Curiam Romanam præoccupata, ejus dominatum ferre recuſabat. Equidem Faventiæ Gubernator fœdere cum Venetis inito, arcem tradebat, aſt urbis cives hiſce pactis comprehendi omnino renuebant: unde contra arcis præſidiarios urbis aditum objecto obice obſtruebant, atque Aſtorrem Manfredum Nothum, ac unicum hujus familiæ a Valentini Duce penitus deletæ ſurculum advocant. Aſtorres diu Venetorum, qui toto armorum apparatu urbem obſidebant, impetus ſuſtinuit; Pontifex vero Faventiam a Venetis cingi, non ſine ingenti animi ſui mœrore percepit, cum enim haud ſegniori ac ipſi ambitionis ſtimulis urgeretur, verebatur, ne Veneti, ſi urbem occuparent, eam recuperandi ſpem Sedi Apoſtolicæ præciderent.

Sæcul. XVI.
A.C 1503.

§. XXXV.

Faventia a Venetis capta.

Cum vero Julius milite, æreque destitutus esset, nil reliquum habebat, quam ut Tiburis Episcopum ad Venetos decerneret, qui adjectis etiam minis significaret, quod Papa non sine stupore percepisset eorum temeritatem, qua hanc ditionis Ecclesiasticæ urbem sibi subjicere præsumerent, cum tamen ipsimet nunc majori, quam unquam necessitate urgerentur, ut vires suas Pontifici conjungerent, ne a duorum Regum totius Christiani orbis potentissimorum armis opprimerentur. Ad hæc respondernnt Veneti, se quidem Faventiæ arcem occupasse, cum vero illam opportuna occasione auro emissent, nullum inde Sedi Apostolicæ damnum fuisse illatum, proin sanctitatem suam immerito hac de re conqueri. Cessit tum summus Pontifex, & Faventini Venetorum imperio sese subjicere compellebantur, a Victoribus tamen pensionem petebant, ut e Republica constitutis vectigalibus Astorres pro dignitatis, statusque sui ratione honeste vitam ducere posset. Occupata Faventia Venetis haud difficile erat, reliquam Romandiolæ partem subigere: ast acerbiorem Papæ indignationem veriti,

ab

ab armis ceſſabant, idque non parum e re Pontificis erat, qui tamen, ut eorum potentiam minueret, nil intentatum reliquit. Sæcul. XVI. A.C. 1503.

§. XXXVI.

Nativitas Ferdinandi Archiducis, & Iſabellæ Luſitanæ Infantis.

Hoc anno die decima Martii in Hiſpania Joanna Archiduciſſa, quæ poſt Archiducis conjugis ſui diſceſſum Compluti remanſerat, Filium enixa eſt, qui Ferdinandus appellatus, poſtea Cæſaris dignitate inclaruit. Archiepiſcopus Toletanus, qui Principem ſacro fonte abluit, feſtivæ hujus nativitatis opportunitate uſus, geminam ab Iſabella Regina gratiam petiit, ut primo urbs Complutenſis ab omni exactionum genere immunis eſſet, ac denique mille librarum penſio annui reditus ex ærario Regis ejusdem Civitatis Univerſitati attribueretur. Idipſum, quod Archiepiſcopus petiit, in recens nati Principis gratiam feliciter obtinuit, indeque ſibi Complutenſes, in quorum urbe pro more ſuo habitabat, mire devinxit. Circa idem tempus Ulyſſipone die vigeſima quarta proximi Menſis Octobris Luſitaniæ Regina Filiam in lucem edidit, quæ impoſito Iſabellæ nomine *Marian. l. 27 n. 9. 7. & lib. 28. Alvarez. Gomez. l. 3.*

Sæcul. XVI. A.C. 1503. mine postea Imperatrix, ac Hispaniæ Regina, eoquod cum Carolo V. tum Imperatore desponsata esset, salutata fuit.

§. XXXVII.

Galli Salsularum obsidionem solvere compulsi.

Marian. lib. 28. n. 21. Assidue fervebant Gallorum Salsulas urbem obsidentium studia, ac diu noctuque muralibus tormentis mœnia tanto impetu quatiebantur, ut oppugnatione ne puncto quidem temporis intermissa, magna altioris turris pars eversa, & terreus agger, cui nondum ultima manus accesserat, penitus ferme destructus esset, quapropter Hispani ejus præsidio haud amplius tuti, illo excedere, ac nova retro propugnacula erigere decernunt; priusquam vero consilium exequerentur, per hunc aggerem cuniculum agunt, eumque pulvere pyrio replent, cumque Galli turmatim ascenderent, igne ab Hispanis subjecto, aggerem violenta vis ignium in sublime rapuit, Gallosque quadringentos rursus decidentium saxorum impetus oppressit: Præterea Albensis Dux, cum in exercitu suo decem millia peditum, equitumque mille quingentos, præter Cataphractorum quadringentos recenseret, sat virium habebat,

bebat, ut in aperto campo bellum gereret, unde die decima tertia Octobris relictis castris in Gallos movit, & aliquamdiu instructam tenuit aciem, ac non nisi sole inclinato recessit: Rex quoque Ferdinandus die decima nona ejusdem Mensis, copiis suis Gerundæ collectis, Perpinianum contendit, atque exercitu in duo agmina diviso, altero Gallis militum suppetias, atque commeatum intercluſit, altero autem, cui ipse præerat, obsidentes continenti prælio lacessivit, quapropter Galli, quibus Narbonnensis Vicecomes imperabat, Hispani Regis potentiæ resistendo impares, eadem nocte obsidionem diuturnam satis, jamque in quadragesimum diem effluentem solvunt, pedemque tam præcipiti fuga referunt, ut potissimum belli apparatum, & sarcinas suas in castris Victoribus relinquere compulsi essent, in hoc solo providi, quod insscio penitus Rege Catholico belli tormenta Narbonnam præmisissent. Sæcul. XVI. A.C. 1503.

§. XXXVIII.

Induciæ Gallos inter, & Hispanos.

Adversa hæc Gallorum fortuna Occitaniam, atque Aquitanniam Ferdinandi Regis arbitrio exposuit, cujus etiam copiæ in utramque Provinciam populabundæ excurrerunt, ingentemque stragem *Mariana lib. 28. n. 23.*

Secul. XVI. A. C. 1503. ediderunt, demum Hiſpani Leucatam, ac quasdam alias circumvicinas urbes occuparunt, quibus tamen exſpoliatis exceſſerunt. Interea Ferdinandus ad Fridericum de Arragonia Neapolis Regem, qui Andegavi quiete vivebat, quosdam ablegat, qui eum inducerent, ut Gallos inter & Hiſpanos inducias, quibus utriusque Regni ſtatus, excepta Italia ab hoſtili incurſione ſecuri eſſent, paciſci conaretur, ſpe facta, eum regno ſuo rurſus potiturum, ſi Ludovicus hiſce conſiliis acquieſceret. Ergo Fridericus ad Francorum aulam accedit, comitantibus eum Neapolitanis Nobilibus, qui illum etiam in adverſis ſequebantur, tantoque rationum pondere inducias perſuadent, ut Galliarum Rege eas ratas habente, utrinque ab armis ceſſaretur. Hunc igitur adeo decantata expeditio, quæ totius Europæ ſollicitudinem ſuſpenſam tenuit, exitum ſortita eſt, ac denique pactis induciis Rex Catholicus Barcinonem revertebatur, prius tamen ex conventorum lege in Franciam Legatos ſuos ad Ludovicum Galliarum Regem decernebat.

§. XXXIX.

Sæcul. XVI. A. C. 1503.

§. XXXIX.

Nuptiæ inter ſecundo genitum filium, & viduam Arturi Principem ab Angliæ Rege conciliatæ.

Jam nuper memoravimus, quod Arturus Regis Angliæ Filius natu major e vivis ereptus ſuiſſet; percepto autem mortis nuntio Hiſpaniæ Rex quantocius miſſo ad Henricum Legato mœrorem de ipſius obitu dolenter teſtabatur; præcipuum tamen hujus legationis caput erat, ut Walliæ Principiſſam relictam Arturi viduam unacum dote nimirum centum aureorum millibus repeteret, præter tertiam Principatus Walliæ partem huic viduæ ex bonis Mariti relictam: Cum vero utrumque haud exigui momenti res videretur, atque Henrico vires, aut forte potius voluntas ea reddendi deeſſet, varias obtendit rationes, ob quas Nurum ſuam retinere contenderat, haud ignarus, quod ex hac cum Hiſpania affinitatis conjunctione illud obſequium, quo eum Ludovicus XII. proſecutus eſſet, deſcenderet, illumque hoc pacto a proſequendo jure ſuo, quod illi in Caletum competebat, præpediret. Quapropter Legato reſpondit, ſibi equidem gratiſſimam eſſe officioſam doloris ſignificationem, quam ob jacturam filii Rex Catholi-

Sæcul. XVI. A. C. 1503.

cus testatus esset, se vero virtutum splendore, ac animi dotibus, quibus relicta Filii sui natu majoris conjux emineret, adeo captum esse, ut illam Henrico secundo genito desponsare constituisset; hunc enim obeunte Fratre suo in Walliæ Principem renunciatum, legem vero, quæ hisce nuptiis obstaret, se sperare eo facilius solvendam, cum Arturus Sponsam suam carnali conjunctione nunquam violasset, ut proin nullum aliud obversetur impedimentum, quam quod *publicæ honestatis* appellare solent, illud tamen dissolvi posse, usu ferme quotidiano comprobatum esset.

§. XL.

Regis Catholici consensus in hasce nuptias, præmissa Pontificis dispensatione.

Rex Catholicus hoc responso ad se delato nuptias ratas habuit, ea tamen lege, ut prius a Pontifice legis gratia fieret, cum autem Emanueli Lusitaniæ Regi duas sorores ducere facile antea concessum esset, hinc Ferdinandus fiduciam concepit, Julium quoque secundum Alexandro VI. haud severiorem fore, proin eandem gratiam Regiæ Filiæ concessurum. Hac spe freti ambo Reges Anglus, atque Hispanus die vigesima tertia Junii

Junii fœdus inierunt, in quo tamen de conceptis connubii pactis mentio specialis facta non est, sua tamen contulerunt consilia, ut a summo Pontifice concordi voto dispensationem peterent. Ea de re Henricus VII. datis literis Flakstero Equiti Regio Oratori suo negotium dedit, ut juncto Hispaniæ Oratoris consilio Julium exoraret, quatenus regias proles impedimenti religione solveret. Summus Pontifex anxiis animi curis agitatus, aut forte religiosius consuetæ normæ tenax, Cardinalium, Theologorum, Jurisque Canonici peritorum Congregationem convocavit, atque se præsente discuti præcepit, utrum accedente summi Pontificis dispensatione fœminæ liceat succeffivis nuptiis duos fratres ducere. Secul. XVI. A.C. 1503.

§. XLI.

Dispensationis controversia jussu Pontificis discussa.

Primi, qui in consilium adhibebantur, in hanc abierunt sententiam: summus Pontifex nec ex plenitudine potestatis suæ, *quæ in ædificationem, non in destructionem data est*, in lege divina dispensare potest, ex lege autem divina prohibetur, ne mulier mortui Mariti sui fratri nubat; quippe Deus Judæis per Moysen hanc legem tradidit: *Qui duxerit uxorem*

Sæcul. XVI. A.C. 1503. *uxorem fratris sui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui revelavit. Levitic. cap. 20. v. 21.* (*). Hoc vero est præceptum morale, quo Christiani æque, ac Judæi adstringuntur, nec Deus alio ex fine nuptias inter proximos propinquos prohibuit, quam ut per exterorum connubia societatis humanæ fœdera multiplicarentur, ac illi, qui nullo vinculo conjuncti essent, unirentur; talis autem finis etiam inter Christianos locum obtinet, hinc in re tanti momenti Ecclesiæ disciplina haud debet relaxari, præcipue cum nulla gravior urgeat necessitas; Europa enim plures Principum Filias numerat, ex quibus Walliæ Principi una facile in Sponsam adjungi poterit.

Hi autem, quibus contraria insedit opinio, Pontificii Juris peritorum sententiæ quidem in eo subscripserunt, arctam esse Papæ auctoritatem ita, ut in lege, quam Deus populo Hebraico, Moysis ministerio, dedisset, dispensare haud valeret, contendebant tamen, hoc præceptum ad eum restringi casum, quo uxor ex primis nuptiis liberos suscepisset; idem enim, inquiebant, Moyses *Deuteronomii*

(*) *Hæc lex, uxorem ex primi sui Mariti connubio liberos suscepisse supponit, quod tamen præsenti casui minime conveniebat.*

Sæcul. XVI. A.C.1503.

nomii cap. 25. *v.* 5. dixit: *Quando habitaverint fratres simul, & unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater ejus, & suscitabit semen fratris sui.* Quam plurimi autem S. Patres, Justinus, Tertullianus, & Theodoretus affirmant, id ideo fuisse præceptum, ut familiæ semper separatæ conservarentur, atque successionum permixtio impediretur, proin unio inter fratres arctius firmaretur, & defunctorum memoria conservaretur; denique id ipsum etiam factum ex eo est, quod sterilitas pro opprobrio, atque infamia, præcipue illo ævo, quo singuli se Messiæ Patrem futurum sperabant, haberetur.

Justin. quæst. 332. *Euseb. hist. l.* 1. *c.* 7. *Tertull. de Monogam. cap.* 7. *Theod. quæst.* 32.

Aliunde, subjungebant hi Theologi, etsi præsentis quæstionis ratio forte sub lege in Leviticorum libro expressa contineretur, nihilominus hoc præceptum ad leges cæremoniales, ac politicas, quæ Judaicæ genti propriæ erant, rejiciendum venit; ejusmodi enim legibus Deus noluit ceteras nationes obstringi, cum gratia Christi advenientis fuisset id operata, ut hæ leges abolerentur, quæ ante Evangelii promulgationem nonnisi Judæos, post Evangelium autem nobis annunciatum, neminem obligabant. Idem de hac lege ferendum est judicium, ac

de

Sæcul. XVI. A C. 1503. de præcepto itidem divino contra Blasphemos, qua hi morte damnari jubebantur, quin exinde inferri liceat, Superiores, atque Magistratus legem divinam transgressuros, si ejusmodi pœnam in illos non decernerent; equidem supremus Princeps in suo regno hanc pœnam in Blasphemos sancire potest, ejusque lex æquitati consona foret, non minus quam præceptum in pari casu a Moyse latum, nec tamen propterea legis *divinæ* vim haberet, etsi Deus omnino simile Hebræis præceptum dederit, sed nil nisi lex politica humana foret, proin is, qui talem legem solveret, minime in lege divina dispensasse censendus esset.

Addebant: ejusdem rationis fuit lex, qua uxori prohibebatur, ne fratrem Mariti sui defuncti duceret, hæc equidem lex ab Ecclesia, ut ita dicam, adoptabatur, ipsosque Christianos ligabat; ast mere ut est lex Ecclesiastica humana, nec obtinet vim legis divinæ; his ergo præmissis extra dubii locum esse ajebant, quod Pontifici data sit legitima in ea dispensandi potestas, imo necessitas exigat, ut in Ecclesia tanta vigeat auctoritas, qua juxta temporis, aut necessitatum rationes legum Canonicarum gratia fieri posset; nulla enim reperitur lex humana, quæ pro omni temporum ratione con-

conveniat, & de qua contingente certo quodam eventu nequeat enunciari, quod magis e re sit, si illius dispensatio concedatur, quam quod ejus observantia urgeatur, proin necessarius est Superior, cui potestas data est, vi cujus condescendere, ac ne quædam leges in certis eventibus, justisque ex caussis stringant, permittere, seu dispensare valeat pro bono Ecclesiæ, Regnorum, aut privatorum, qui ejusmodi dispensationes petunt. Summi ergo Pontificis esse inquiebant, quod is rationum momenta ab Hispaniæ & Angliæ Regibus allata discutiat, ac diiudicet, an veritati ac necessitati nitantur, atque statuum suorum bonum respiciant, & utrum hujus dispensationis repulsa majus inferat damnum, quam ejusdem indulgentia? Sæcul. XVI. A.C.1503.

Præter hasce rationes, insuper affirmabant: etsi præfata lex non minus Christianos, quam Judæos obstringeret, neminem tamen latet, hos quoque ab hac lege eximi potuisse, si id quarumdam privatarum familiarum conservatio exegisset. certum igitur est, Anglorum Regi a summo Pontifice id indulgeri posse, eoquod lex, cujus solutio petitur, ipsis quoque Judæis persæpe fuerit relaxata, quinimo rem penitius inspiciendo, nequidem morales Judæorum leges, etiam illis discipli-

Sæcul. XVI. A.C. 1503.

sciplinæ argumentis innixæ, quæ adhucdum vigent, Christianos obligant, cujus rei veritatem ipsa mox allegata lex in Blasphemos lata sat indicat. Præterea non omnia præcepta, quæ vigente Hebræorum lege juris divini fuerunt, nunc quoque Christianos stringunt, cum hi divinæ legis vim in eo duntaxat agnoscant præcepto, quod divini juris vel naturalis vel Evangelici est, seu ad quod eos ipsum Evangelium adstringi declarat. Nec Ecclesia auctoritate divina tenetur observare jus divinum Mosaicum, illud nempe, quod neque naturale, neque Evangelicum est, nec dicendum, quod lex, qua uxor duobus fratribus nubere prohibetur, sit præceptum divinum naturale, aut divinum Evangelicum; huic enim contraria, moxque laudata Deuteronomii lex opponitur, quam etiam Christus Dominus in Evangelio interrogantibus Saducæis objecit; hæc igitur Christianos tantum stringit, ut lex Ecclesiastica, civilis & humana, proin summus Pontifex in ea dispensare potest, ac tale connubium, prævia hac dispensatione, omnino legitimum erit.

Matth. c. 22. v. 24. & seq.

§. XLII.

§. XLII.

Sæcul. XVI. A.C. 1503.

Papa Henricum VII. in Gallos concitaturus dispensat.

Horum sententiam ipse quoque Adrianus Cornetanus Cardinalis adoptabat, declarans, in Pontificis arbitrio hanc dispensationem sitam esse, eamque Principum nulli lubentius concedendam, quam Angliæ Regi, cujus erga Ecclesiam Romanam obsequia multiplici argumento comprobata essent, præcipue cum nuperrime non solum copias suas, sed semetipsum Alexandro VI. ad arma turcis inferenda obtulisset: in eandem quoque sententiam ceteri Cardinales abiere, cumque summus Pontifex Gallos ex Italia pellere decrevisset, id vero absque Regis Angliæ auxilio perficere haud posset, eum sibi devincturus, hanc dispensationem concessit, quæ progressu temporis tot tumultuum ac controversiarum fomes exstitit: Julius autem hac indulgentia potissimum intentus erat, ut fœdus contra Franciæ Regem, cui infensissimus erat, firmaret, minime mente prospiciens, quod hac sua benevolentia, qua in Anglia Sedis Apostolicæ auctoritatem corroborare conabatur, eandem post aliquot annos ibi omnino eversurus esset. Igitur Rex Catholicus filiam suam civili Regis Angliæ

Sæcul. XVI. A.C. 1503. prudentiæ litabat, suoque assensu nuptias cum recens nominato Walliæ Principe ratas habebat, eas celebrandi opportunitate Henrici VII. arbitrio penitus relicta (*).

§. XLIII.

(*) *Raynaldus Odoricus, Spondanus, Pagius, Ciacconius, Bzovius, Graveson, Palatius, Natalis Alexander, aliique omnes Scriptores Catholici testantur*, Julium II. juris humani, quod unum obstabat, vinculum solvisse de Theologorum & Jurisperitorum doctissimorum consilio, *nullus vero affirmat, id ex odio Pontificis in Galliarum Regem fuisse factum, ideo hoc absque ullo teste gratis asseritur. ita Lector Catholicus haud temere censere poterit, id eo duntaxat consilio relatum fuisse, ut ad vindicandam Henrici VIII. apostasiam, ac colorandum legitimæ uxoris suæ repudium quasi præliminaria præmitterentur: Num vero, quæ legitime fieri peterant, atque ex doctissimorum Virorum sententia jure facta sunt, caussa dici possunt eorum, quæ occasione inde quæsita ex aliorum perversitate processerunt? Num unius testis scilicet Varhami depositio ambigua, incerta, ac tum confutata prævalere debuisset communi reterorum judicio atque testimonio?*

§. XLIII.

Sæcul. XVI. A.C. 1503.

Angliæ Episcoporum dissensio de valore dispensationis.

Nihilominus de hoc dispensandi jure non eadem erat Angliæ Episcoporum opinio; contendebat enim Warhamus Cantuariensis Archiepiscopus, primas nuptias conjugali usu perfectas fuisse, idque haud obscure ab ipso Arturo Principe fuisse indicatum in quodam colloquio, quod altera post nuptias die cum suis Ministris habuisset; unde etiam factum, ut Regis Catholici Legatus jussu Domini sui scriptum consummati matrimonii testimonium confeciisset, illudque in Hispaniam transmisisset. Foxius vero Viacomiensis Episcopus, intactam relinquens quæstionem de connubii usu, contendebat, Pontificis dispensatione cuncta ista dubia tolli, obstacula dirimi, atque os obstrui cunctis, qui hisce nuptiis obluctarentur; non impetrata autem Papæ venia rem esse controversam, ac propter successionis jura tumultibus obnoxiam.

Vide depositionem Warhami in Historia Henrici VIII. ab Herberto scripta.

§. XLIV.

Pontificiæ dispensationis diploma.

Insuperhabita opinionum varietate Julius dispensationis diploma edidit die vige-

Apud Rayn. an. 1503. n. 22.

Sæcul. XVI. A.C. 1503. vigesima sexta Decembris hoc anno datum, sequentis tenoris: *Oblata nobis pro parte vestra petitionis series continebat, quod cum alias tu filia Catharina, & tunc in humanis agens quondam Arturus matrimonium legitime per verba de præsenti contraxissetis illudque carnali copula forsan consummavissetis, Arturus prole ex hujusmodi matrimonio non suscepta decessit, cum autem, ut hujusmodi vinculum pacis & amicitiæ inter Hispaniæ & Angliæ Reges & Reginam diutius permaneat, cupiatis matrimonium inter vos per verba legitime de præsenti contrahere, supplicare nobis fecistis, ut vobis in præmissis de opportunæ dispensationis gratia providere dignaremur. Nos igitur*, prosequitur Papa, *qui inter Catholicos Reges & Principes pacis & concordiæ amœnitatem vigere intentis desideriis affectamus, vos a quibuscunque censuris absolutos fore censentes, vobisque ut impedimento affinitatis ex præmissis proveniente, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, matrimonium per verba legitime de præsenti inter vos contrahere, & in eo, postquam contractum fuerit, & si jam forsan hactenus de facto publice aut clandestine contraxeritis, ac illud carnali copula consummaveritis, licite remanere valeatis, auctoritate Apostolica de speciali dono gratiæ dispensamus. Volumus autem, quod si hujusmo-*

jusmodi matrimonium de facto contraxistis, Confessor vester pœnitentiam salutarem propterea vobis injungat, quam adimplere teneamini. Ergo Henricus obtento diplomate cum Catharina de Arragonia desponsatur, quam tamen nonnisi post aliquot annos connubio sibi copulavit. Secul. XVI. A.C. 1503.

§. XLV.

Petri Albusonii supremi Rhodiorum Magistri obitus.

Hoc anno die tertia Julii fatis functus est Petrus Albusonius, trigesimus nonus Jerosolymitanorum Equitum supremus Magister, annos natus octoginta & amplius. Is militari huic Ordini viginti septem ferme annos præfuerat, jam enim anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto Joanni Baptistæ ab Ursinis in magisterio subrogabatur. Vir erat communi omnium Scriptorum testimonio inter ceteros Ordinis sui Magistros longe celeberrimus, ejusque præclara, totique Religioni utilissima facinora nulla ætas conticescet, ob crebras tamen Alexandri VI. vexationes, qui Equitum jura, ac spectatissima quæque privilegia passim violabat, gravi mærore conficiebatur, & cum interpositæ ejus de tanta injustitia querelæ nil proficerent, in tam gravem morbum

Bosius hist. Ord. R. Joann. Jerosolym. Raynald. hoc an. n. 25. P. Bouhours in Hist. Albuss.

Sæcul. XVI. A C. 1503.

delapsus est, ut desperata Medicorum ope ex hac vita decedere compelleretur. In primo post ejus obitum capitulo sancitum, sepulcrum ejus eleganti arte elaboratum esse ponendum, cui reportati ab eo triumphi, gestaque insculperentur. Successorem habuit Emericum de Ambasia, qui Cardinalis eodem cognomine insigniti Frater, ac supremus Franciæ Prior erat. Hic die decima Julii electus, cum absens esset, nonnisi anno sequenti millesimo quingentesimo quarto Rhodum solemni pompa ingressus est, eoque Autore instituta est anno salutis millesimo quingentesimo sexto solemnis supplicatio, quæ pro Ordinis conservatione, atque incremento singulis feriis sextis celebrari solet.

§. XLVI.

Michaelii Cardinalis extrema.

Bembo hist. Ven. lib. 6 Ugel Ital. sacr. Onuphr. in Innoc VIII. & Paul. II. Aubery hist. Cardin.

Paucis ante mensibus die decima Aprilis Joannes Michaelius Cardinalis vivis ereptus, & Romæ in Ecclesia S. Marcelli, ubi ejus sepulchralis inscriptio legitur, sepultus est. Rumor erat, illum veneno periisse, quod eidem unus ex suis famulis propinasset: Referunt alii, hunc famulum ab Alexandro VI., qui Cardinalium opibus inhiabat, auro corruptum fuisse, sed veneni vi remissius, ac

ac Alexander optaſſet, ſeſe diffundente, tam amplum Cardinali relictum eſſe temporis ſpacium, ut conditis teſtamenti tabulis pretioſiora quæque, ingentemque pecuniarum ſummam Patavinæ, ac Veronenſi Eccleſiis legare poſſet: (*) Famulum vero, regnante Julio II., crimen confeſſum capitali ſententia damnatum fuiſſe inquiunt. Ceterum Michaelius patria

Sæcul. XVI. A. C. 1503.

(*) *Hæc de Alexandro VI. Continuator, cujus rei ſponſores allegat, Bembum, Ugelinum, Onuphrium, & Auberyum, cum tamen Onuphrius nonniſi in vita Alexandri VI. ſcribat.* Joannes Michael veneno clam extinctus eſt, *quo auctore tacet. Georgius vero Eggs Purpuræ doctæ Scriptor, qui Bembum, Auberyum atque Onuphrium citat, diſertis verbis affirmat*, eundem Cardinalem inſidiis, ac ſuaſu Cæſaris Valentini Borgiæ in Molem Hadrianam conjectum, veneno paulo poſt ab eodem Borgia porrecto miſere periiſſe. *Ita nempe in illos Pontifices, quorum vita nonnullis criminibus deformata eſt, impune quævis ſcelera conjiciunt quidam Scriptores, eo conſilio, ut nullum flagitium fingi poſſe ab aliis crederetur, quo illi ſeſe non contaminaverint: Tanta autem calumniandi libido in Heterodoxis ob innatum in ſummos Pontifices odium contemptu præterеunda foret, in Scriptore autem, qui Catholicus cenſeri cupit, minime toleranda.*

Sæcul XVI. A.C. 1503

tria Venetus, ex sorore Pauli II. Pontificis Nepos erat, qui ab eodem Protonotarii Apostolici dignitate decoratus, demum anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo Cardinalium collegio adscriptus est, subin Patriarcha Constantinopolitanus, ac Patavii, & Veronæ Antistes renunciatus. Progressu temporis ab Innocentio VIII. summo Pontifice Legatus nominatur illius exercitus, quem idem Papa contra Ferdinandum Neapolis Regem decreverat, ejusque imperium Roberto Sanseverinati commiserat, cum vero Robertus bellum diutius protrahere intentus esset, Michaelius admirabili dexteritate sua pacem compositis contendentium animis feliciter toti Italiæ invexit.

§. XLVII.

Mors Cardinalis Cibo.

Volaterran. lib. 22. Onuph. Ciacon. & Victorel.

Currente eodem anno die vigesima secunda Decembris luxit Cardinalium Collegium Laurentium Cibo, Innocentio VIII. sanguine junctum, a quo semper maximi habitus, purpura decoratus est. Vir erat scientiarum laude, morum integritate, ac animi moderatione adeo conspicuus, ut omnium, qui ejus familiaritate, ac consortio utebantur, amorem in se unum raperet, illum tamen Alexan-

Alexander, cui viri probitas inimica erat, semper insectatus est, imo cum purpura illum privare proposuisset, Laurentius dolore perculsus, adeo ingenti ægritudine correptus languit, ut a die, quo hisce minis territus fuerat, misere vitam trahens, demum morte occubuerit. Adeo nempe dignitatum amor mortalium animos terræ affigit. Hunc Cardinalem ex incæstuoso complexu natum fuisse, nullatenus concordi Scriptorum testimonio comprobatur, nec tamen alienum propterea vitium proprio ejusdem merito quicquam derogaret, longe autem magis veritati accedit, illum ex Dominico Mari Nobili Genuensi fuisse progenitum, cujus Amita Innocentii VIII. Mater erat. Sæcul. XVI. A. C. 1503.

§. XLVIII.

Borgiæ Cardinalis obitus.

Denique ad eundem annum, diemque primam Augusti revocatur obitus Cardinalis Borgiæ, qui erat Alexandri VI. Nepos. Is Protonotarii, ac literarum Apostolicarum correctoris officio functus, obtentoque Montis Regalis in Sicilia Episcopatu anno Incarnationis millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo a Patruo suo Purpuratorum Collegio adscriptus est, postea ab eodem *Onuphr. in Alexan. VI.*

Sæcul. XVI. A. C. 1503.

Episcopus Olomuci in Moravia renunciatus; his addit Ciaconius, eundem *administrasse Ecclesias plures, Bajocensem, Lombariensem, Ferrariensem, ac Caurien-sem in Hispania.* Imo etiam illum Patriarchæ Constantinopolitani titulo fuisse decoratum ait. Ejus quoque industria ad gravissima Ecclesiæ negotia seligebatur, ac Legatus ad Neapolis regnum mittebatur, ut Alphonso II. Regni investituram concederet. Intererat quoque anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto nuptiis, quas Godefridus Borgia Alexandri filius cum Sanchesia Arragoniæ Regis filia contraxerat. Præterea *ad Carolum VIII. in Italiam euntem, mandante Papa, ac Cardinalium Collegio Bracianum usque obviam processit, ut inter Pontificem & Regem pacis fœdera firmaret.* Postea idem solitariam vitam agere compellebatur, ne Cæsarem Borgiam Alexandri filium offenderet, qui usque adeo auctoritatis suæ tenax erat, ut nullum omnino consortem admitteret. Sub idem quoque tempus vivis ereptus est Casimirus Regis Poloniæ filius Cracoviensis Episcopus, pariterque Cardinalis.

§. XLIX.

§. XLIX.

Sæcul. XV. A.C 1503.

Galli prope Garilianum a Consalvo cæsi.

Interea Galli subigendo Neapolis Regno totis viribus incumbebant; illud enim regnum nuperis induciarum legibus haud comprehendebatur, quare cum Trimollius ex gravi, diuturnoque morbo Mediolani decumberet, Marchio Mantuanus illius vices agere jussus est: hic ergo copias suas Garilianum flumen, quod prisci Lirin nuncupabant, trajicere jussit, Consalvo necquidquam transitum prohibente, qui tamen, postquam nonnisi quinque Gallorum millia fluvium superassent, hostem aggressus est. Ingens erat utrinque dimicantium pertinacia, primi tamen pedem referebant Galli, eorum quam plurimis, qua cæsis, qua flumine submersis. In secretæ cum Hispanis conjurationis suspicionem adducebatur Marchio Mantuanus, ejusque proditione Gallos flumen trajicere jussos divulgatum: unde Marchio tantam calumniam vehementer indignatus, renunciato exercitus imperio, ad terras suas sese recepit: Galli vero haud expectato Regis sui mandato, Saluciarum Marchioni, qui obeunte Nemosio Duce Pro-Rex Neapolis salutatus est, belli administrandi sum-

Marian. lib. 28. n. 28. Sabellic. Ent. 11. lib. 2.

Sæcul. XVI. A. C. 1503. summam commiserunt, inde vero inter Belliduces gravis exorta est animorum dissensio, quam Consalvus in rem suam vertens, peropportunum occupavit locum, quem Galli Neapolin ituri, pertransire omnino compellebantur; ast hyemis rigore acrius impendente, Saluciarum Marchio copias promovere inconsultum judicabat, nihilominus eorum, quibus commeatum submινistrare incumbebat, culpa ad tantas redigebatur angustias, ut annona jam tertio die ferme omni consumpta, cum alia nullo pacto advehi posset, exercitum aut mors aut signorum defectio potissimam partem imminuit. Equidem haud diuturna erat hæc Gallorum calamitas, nihilominus jamjam exercitus erat numero, & animo fractus, nec suppetiarum spes affulserat: ex adverso Consalvi copiæ indies auctæ jam viribus pares erant, ut Gallos ad prælium provocarent: igitur die vigesima tertia Decembris Consalvus nonnisi bis mille peditum, ac quadringentos Germanos secum ducens, Garilianum flumen trajicit, & ceteros Gallorum munimentum, pontemque aggredi jussit. Verum hi, cum Hispanorum impetus sustinendo ferme impares essent, terga hostibus vertebant, quos Consalvus strenue insecutus, totum Gallorum exercitum pro-

profligavit, atque exiguo temporis spatio penitus fudit. Sæcul. XVI. A.C. 1504.

§. L.

Cajeta a Consalvo capta.

Consalvus hac victoria inclytus, cum Galli necdum ob acceptam cladem linquentem animum revocassent, die prima Januarii victricia arma Cajetam versus protendit, moxque exteriora urbis propugnacula occupavit, nemine obsistere auso; quoniam vero urbis mœnia tormentis olim quassata, cum primo urbem obsedisset, necdum a Gallis refecta essent, Consalvus ruinæ hujus subsidio adjutus, primo Orlandum montem cinxit, ac selectioris militiæ Hispanis irruptionem facientibus, urbem expugnavit. Galli metu pene exanimati ægre admodum, turmatimque in urbem sese recipiendi spacium habebant; mox enim Consalvus Saluciarum Marchionem ad deditionem provocavit, qui eodem adhuc die Victoris mandato paruit, ac nocte sequenti tres omnino Deputatos, nempe Divionensem Prætorem, Sancolumbum, & Theodorum Trivultium ad Consalvum ablegavit, ut hi deditionis pacta instruerent, ubi aliquamdiu ultro citroque disceptatum est; Consalvus enim quosdam Neapolitanos captivos, præcipue Bitunti Marchionem, Mat- *Marian. lib. 28. n. 35.*

Sæcul. XVI. A.C. 1504. Matthæum de Aquaviva, & Alphonſum Sanſeverinatem Principis Biſignani Patruelem libertati reſtituere recuſabat, cauſſatus, illos eſſe ſeditionis crimini obnoxios, hujus autem ſceleris cognitionem, atque pœnam Regi Catholico reſervatam eſſe, teſtaturque Mariana, Gallos in hoc articulo Conſalvi imperio cedere compulſos.

Marian. ib. Guicc. l. 6. Paul. Jov. in elog.

Tandem ergo ineunte Januario deditionis leges concluſæ, atque utrinque firmatæ ſunt, perſcriptis hunc in modum conditionibus: I. Albinus, ceterique omnes Galli jure belli capti in libertatem aſſerantur. II. Neapolitani capti nec morte plectantur, nec de eorum fato decidatur, donec Galliarum Rex miſſis in Hiſpaniam legatis, hisce Proceribus veniam, ac præteritorum oblivionem impetraſſet. III. Præſidiarii urbe excedant unacum armis, ſarcinis, ceterisque militaris honoris inſignibus, ipſisque liberum ſit, terra vel mari pro eorum arbitrio e Neapolis Regno exire. IV. Incolis integrum ſit in civitate morari, nec ipſis, nec eorum bonis ulla inferatur moleſtia, ſuisque privilegiis ac juribus, ut olim ante bellum, frui permittantur: cum vero articulus de Neapolitanis captivis Conſalvo non ſatis perſpicuus videretur, ipſe hac verborum ambiguitate uſus

usus illos detinuit, captosque Neapolin abduci, ibique in Castro novo includi jussit, quæ cavillatio æquitati haud innixa, ac tam strenuo Belliduce prorsus indigna fuit. Eidem quoque crimini dabatur, quod præcipiti nimium consilio Gallis deditionis pacta indulsisset; enimvero, si moram traxisset, Gallorum rebus pessime constitutis, facile eos compellere potuisset, ut iniquissimas etiam conditiones pro ejus arbitrio illis imponendas acceptarent. Secul. XVI. A.C. 1504.

§. LI.

Galli ex Italia pulsi, in reditu ferme omnes mortui.

Postea deditionis legibus utrinque firmatis, qui maritimo itinere in Gallias redire jubebantur, navigia in portu fluctuantia conscendebant, quos inter Albinus cum ducentis militibus numerabatur, ceteri terra revertebantur, securitatis literis fide dignissimis muniti; ast potissimi eorum itineris laboribus ac miseriis consumpti expirarunt, qui vero per mare navigabant, vario morborum genere obruti, atque in Provinciam appulsi, ferme omnes perierunt: Salutiarum etiam Marchio Genuæ decessit; Sandricurtius vero, necnon Divionensis & Montanæ in Burgundia ditionis Prætores eadem mortis *Marian. lib. 28. n. 36.*

Sæcul. XVI. A.C. 1504.

mortis invidia ſublati ſunt, verbo, quot-quot in hoc bello dimicabant, adeo debilis, imo penitus corruptæ valetudinis erant, ut ferme omnes anno necdum evoluto miſere extincti fuerint. Gallorum ex Italia ejectorum ignominia, eorumque miſeranda morte Ludovicus XII. tantopere affligebatur, ut plures dies ſine ullius hominis alloquio tranſigeret; poſt hæc vero nonnulli primæ nobilitatis Miniſtri amiſſa Regis gratia aula exulare juſſi ſunt; Heruetius quoque Regii exercitus Queſtor, quod Rex in eum totam infelicitatis ſuæ culpam conjeciſſet, capitali ſupplicio mulctatur, ac Ludovici juſſu edictum promulgatur, quo ſe deinceps nullius Locum-Tenentis opera uſurum, ſed ſemetipſum copiis ſuis imperaturum, declarabat.

§. LII.

Totum Neapolis Regnum a Conſalvo ſubactum.

Marian. ib. num. 38.

Conſalvus expugnatæ Cajetæ gloria illuſtris, urbis Imperium Ludovico de Herrera detulit, totusque in eo fuit, ut continuato victoriarum curſu univerſum Neapolis Regnum armis ſuis ſubjiceret. Jam Bituntini Marchionis arces, urbesque, necnon Ludovici Arſii, & Capachoni Comitis, qui Laurini ſeſe in-

cluſe-

cluſerat, oppida Victoris arbitrio cede- Sæcul. XVI.
bant: Ruvereus quoque ſummi Pontifi- A.C. 1504
cis Nepos, qui nonnullas expugnaverat civitates, in omnibus ſuo imperio ſubditis urbibus Hiſpanorum vexilla feſtive erigi juſſit. Demum Conſalvus Hiſpani exercitus Dux hisce victoriis necdum ſatur, Neapolin contendit, urbemque Victor ingreditur, ac in fortitudinis, atque obſequii præmium Alviano ex Biſignani Principatus reditibus annuam octo millium Ducatorum penſionem conſtituit: hac tamen liberalitate Columnenſium invidiam in ſe provocabat, qui nil intentatum relinquebant, ut inclyti hujus Ducis honorem, ac gratiam apud Hiſpaniæ Regem diminuerent, valuitque ſucceſſus; quamvis enim Conſalvus ex Italia excedere juſſus non fuiſſet, ejus tamen auctoritas arctiſſimis limitibus conſtringebatur.

§. LIII.

Romandiolæ urbes a Valentini Duce ſummo Pontifici traditæ.

Deſperatas Gallorum res in Italia Va- *Marian. ib.*
lentini Ducis exitium continenti ruina *n.* 47.
ſequebatur, nam hic ſummo Pontifici ſervare cogebatur pollicitationem, qua Ceſenæ Gubernator ſpopondit, quod ad illius nutum urbem Alexandro quantocius

Sæcul. XVI. A.C.1504.

reddere velit: nec minus ea tunc erat rerum viciſſitudo, ut Papa Ducem brevi ceteras quoque civitates reſtituturum merito ſperare poſſet: Dux enim in arce S. Angeli incluſus, anxiis votis libertatem exoptabat, cujus amore victus ultro Pontifici obtulit, ſe cunctas urbes, quibus Gubernatores præfeciſſet, Sedi Apoſtolicæ redditurum; Pontifex vero viciſſim Duci ſpopondit, quod Romandiolæ oppidis Eccleſiæ Patrimonio reſtitutis, ejus libertati plene cautum foret, hancque in rem Papa ſanctiorem Patrum Senatum coegit, in quo Cardinalas unanimi ſuffragio in ſummi Pontificis ſententiam deſcenderunt: cum vero Julio haud incognita eſſet ſubdola, ac verſuta Ducis indoles, non plena eidem conceſſa eſt libertas, ſed Roma quidem excedens, Oſtiam contendere permittebatur, ſub vigili tamen Cardinalis Carvajali cuſtodia detinendus, usque dum pacti fidem penitus exſolviſſet. Nec inanis erat ſummi Pontificis cautela, quippe Gubernatores cum brevi rerum faciem mutari ſperarent, urbes reddere recuſabant: ipſe quoque Valentini Dux clam in Franciam ſeſe recipere ſtatuit; aſt Hiſpanorum, quorum poteſtati ſubjectus erat, ſolertiam fallere non poterat, cum vigili eum oculo ſemper cuſtodirent: unde Carvajali dexteritate, ac blanditiis captus,

ptus, se Consalvi arbitrio relinquere decrevit, spe fretus, rebus suis apud Hispanos longe melius, quam inter Gallos consultum iri. Sæcul. XVI. A C. 1504.

§. LIV.

Dux captivus a Consalvo in Hispaniam missus.

Ergo Valentini Dux misso Oratore Consalvum obtestatur, ut triremes ei submitteret, quibus conscensis Neapolin fugere posset. Scriptorum nonnulli, id consentiente, alii vero, penitus inscio Pontifice factum fuisse referunt. Utut res se habuerit, Consalvus quantocius tres triremes Ostiam procurrere jubet, quas quidem Dux conscendit, nec tamen inde sortem suam, sed duntaxat carcerem permutavit, quippe adversus Hispaniam clandestina concoquens consilia, arcem Forolivienscm, quæ nondum Pontifici reddita erat, retinere, ac Plumbinum, Perusium & Pisas sibi subjicere moliebatur; quapropter Consalvus cuncta ejus consilia evertens, excubitorum numerum auxit, illumque fugam meditari edoctus, Neapoli eum comprehendi, atque in Castro novo includi præcepit, nec tamen Papa defuit, quominus Consalvum summis precibus urgeret, ut Ducem Ostiam remissum rursus ipsius potestati *Marian.* n. 48. & 49.

Secul. XVI. A.C. 1504.

traderet, cauſſatus, Ducis milites necdum ex arce Forolivienſi deceſſiſſe: verum non plus Papæ precibus datum, niſi quod Forolivii Gubernator arcem ſummo Pontifici reddere juberetur: itaque Conſalvus Ducem ciendis turbis unice aſſuetum, ab Italiæ finibus remoturus, in Hiſpaniam miſit, ductore Antonio Cardonio, qui eum perpetuo carcere plectendum ad Catabenſem arcem relegavit: quamvis autem genii adeo turbulenti Principem captum tenere, publicæ quietis ratio ſuaderet, nihilominus Hiſpaniæ Rex Conſalvi Belliducis ſui agendi rationem ſaltem ſpecietenus arguebat, lætitiam, quam inde re ipſa concipiebat, exterius diſſimulans: Rex vero Galliarum hanc rem permoleſte tulit, rebus ſuis Ducis operam haud parum profi-cuam fore ratus, ſi forte, ut animo conſtituerat, denuo arma Italiæ illaturus eſſet.

§. LV.

Induciæ Ferdinandi cum Gallis captioſo quodam articulo infectæ.

Maria. l. 28. n. 42. Hoc interim ſpatio Grailla, & Antonius Auguſtinus Regis Catholici in Francia Oratores ad triennium cum Gallis inducias ineunt, firmantque, ea lege, ut Neapolis Regnum iis minime com-

pre-

prehenderetur. Inde tot consilia non minus Consalvo glorioſa, quam Hiſpanis proficua uno ictu penitus evertebantur: Nihilominus Rex Catholicus Majoradæ, ubi tum agebat, exuente menſe Januario has inducias ratas habebat; iis tamen captioſus inſerebatur articulus, quo Ferdinandus ad firmandam in Neapolis Regno auctoritatem ſuam, atque ad Gallos inde penitus arcendos ſemper expeditam ſibi viam parabat. Hoc articulo conventum: „Per univerſam Europam „ Gallos inter & Hiſpanos armorum in„ ducíæ promulgentur, comprehenda„ tur etiam in eo fœdere Neapolis Reg„ num, in quo tamen ſolo nullum inter „ utramque Nationem commercium ex„ erceatur. „ Porro hunc articulum Hiſpani hoc modo interpretabantur, quod non niſi de Mercatoribus Gallis, qui per univerſum mare mercaturam agunt, intelligendus ſit, & hisce facultas concedatur, ut ſub commercii obtentu milites advehere, eosque in Neapolis oras exponere poſſent: Ferdinandus vero hoc verbum *commercii* ad quodcunque mutuæ ſocietatis genus extendebat.

Sæcul. XVI. A.C. 1504.

Sæcul. XVI.
A.C. 1504.

§. LVI.

Reliquæ quinque Gallorum urbes a Conſalvo occupatæ.

Necdum tamen ſatiata erat vincendi cupiditas, qua Conſalvus flagrabat, eoquod Galli adhucdum in Neapolis Regno quinque urbes poſſiderent; verum eas expugnandi non adeo expedita offerebatur opportunitas; Hiſpani enim retardata ſtipendiorum ſolutione ſeditionem moliti, ſibimetipſis Duces elegerant, hinc ipſe Conſalvus hac perfidia graviter commotus, in morbum incidit, alioquin vero pactis utrinque induciis ab hoſtilibus armis ceſſandum videbatur; Nihilominus Conſalvi animus cunctis hisce obſtaculis longe ſuperior evaſit, cum ipſa quoque præfati articuli ambiguitas ambitioni, atque Hiſpanorum fallaciæ egregie deſerviret. (*) Hi enim contendebant, articulum, quo mutuum inter utramque Nationem commercium interdicebatur, obſtare, ne quinque illis urbibus annonæ, ac cetera vitæ ſubſidia adherentur: Conſalvus igitur hoc prætextu

(*) *Obſervandum, induciarum legibus ſanctum fuiſſe: in illis Neapolis Regnum etiam comprehendi.* §. *LV. perparam ergo fractæ fidei inſimulantur Hiſpani.*

tu munitus milites ſuos, quibus effuſa manu ſtipendia numerabat, hisce urbibus admovit, easque undique cingi præcepit, & Ludovico Arſio urbis Præfecto inducіarum leges violatas querenti, reſponderunt Hiſpani, tam amplam eſſe verbi *Commercii* ſignificationem, ut ſalva pacti fide vel unicam frumenti granum, aut frigidæ hauſtum in urbem inferri jure prohiberent. Illico Ludovicus ſe deluſum cognoverat, unde omni auxilii ſpe deſtitutus, cum ſuis copiis ſonantibus tympanis, expanſisque vexillis urbe exceſſit, eoque militari honore potitus, totam hoſtium Regionem emenſus eſt, donec tandem terreſtri itinere in Franciam rediret, ubi a Rege perbenigne excipiebatur. Interea Galli ceterarum urbium Gubernatores non parum dolebant, quod Arſii exemplum ſecuti non fuiſſent; quippe ipſi famis violentia ferme exanimati, civitatibus exire compellebantur, & inſuper quamvis eorum, rerumque ſuarum luctuoſiſſima eſſet conditio, nihilominus a viarum graſſatoribus, atque ruſticis unaomnes funditus trucidabantur. Ludovicus comperta hac fraude Hiſpaniæ Legatos ad ſe venire juſſit, coram eis graviter de Ferdinandi eorum Domini iniquitate queſtus, unde totus in eo erat, ut ſuorum cladem ulciſceretur.

Sæcul. XVI. A.C.1504.

Marian. ib.

Sæcul. XVI. A.C. 1504.

§. LVII.

Ludovici Regis vindicta in Regem Catholicum.

Marian. lib. 28. n. 55.

Verum, ut vindicandi propositi suus colluderet successus, consultissimum fore censebat, si animo statutam cum Imperatore, ejusque filio Archiduce concordiam iniret, Regem vero Catholicum vana pacis fiducia falleret; quapropter rei gerendæ negotium Cardinali de Ambasia demandat, interea vero continuo de concordiæ legibus cum Hispaniæ Legatis agere præcepit, eisque, ut animi sui propositum cautius tegeret, alterius pacis articulos proposuit, Regemque Catholicum de illis edoceri, atque Oratores novi mandati literis muniri jussit. Annuere Ferdinandus, & Isabella non sine ingentis gaudii significatione, jamque articuli in deliberationem veniunt, quorum primus nuptias offerebat inter filium natu majorem Friderici Neapolitani Regis, & Ferdinandi junioris Viduam, adjecta etiam pollicitatione, qua Fridericus filio suo regium diadema cessurus esset: ast dum hæc interea agitantur, Pisani, qui Gallorum armis potissimam libertatis suæ partem debebant, iis relictis sese Hispanorum præsidio, ac tutellæ commiserunt. Hoc nuncio pacis deliberatio

ratio non ſolum everſa, ſed etiam Ludovicus tam impotenti ira commotus eſt, ut e veſtigio Hiſpaniæ Oratores aula exulare, ac ſine moræ diſpendio regno excedere juberet. Ergo quantocius omne commercii genus Hiſpanis fuit interdictum, nec plus Legatorum precibus datum, niſi quod ante ſuum diſceſſum Reginam, ac Fridericum ſalutare poſſent, unde die vigeſima ſexta Auguſti in patriam ſuam reverſi ſunt. Ergo Piſanorum deſectio primus erat obtentus, quo Rex Legatorum dimiſſionem æquam reddere nitebatur, cujus tamen genuina, eaque ſecreta cauſſa erat, quod pacem cum Imperatore ſtabiliendi propoſitum concepiſſet. Secul. XVI. A.C. 1504.

§. LVIII.

Fœdus inter Imperatorem, Archiducem Auſtriæ, & Franciæ Regem.

Hiſpaniæ Oratoribus vix Bleſo egreſſis, Maximiliani, atque Archiducis Legati advenerunt: Protinus igitur conſultationibus datum eſt initium, quibus Finarii Marchio nomine Pontificis, & Petrus Fillolus Siſteronenſis Epiſcopus ejusdem internuncius interfuere. Ibi ſublatis omnibus obſtaculis, quæ Mediolanenſis Ducatus inveſtituram Ludovico

Marian. ib. n. 56
Recueil des traitez de paix tom. 2.
Raynald. hoc ann. n. 1. & 22.
Spond. ib. n. 2.
Guicc. l. 6.

Sæcul XVI A.C.1504

Bonaccurs. in Diario.

XII. concedendam, necnon nuptias Claudiæ Principissæ cum Carolo Lucemburgico morabantur, die vigesima secunda Septembris Blesi armorum societas inter Cæsarem, Archiducem, & Galliarum Regem inita, atque firmata est, cujus præcipui erant articuli. I. Imperator nullatenus Mediolani Ducatum invadat, aut Italiæ Principes Gallis addictos molestet. II. His, eorumque vasallis, atque amicis plena præteritorum oblivio concedatur. III. Triduo post firmatum hoc fœdus spondeat Cæsar, se Galliarum Regi, ejusque liberis maribus, aut iis deficientibus filiæ ipsius natu majori, simulque Lucemburgico Duci Mediolanensis imperii diploma concessurum, si vero Claudia fors prius fatis fungeretur, tunc Ducatus ad Filiam Regis natu minorem, quam Dux Claudiæ loco duceret, transferatur, idemque servetur, si forte Carolus moreretur; tunc enim Ferdinandus ejusdem filius secundo genitus sibi Claudiam sociaret, Rex vero pro diplomate Cæsari ducenta librarum Gallicarum millia numeret, quæ tamen, si Princeps ac Principissa nulla suscepta prole e vivis excederent, restituantur. IV. Nullum concordiæ colloquium circa rem inter eos controversam Rex Franciæ cum Hispanis ineat, nec absque Cæsaris consensu ullum fœdus firmet. Si vero

ro Rex Catholicus æquas, atque honeſtas conditiones acceptare renueret, Imperator ad recuperandum Neapolis Regnum Galliarum Regi neceſſaria ſuppeditet auxilia. V. Spondeat Ludovicus Rex, ſe Ludovici Sfortiæ Filiis, ſi in regno morari cupiant, ditiones quasdam, atque penſiones in Francia daturum. VI. Cunctis rebellibus, ac e Mediolanenſi Ducatu proſcriptis omnium injuriarum venia ac gratia concedatur, eisque Rex reconciliatus cuncta illorum bona reſtituat. VII. Regi Catholico, ſi velit, infra quatuor menſes fœderi accedere integrum ſit, cunctis tamen in Neapolis regnum juribus, in Carolum Lucemburgicum Nepotem ſuum transferendis cedat, ſub conditionibus toties propoſitis, totiesque rejectis. VIII. Singuli tres Confœderati Principes trimeſtri nondum evoluto ceteros Principes, quos fœdere comprehendi cupiunt, nominare teneantur, cujus Sponſores ſint Principes, & S. R. I. Electores. Præter hoſce articulos plures adhuc alii ſanciebantur admodum prolixi, minoris tamen momenti, unde illos haud recenſendos judicavimus. Sæcul. XVI. A C. 1504.

§. LIX.

Friderici Neapolitani Regis obitus.

Hoc fœdere a Galliarum Regno Mediola- *Marian. lib. 28. n. 59.*

Sæcul. XVI. A C 1504.

diolanenſis Ducatus, Genuenſium ditio, Burgundiæ, & Britanniæ Ducatus una cum Bleſenſi Comitatu ſejungebantur, unde cum hoc fœdus Gallorum rebus haud adeo proficuum crederetur, Galliarum Regem hos articulos nullatenus executurum ſuſpicabantur omnes, nec eos ſua fefellit opinio; quippe pactorum fidem nequaquam exſolvit, violatæ fidei prætextum captans ex obitu Friderici Neapolitani Regis, & Iſabellæ Reginæ. Fridericus, cum ſe omnibus indigum, regno ſuo ejectum, in extera regione exulem, a ſuis ſubditis neglectum, a fidioribus amicis proditum, ab omnibus derelictum, ſervituti tanto Principe indignæ mancipatum, & potentiæ, atque hoſtium ſuorum arbitrio traditum conſpiceret, tot ærumnarum concurſu oppreſſus, die nona Novembris Anno Domini milleſimo quingenteſimo quarto Turonii obiit ex febri quartana. Non ignorabat Fridericus, Franciæ, ac Hiſpaniæ Reges, utpote ſtudiis oppido contrariis impulſos ad ſibi reddendum Neapolis ſolium nunquam concordi opera conventuros, atque a neutro eorum perverſum ſimulandi ſtudium abeſſe, nec ab illis regni recuperationem alio ex fine proponi, quam ut illum, velut crepundiis pueros, vana ſpe paſcerent, ſimulatoque eidem imperium reſtituendi ſtudio, cunctis Principibus impone-

Guicc. l. 6. Spond. ad hunc ann. n. 3

ponerent, cum in animo firmiter ſtatuiſſent ejusmodi reſtitutioni obluctari. Nec temeraria erat Friderici opinio, quapropter ante obitum ſuum, vitæ ſuæ terminum inſtare ſentiens, Filio ſuo Calabriæ Duci literas monitis, atque conſiliis non minus prudentibus, quam ſalutaribus plenas hunc in modum perſcripſit: *Debes te*, inquiebat, *ita rebus præſentibus accommodare, ut ad majora nitaris, neque præpoſteris voluptatibus extinqui vigorem animi, frangi corpus, neque terreri difficultatibus quamvis maximis patiaris: te fortem & munificum, ut præſens fortuna dat, cunctis exhibe, corpus idoneis laboribus virile effice ac militare, modeſtia animum firma.* Sæcul. XVI. A.C. 1504.

§. LX.

Iſabellæ Caſtellæ Reginæ extrema.

Eodem quoque Menſe die vigeſima ſexta, decima ſeptima poſt Friderici obitum die Iſabella Regina Medinæ Campi mortalitatem exuit, anno ætatis ſuæ quinquageſimo tertio. Huic Hiſpania ampliſſimos Monarchiæ ſuæ fines, Granatam, Neapolin, Canarias Inſulas, Novumque Orbem maxima parte debet. Eadem extremo, antequam moreretur, die teſtamenti tabulas condidit, in quibus Joannam Archiduciſſam Filiam ſuam natu

Marian. l. 28 n. 60. Spond. l. c. n. 4. Bonaccurſ. in Diario. Oſorius lib. 3 Raynald. hoc ann. num. 40.

Sæcul. XVI. A.C. 1504. natu majorem, unicam Caſtellæ, regnorumque adjacentium hæredem ſcripſit, voluitque, ut Archidux illius Maritus in imperii conſortium vocaretur, ſi vero ob abſentiam, valetudinem, aut ob aliam quamcunque cauſſam, Joanna regni adepti curam non ſuſciperet, aut Caſtellæ, ceterisque regnis ab ea dependentibus imperare omnino recuſaret, tunc ſanxit, ut ſtandum eſſet decretis, quæ ante biennium in comitiis generalibus Ordinum Regni ad populi preces condita fuiſſent; proin Joannæ nomine & loco Ferdinandus Rex regnum gubernaret, donec Carolus Nepos vigeſimum annum attingeret. Præterea teſtamento cavit, ut idem Rex præter tres ſupremos Magiſtratus Equeſtrium Ordinum S. Jacobi, Calatravæ, atque Alcantaræ a S. Sede Ferdinandi adminiſtrationi conceſſos, etiam media parte potiretur ex cunctis reditibus, qui Caſtellano regno ex omnibus Inſulis, & Terra firma recens ab Hiſpanis in novo Orbe detectis proveniunt, præter viginti quinque Ducatorum millia, quæ quotannis ex Regii ærarii proventibus perciperet. Hanc ſupremam voluntatem exequendi provinciam demandavit Ferdinando Regi Marito ſuo, Ximenio Toletano Archiepiſcopo, Didaco de Deca Palenciæ Epiſcopo, & duobus regii ærarii Præfectis, ſcilicet Anto-

Antonio de Fonseca, & Joanni Velasquez, necnon Joanni Lopez de Lazzarraga qui in edendis edictis Reginæ a secretis erat. Sæcul. XVI. A.C. 1504.

§. LXI.

Archidux ob Isabellæ testamentum ira accensus.

Isabella vix fatis functa, aperiuntur testamenti tabulæ non sine ingenti Archiducis fastidio, qui se modo haud tolerando vilipensum censebat, quippe ex nuptiali pacto, quo Philippus cum Archiduciſſa conjugali vinculo jungebatur, Tutor nominabatur, si forte ipsa regiminis incapax esset: Nihilominus neglecta hac lege Ferdinando ejus Socero tutela deferebatur; hanc ipsam injuriam Castellæ Proceres Philippo illatam haud minus acerbe tulerunt, hinc habito consessu clariſſimum Joannem Manuelem, ad curandas Philippi res in Castella relictum, ad eundem ablegant. Hic cursoriis equis ad Archiducem delatus, eundem his verbis alloquebatur: „Isabellæ testa- „ mentum nihil moreris, Archidux, a- „ liena a mente illud scripsit, firmavit- „ que, nonnisi extrema vitæ suæ mo- „ menta consecrans, ut solidissimas Ca- „ stellanæ Monarchiæ leges violaret, e- „ quidem Regni administrationem Fer- „ dinando

Marian. ib. Alv. Gomez. lib. 3.

Sæcul. XVI. A.C. 1504.

„ dinando, utpote Marito ſuo commiſit, „ verum ille, cum ex Arragonum gente „ ſit, Caſtellanis pro alienigena ha- „ betur. „

§. LXII.

Archidux Caſtellæ Rex nominatus.

Ferdinandus conſilia, quæ Proceres cum Archiduce agitabant, penitus ignorabat, nec ſagacitate ſua aſſequi poterat: Nihilominus auctor illi erat Toleti Archiepiſcopus, ut nulla mora ad Generum ſuum Legatos decerneret, qui Joannis Manuelis conatibus obſiſterent; verum Manuel Hiſpanos prævertit, tantaque dexteritate Archiducis animum inclinavit, ut hi de Legationis ſuæ ſucceſſu penitus deſperarent: Jam enim Archidux Caſtellæ Regis nomen, & inſignia uſurpabat, & Manuelis oratione animum adente, claſſem inſtrui jubebat, qua una cum Sponſa ſua in Hiſpaniam trajiceret; ea res Socerum ejus non parum affligebat, angebatque; noverat enim, quod Caſtellani Archiducem vix adventantem protinus Regem ſuum ſalutaturi eſſent, de cetero nihil magis verebatur, quam denuo in Arragoniam reverti; tum enim, ſe Neapolis Regnum adverſus Gallos

Gallos ſervaturum, omnem ſpem abji- Sæcul. XVI.
ciebat. A.C. 1504.

§. LXIII.

Germana de Fuxo a Ferdinando Arragonio in Sponſam petita.

Hæ tamen curæ non adeo anxium reddidere Ferdinandum, ut ei de ſecundis nuptiis cogitandi ſpacium denegarent. Præprimis Joannam Henrici IV. Caſtellæ Regis, qui Iſabellæ, & Luſitaniæ Infantis frater erat, Filiam ſelegerat; hæc autem plurium opinione natalium vitio laborabat, ac tum temporis in ſacrarum Virginum Collegio incluſa, nulla tamen Virginitatis ſponſione obſtricta erat. Nihilominus Ferdinandus potiſſimum illius nuptias expetebat, ut Regiæ hujus Filiæ jura in Caſtellæ regnum, excluſo Archiduce, rurſum ſuſcitaret. Attamen Emanuel Luſitaniæ Rex, a cujus nutu hoc connubium dependebat, conſtanter Ferdinandi votis obluctabatur, veritus, ne belli flammis exinde in Caſtella ſuſcitatis, & ipſe, utpote ſatis vicinus, iis implicaretur: Ferdinandus ſpe ſua dejectus, animum ſuum addixit Germanæ Fuxienſi, quæ Joannem de Fuxo Narbonæ Vice-Comitem, & Ludovici XII. Sororium Patrem habuit, *Marian. l. 28 n. 72.*

Sæcul. XVI. A.C. 1504

ac tunc nonnisi decimum octavum ætatis annum agebat: Ferdinandus igitur hujus nuptias ambiens, Oratores suos ad Ludovicum XII. decrevit, quæsito Isabellæ mortem nunciandi obtentu. Rex Legatis perbenigne exceptis, dolenter mærorem de Reginæ obitu testabatur, iisdem vero de Archiduce, ejusque consiliis sermonem inspergentibus, Rex non minus, quam ipse Ferdinandus adversari videbatur; attamen cum hæc omnia minime præcipuum legationis caput respicerent, haud diutius illis immorati, sine ambagibus exponebant, Regem eorum Dominum nuptias cum Ludovici Nepte efflagitare. Rex quidem primo tergiversari, ætatis inæqualitatem causari, atque obtendere, quod Ferdinandus potiori jure ejus Pater quam sponsus esset habendus; tandem vero eorum votis acquievit.

§. LXIV.

Callixtinorum errores in Bohemia.

Bossuet. hist. de variation. tom. 2. in 4. lib. 11.

Interim in Bohemia, & Moravia errores suos spargere pergebant Callixtini, sic dicti, quod usum calicis in sacra Synaxi etiam Laicis omnino necessarium tradebant. Hujus Sectæ caput erat Jacobellus, qui calicem unacum pane administra-

ſtrandum docebat, cujus errorem Bohemi amplectebantur, poſtquam crebris diſceptationibus ultro citroque habitis, tandem eis Baſileenſe Concilium pacis ſtudio Communionem ſub utraque ſpecie indulſerat, edito hanc in rem concordiæ diplomate, quod *compactatum* appellare ſolebant. Verum progreſſu temporis his minime contenti, Calicem etiam infantibus recens baptizatis propinandum contendebant, & Rochiſana eorum Coriphæus, & Presbyter, ac Jacobelli Diſcipulus, cum eſſet Vir ambitione tumens, ac Pragenſem Archiepiſcopatum aucupandi ſpe dejiceretur, omnibus viribus impedire nitebatur, ne Bohemi ad Eccleſiæ Romanæ ſinum redirent. Secul. XVI. A. C. 1504.

§. LXV.

Fratrum Bohemorum Sectæ initia.

Ceterum Calixtinorum ſecta æque ac Bohemorum fratrum, qui veterum Taboritarum a Podiebracio exterminatorum funeſtæ erant reliquiæ, in Bohemia ſemper prævalebat, donec Lutherus ad ſuam hæreſin hos & illos pertraxiſſet. Prius vero Bohemi Fratres ſuorum numero adeo excreverant, ut novæ ſectæ ſocietatem conflarent, cujus Anteſignanum quemdam Sutorem, nomine Petrum

Sæcul. XVI A.C. 1504.

Keleſiski, venerabantur, qui eisdem credendorum ſummam præſcripſit; poſtea vero iidem Paſtorem ſeligebant Matthiam Convaldum, Anno autem Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo ſeſe a Calixtinis ſeparabant, eosque plusquam vatiniano inſequebantur odio, aliosque ſibi Miniſtros creabant.

Horum errores parum omnino ab Huſſitarum ſecta diſcrepabant; exſufflabant enim Miſſam, Transſubſtantiationem, ſuffragia pro mortuis, cultum Sanctorum, ac præprimis laceſſebant auctoritatem ſummi Pontificis, quem Antichriſtum appellitabant, Eccleſiam vero Romanam illam meretricem, de qua in Apocalypſi legitur, criminabantur. Tam craſſæ erant ignorantiæ, ut omnes, qui ex aliis Eccleſiis ad eos acceſſerant, denuo ſacro fonte abluerent, atque huic errori per integrum ſæculum inſiſterent; ceterum Sacrorum miniſterium nonniſi meris laicis deferebant, in Miſſæ ſacrificio ſolam orationem Dominicam adhibebant; abominabantur Eccleſiæ Romanæ Sacramenta; Scripturam velut unicam fidei regulam venditabant, in pane fermentato absque omni ritu celebrantes, Chriſtum Dominum in Euchariſtia minime adorandum tradebant; præterea nec Sanctos, nec eorum imagines

gines venerabantur, pro defunctis nullas preces persolvebant, celibatus sanctitatem, vota, jejunia, omnesque Ecclesiæ ritus rejiciebant, denique non alia celebrabant festa, quam Nativitatis, Paschatis, & Pentecostis solemnia. Hæc sunt illius sectæ deliria, quæ duo, aut tria hominum millia spargere præsumebant, & hi omnes pari odii ac seditionis insania Calixtinos, quos inter vivebant, simulque Romanam Ecclesiam, a qua sese avellebant, infectabantur. Sæcul. XVI. A C. 1504.

§. LXVI.

Prima sectæ professio Fratrum Bohemorum.

Calixtini, qui ab Ecclesia Romana solo calicis usu discrepabant, juncto cum Catholicis consilio Bohemos Fratres apud Wladislaum VI. detulerunt, eidemque præfati fratres hoc anno fidei suæ formulam tradiderunt, errores suos, de quibus accusabantur, vindicaturi. In ea cum Orthodoxis admittebant septem Sacramenta pro adimplendis, quæ Christus fidelibus feciſſet, promiſſis stabilita, eaque ex sacris paginis comprobabant, nec minus propugnabant etiam peccatorum confessionem tanquam rem lege præceptam: Præsentiam vero realem in Eucharistia hunc in modum profitebantur: *Bossuet ib. tom. 2. p. 300. In apolog. 1532. 4. part. apud Lyd. p. 295.*

Sæcul. XVI. A.C. 1504.

tur: *Credimus, recipi corpus & ſanguinem Domini ſub ſpeciebus panis, & vini; non ſumus ex eorum numero, qui male intelligentes verba Domini dicunt, eum digitis monſtraſſe, & dediſſe panem in memoriam corporis dicendo:* Hoc eſt Corpus meum: *alii dicunt, panem ſignificare Corpus Chriſti, quod eſt in cœlo: omnes hæ exſplicationes videntur nobis remotiſſimæ ab intentione Chriſti, nobisque multum diſplicent.* „Plura, inquit doctiſſimus Meldenſis Epiſcopus, in S. literis exſtant monumenta, „ quæ ad comprobandam S. Euchariſtiæ veritatem æque valida, ac notatu „ digna ſunt, adeo, ut ex illis clare perſpiciatur, quam futili argumento Calviniſtæ ſenſus figurati defenſores in „ erroris ſui patrocinium fidei formulas, „ quas Bohemi emiſerant, vocare niterentur. „

In faſcic. rer. ort. Gratii fol. 81. edit. anni 1535. & tom. 2. ſecund edit. Londin.

In aliis articulis ejusdem profeſſionis, eodemque anno editæ, Bohemiæ Fratres proxime Catholicorum doctrinis accedere videbantur: Admittebant enim Symbola Apoſtolorum, Nicænum, & S. Athanaſii, necnon SS. Trinitatis, atque Incarnationis myſteria in ſenſu prorſus orthodoxo. Duplicem diſtinquebant Eccleſiam, unam dicebant ex omnibus electis ab exordio usque ad finem mundi compoſitam, alteram autem ſtatuebant ex Miniſtris a Deo miſſis, & ex popu-

lo

lo illis subjecto congregatam; istamque posteriorem ex bonis & malis compositam asserebant, paratosque sese exhibebant, Pastoribus veritatem docentibus obedire, malis tamen Ministris, qui se veritatis hostes declarant, parere, minime se obstrictos censebant, unde æquo animo persecutiones tolerabant: Docebant quoque, Ecclesiæ ministerium in Evangelio Christi, atque in sanæ doctrinæ prædicatione consistere. Secul. XVI. A.C. 1504.

§. LXVII.

Eorum opinio de Sacramentis.

De Sacramentis vero hanc opinionem tenebant, quod Baptismus adultis æque, ac infantibus necessarius, sit signum internæ puritatis per fidem aquisitæ; confirmationem autem ajebant dari Baptizatis in fide, & spe per impositionem manuum Episcopi, vel Presbyteri, & de Eucharistia differebant, quod per illam conferatur, sitque verum Christi corpus, verusque sanguis, cum Christus sit summus Sacerdos: se ipsos vero jactitabant Ministros ab illo missos, ut Evangelium prædicarent, Christi loco sententias pronuntiarent, sacrificia & preces offerrent, & reprobos anathemate percellerent. Ad inaugurandos Sacerdotes tria requirebant necessaria, ut *Raynald. ad ann. 1504. n. 27. & seq.*

Sæcul. XVI. A.C. 1504.

scilicet fidei, ac probatæ vitæ examen fieret, oratio cum jejunio peragereturac potestas per preces, quæ illam exprimunt, conferretur, & per impositionem manuum confirmaretur. Tandem Sacramentum Matrimonii constituebant in unione indissolubili maris cum fœmina, illudque dicebant figuram unionis Christi cum Ecclesia. De Sacramento Pœnitentiæ profitebantur, quod peccator, si præteritæ vitæ delicta delere desiderat, teneatur ea Sacerdoti docto manifestare, qui nomine Dei, & Ecclesiæ officium Judicis exercens, gravitatem peccati eidem peccatori exponeret, ac pro emendatione vitæ salutaria suggereret consilia. Denique infirmorum unctionem approbabant, eamque Sacramentis accensebant.

Attamen duplicem distinguebantSanctorum communionem, quarum unam asserebant ex vivis Ecclesiæ membris compositam, quam utilem & salutarem putabant; alteram vero spargebant conflatam ex malis, quos non nisi secundum externos ritus cum Ecclesia communicantes, & spiritualibus vero illius bonis excluſos censebant. Nec minus docebant, quod is, qui per vivam fidem cum Christo communicat, in ipso remissionem peccatorum recepturus sit ac etiam ille, qui in Sacramentis Ecclesiæ participat, per eandem

eandem fidem pari certitudine delictorum veniam obtineat, & si hæc fides ad finem vitæ suæ in eo perduraverit, in die judicii per beatam resurrectionem gloriam æternam consecuturus sit. Hanc ipsam fidei professionem Sacris Literis inniti declarabant, atque exponebant, se non alia ex caussa ab Ecclesia Romana discessisse, quam ob superstitiones, atque errores in illa dominantes, vel ut Sacramentis a Christo institutis libere uti possent. Ergo illi Wladislaum Bohemiæ Regem adibant, supplices, ut eorum fidei professionem reciperet, facto promisso, se errorem, si cujus convincerentur, statim deposituros, nec ullo pacto contumaces sese ostensuros, ut proin nullatenus velut hæretici traduci, sed in vita tranquille ducenda permitti deberent, nec minus suis fratribus, qui captivi detinentur, libertatem reddi, eisque regno Bohemiæ excedendi veniam concedi oporteret. Sæcul. XVI. A. C. 1504.

§. LXVIII.

Wladislai Regis edictum contra Bohemiæ Fratres.

Verum Wladislaus Bohemiæ Rex huic fidei formulæ, ac Bohemiæ Fratrum precibus adeo nil detulit, ut etiam contra eos edictum promulgari juberet, quo *Dubrav. l. 32 Raynald. l. cit. n. 31.*

Sæcul. XVI. A.C. 1504.

cautum, *ne in cœtus publice aut privatim coirent, a concionibus, ſcriptisque de ſua ſecta plane abſtinerent, ac die vigeſima ſeptima Decembris Pragam venirent, coram Magiſtratu compararent, atque ejuratis erroribus ad alterutram partem aut Romanam, aut Calixtinam accederent.* Edicto ubique promulgato, Bohemiæ fratres denuo Regem accedunt, ac ſupplices porrecto libello rationes exponunt, propter quas ab Eccleſiæ Romanæ unione receſſiſſent, coram Deo profeſſi, ſe nunquam hæreſin ullam, aut tenuiſſe, aut ſparſiſſe, demum ea, quæ de Euchariſtia cenſerent, repetentes ſubjungunt, illam omnino ſub duplici ſpecie ſumendam, atque adminiſtrandam. Inſuper affirmabant, quod Chriſtus in hoc Sacramento non ſit adorandus, cum is hoc cultu duntaxat in dextera Patris ſedens honorari debeat. Præter hæc adſtruebant, quod Beata Virgo gratia fuerit plena, ac ſemper permanſerit Virgo ſanctificata, dignaque evaſerit, ut Verbum ex ea carnem ſumeret, omnes autem pietatis, ac religionis actus, quibus colitur, velut ſuperſtitioſos rejiciebant. Tandem fidem ſuam quaſi ad ſummam denuo reſtringentes Regem obſecrant, ut eos ab hoſtium ſuorum vexationibus tueretur, affirmantes, Chriſtum minime præcepiſſe, ut homines vi, armorumque violentia ad fi-

dem

dem Christianam compellerentur, se autem ad amplectendam veritatem, quamprimum illa eis cognoscenda traderetur, omnino paratos offerebant. Attamen Wladislaus, se de severitate edicti sui nihil remissurum respondit. Sæcul. XVI. A.C. 1504.

§. LXIX.

Romæ cujusdam Presbyteri supplicium.

Cum quidam Presbyter Aquilejensis, nomine Aquinas de Coloreto, Cardinalem S. Angeli interfeciſſe insimularetur, Capitolii Senator eundem morte plectendum pronunciabat; lata ergo sententia die decima sexta Februarii in foro S. Petri ad gradus Ecclesiæ ferale pegma erigitur, reusque illud cum Senatoris Prætore conscendere jubetur; post hæc sententiæ tabulis coram eo prælectis, Notarius Sub-Diaconatus Ordine insignitus, Presbyterum vestibus suis spoliavit, eumque Petrus Civitatis veteris Episcopus Ordinibus sacris solito ritu exauctoravit, quibus peractis Notarius Aquinatem Senatoris manibus rursum tradidit, qui illum in foro e regione domus suæ proxima die Sabbati capite plecti jussit. *Raynald. ann. 1504. n. 20.*

§. LXX.

Sæcul. XVI.
A.C. 1504.

§. LXX.

Henricus VII. Henricum VI. Romæ Sanctorum numero adscribi postulans.

Bacon. sub fin. hist. Henr. VII. Raynald. ad hunc ann. n. 33. & seq. Harpsfeld. hist. Anglic. 15. Sæc. 60.

Sub idem ferme tempus Angliæ Rex summum Pontificem supplex rogabat, ut Henricum VI. ultimum ex Lancastrienſium Familia Anglorum Regem inter Cœlites annumeraret, sperabat enim Rex, Eboracenſium nomen Anglis adhuc magis infenſum fore, ſi Princeps ille, quem Richardus II. ex Eboracenſi Familia ortus propriis ſuis manibus crudelem in modum trucidaverat, Sanctorum faſtis adſcriberetur: quapropter Henricus VII. Romam Oratorem ablegabat, qui a Pontifice Maximo hanc gratiam impetraret. Julius II. non quidem plus æquo religioſus, Sacræ Sedis tamen auctoritatem in diſcrimen adducere veritus, ad Anglici Legati preces obſtupuit; quamvis enim Henrici vita vitii expers, ejusque mors injuſta fuiſſet, nihilominus ejusdem virtutes heroicis, ut vocant, factis claras, ob quas publici Sanctorum honores decernuntur, fuiſſe haud conſtabat, imo eo adhuc vivente, non deerant, qui ejus vitæ, morumque integritatem adeo deprædicatam potius ejusdem ſimplicitati, ingeniique imbecillitati

litati adscriberent: hinc summus Pontifex Legatum, quibus Miraculis Henricus VI. conspicuus esset, interrogat, addens, quod equidem illibatæ vitæ merita ad hoc, ut Deus hunc Regem cœlestibus coronis dignum judicaverit, abunde sufficerent, Ecclesia vero, quæ secreta cordium penetrare haud valet, alia Sanctitatis argumenta minus dubia requirat, uti sunt miracula post mortem patrata (*). Saecul. XVI. A. C. 1504.

§. LXXI.

(*) *Cum ipse Julius Pontifex in suo Brevi hoc anno 30. Maji ad Henricum VII. dato hæc verba habeat:* Cum nonnulla miracula interceſſione, ut pie creditur, Henrici VI. Regis Dominus operetur, & ad illius sepulchrum frequentia populi confluere cæpisset, *item cum in suis literis die 19. Junii datis referat:* Dominum illius meritis multa & evidentissima miracula quotidie demonstrare, cum cæci videant, surdi audiant, claudi ambulent ipso Henrico intercedente, *cumque Raynaldus & Harpsfeldius plura ejusmodi miracula speciatim recenseant, nec Papam id interrogasse, nec Legatum hæc respondisse, vero simile est.*

Sæcul. XVI. A.C. 1504.

§. LXXI.

Congregatio pro examinanda Henrici VI. vita Romæ habita.

Bacon. loc. supr. cit.

Interim vero Pontifex, cum Angliæ Regis precibus omnino repulsam dare nollet, in cunctatione consilium quærebat, sperans, Regem longioris moræ fastidio victum, a petito destiturum. Nihilominus Legatus rem ardentius urgens, Pontificis patientiam expugnavit, eumque adegit, ut Cardinalium Congregationem haberi concederet, in qua Henrici VI. vita discuteretur, & testes de ejus Sanctitate rite interrogarentur. Verum hac ipsamet ratione caussa absque decisionis spe protrahebatur, imo ipsimet Commissarii Legato exponebant, quod forte defuncti Regis memoriæ melius consuleretur, si res omnino indecisa relinqueretur, cum semper pronum esset dicere, quod adhucdum Canonisationis acta instruantur; si vero caussa decideretur, fors sententia minus propitia foret timenda. Attamen Legatus omnino judicium ferri contendebat, cujus tamen votis minime favebat sententia, quæ quamvis religioso admodum silentio premeretur, progressu tamen temporis compertum exstabat, Cardinales, testibus

bus rite examinatis declaraſſe, quod Henrici VI. vitam magis nativus animi candor, ac ingenii imbecillitas, quam virtutum eminentia inclytam reddiderint. Henricus VII. hac ſententia permotus, cauſſam urgere deſtitit; perperam ergo Proteſtantum nonnemo in ſua Angliæ Hiſtoria ſcripſit, Henricum expenſarum, quas in Canoniſationis ſolemnibus impendere debuiſſet, magnitudine territum, hanc cauſſam miſſam feciſſe. Sæcul. XVI. A.C. 1504. *De Rapin. Thoiras hiſt. Angl.*

§. LXXII.

Pax Venetos inter & Turcas.

Tandem hoc anno Veneti Turcarum bello fracti, pacem cum Bajazethe ineunt, quem ut ad honeſta compellerent fœdera, eidem erepta cedunt, urbemque S. Mauræ reſtituunt: quin etiam referunt nonnulli, illos tributum Bajazethi ad impetrandam pacem promiſiſſe. Retinuerunt tamen Veneti Cephaleniam Inſulam, quæ in mari Jonico e regione reſpicit Patrenſem, ac Naupactenſem ſinus inter Achajam, & Moream ſitos, qui etiam a Republica Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono expugnati fuere. Hanc igitur Inſulam expulſo Turcarum præſidio, rurſum Chriſtiani incolæ frequentabant. Ceterum pax illa a Venetis maximo. *Guicc. lib 6. Juſtin. lib. 10 Crom. l. 30.* *Spond. hoc ann. num. 5.* *Marian. l 28 n. 45. & 58.*

Sæcul. XVI. A.C. 1504. ximo ſtudio exoptata erat, ne ſuorum negotiationes ad terras Orientis non ſine levi Reipublicæ damno belli tumultibus impedirentur.

§. LXXIII.

Sultanus Ægypti a Venetis contra Luſitanos ſollicitatus.

Spond. ib. n. 6. & 7. Veneti Turcarum metu liberi, omnes in eo curas intendebant, ut Luſitanorum progreſſibus obſiſterent, haud enim eorum commercio tam moleſtum erat

Barros Aſia dec. 2. l. 2. c. 6. Turcarum bellum, quam recentes Luſitanorum navigationes. Ergo, ut rem ex

Oſorius l. 4. ſententia gererent, miſſis ad Ægypti Sultanum probatæ fidei Viris, illum ſollicitant, ut nunciato Luſitanis bello, Indici maris imperium eis eriperet, atque Orientis commercium prohiberet, Id ut facilius a Sultano impetrarent, ad eum tranſmittunt tormentorum conflandorum ſcientia peritos artifices, necnon Regi Calecuti, ubi portus eſt ab Orientali aromatum commercio longe celeberrimus, quosdam Fabros lignarios, qui Indos, naves Europæorum more fabricandi artem edocerent: Præterea ingens æris pondus ad conflanda tormenta eidem advehunt, ut Luſitanos e cunctis Indorum oris potenter pellere valeret. Sultanus, ut bellum contra Luſitanos honeſto fuco colo-

coloraret, prætenſas eorum vexationes, ac Venetorum querelas lubens excepit, rumoremque ſparſit, ſe Jeroſolymitanas ædes, ſacrum Chriſti ſepulchrum, & Divæ Catharinæ in Monte Sinai monaſterium funditus everſurum, necnon cunctas Sanctorum reliquias in aerem ſparſurum, omnesque Chriſtianos in ſuis ditionibus ad amplectendam Mahometis ſectam compulſurum, niſi Luſitani præſtituto tempore inde excederent: Inſuper conqueſtus eſt de injuria a Ferdinando Rege Catholico Mauris illata, eoquod illos aut patria expuliſſet, aut Granatenſi urbe occupata ad Chriſtianorum ſacra coegiſſet, nec minus Emanuelem Luſitaniæ Regem incuſabat, Mauros ab eo indies vexari, atque Orientalis maris commercio præpediri, ſimulque Principum, qui in Indiis imperarent, nec ſanguini, nec bonis parci. Sæcul. XVI. A. C. 1504.

§. LXXIV.

Franciſcanus a Sultano ad Papam miſſus.

Ne vero Sultanus harum comminationum propoſitum exequeretur, Franciſcanus quidam, S. Catharinæ Fratribus in monte Sion Jeroſolymis præpoſitus, nomine Sultani Papam adire ſpondet, ut eum ad reparandas, quas Hiſpa- *Barros dec. I l. 8 c. 2. & 3.*

Sæcul. XVI. A.C. 1504.

nus, & Lusitanus Reges Indis intulissent, injurias induceret. Annuit Sultanus, eidemque literas ad Papam deferendas tradidit: Ergo Franciscanus Romam delatus, Sultani minas exponit, omnesque, quos alloquendi copiam habebat, terrore replet, quapropter Pontifex, ut iratum, si posset, placaret, Monachum cum iisdem Sultani literis in Hispaniam, ac Lusitaniam ad Ferdinandum, & Emanuelem ablegat, ut, quid respondendum, quidve agendum esset, considerarent. Emanuel cunctas hasce minas negligens, Franciscano respondit, quod ad sedandam Sultani indignationem omnibus Lusitanorum viribus prævaleant emolumenta, eaque ampliſſima, quæ ille ex Christianorum peregrinationibus ad loca sacra corradere solet; his dictis Monachum largis eleemosynis in Terram sanctam deferendis auctum, ad summum Pontificem remisit unacum literis, quibus Pontifici hæc significavit, „doleo, quod „ non majorem Sultano dederim expo„ stulationis occasionem, spero tamen, „ directurum ita Deum arma mea, ut ea „ etiam ad Mechæ, & sepulchri Ma„ hometis eversionem pertingant; inte„ rim vero Sanctitatem vestram iterum „ iterumque obtestor, ut omnes Prin„ cipes Christianos excitare velit, quatenus & ipsi ad tam pium opus ani„ mos

„ mos viresque jungant. „ Porro Mo- Sæcul. XVI.
nachus in Ægyptum reversus, legatio- A. C. 1504.
nis suæ rationem reddidit, nec tamen
propterea Sultanus, quæ minatus fue-
rat, executus est.

§. LXXV.

Lusitani a pace cum Venetis penitus alieni.

Cum autem Veneti aromatum, quæ *Marian. lib.*
cum ingenti quæstu per omnes Pro- *28. n. 58.*
vincias divendebant, commercium a
Lusitanis interceptum summopere dole-
rent, cum æmulis suis concordiam inire,
eosque in lucri partem admittere consti-
tuebant; hanc in rem cum Ferdinando
Hispaniarum Rege agebant, ut cum Ema-
nuele Lusitano genero suo conferens, has
controversias componeret: verum is ope-
ram ea in re perdidit; quippe lucri cupi-
ditas Lusitanorum aures obturavit.

§. LXXVI.

Ingens Lusitani Regis propagandæ Fidei studium.

Ceterum Emanuel non solum, ut in *Osorius l. 3.*
Regno suo vel maxime commercia *Maffæus l. 3.*
florerent, intentus erat, sed etiam po-
tissima sollicitudo ejus animum occupa-
bat, ut per omnes Regiones, quæ illius

Sæcul. XVI A C. 1504.

Imperio parebant, Christi fidem propagaret: quapropter pro viribus adlaborabat, ut in illis fidei Orthodoxæ semina jacerentur, quæ etiam feliciter sparsa fuere in Africa, Asia, atque in illa mundi plaga, quæ America dici cæperat: præcipue vero studium suum convertit in Congi Regionem, quæ, ut supra memoravimus, anno salutis millesimo quadringentesimo octogesimo quarto detecta fuit, ad hanc ergo isto anno multos Viros Apostolicos pietate, ac scientia conspicuos misit, qui gentem illam tam in fide susceptа confirmarent, quam uberius in Religionis veritatibus instruerent: ut vero Congenses incolæ mechanicas etiam artes edocerentur, multos, eosque peritissimos artifices eo destinavit, qui omnes summa veneratione, ac humanitate excepti fuere.

§. LXXVII.

Sabellici liber de Historia universali.

Paul. Jov. elog. cap. 42. Vossius de hist Lat. l. 3. Philipp. de Bergam. lib. 16. suppl. chron.

Ad hunc usque annum Sabellicus Historiam suam perduxit in septem Enneades, seu sexaginta tres libros divisam. Is Marcus Antonius Coccius Sabellicus nominabatur, in quodam municipio Italiæ oppido natus haud procul ab Autone, alias *Vico-Varrone*, in Regione veterum Æquicolarum. Nonnulli illum

illum ex nobili Cocceiorum familia in Æquicolis ortum volunt, quem tamen Paulus Jovius pauperis Fabri ferrarii filium fuisse testatur. Ceterum assiduam literis operam, vigilesque curas sacrabat, quibus sub Pomponio Læto, & Domitio Veronensi Magistris plurimum Romæ sese excoluit. Porro eo primum se contulerat, postquam aliquamdiu Tiburi puerorum institutione vitam sustentasset: Ab eo autem temporis puncto Cardinalis Bessarionis Bibliothecæ Præfectus, non sine magna nominis sui fama Venetiis literas docuit, minus tamen celebrem se reddidit lucubratione, qua res Venetorum conscribere jubebatur; quippe præter dictionem nimis humilem, historiam suam indignis adulationibus fœde contaminavit, tandem ferme Septuagenarius mortuus dicitur ex lue venerea die decima octava Aprilis anno Christi millesimo quingentesimo sexto, nulla prole præter Nothum filium relicta. Historiam suam a creatione mundi usque ad currentem annum perduxit, præter quam extant adhuc alia ingenii sui monumenta, inter quæ recensentur tres libri de situ urbis Venetæ, decem exemplorum libri, liber de Magistratibus Venetis, aliaque varia opera anno millesimo quingentesimo sexagesimo in quatuor majoris formæ voluminibus impressa.

Saecul. XVI. A. C. 1504.

Sæcul. XVI. A C 1504.

§. LXXVIII.

Stephani Walachiæ Palatini obitus.

Michov. lib. 4. c. 84 Cromer. l. 30.

Hoc item anno Stephanus Vaivoda, seu Walachiæ, & Moldaviæ Palatinus obiisse a nonnullis creditur. Is ingentem sibi existimationem conciliabat crebris victoriis, quibus Turcas, Matthiam Hungariæ, & Albertum Poloniæ Reges, ac nonnunquam Tartaros prostravit, fugavitque, hinc propter animi magnitudinem, ac rei militaris peritiam inter præstantissimos ævi sui Heroes merito numerandus est: tandem vero bellorum, quæ gessit, laboribus, annorum numero, & podagræ doloribus pene confectus, postremos vitæ suæ dies misere finivit, Græcorum schismati pertinaciter immortuus. Huic in Principatu successit Bogdanus filius, cognomine Luscus, ita dictus, eoquod uno oculo orbatus esset.

§. LXXIX.

Podacathari, & Spratzii Cardinalium extrema.

Guicc. l. 5. Garimbert. lib. 2.

Eundem annum Ludovicus Podacatharus, & Franciscus Spratzius Cardinales vitæ postremum habuerunt. Primus Nicosiæ in Græcia natus, ex Episcopo Caputaquensi ab Alexandro VI. Pap-

Papa anno salutis millesimo quingentesimo Cardinalis tit. S. Agathæ renunciatus est, postquam ob egregias animi dotes, morumque integritatem Rector Academiæ Patavinæ constitutus, præclaram probi viri famam non immerito tulisset: hic cum iter suum in Hispanias prosequeretur, Mediolani e vita migravit, & corpus ejus Romam delatum in Ecclesia S. Mariæ de populo cum præclara inscriptione tumulatum est. Alter erat Franciscus Spratzius natione Hispanus, Episcopus Legionensis, qui anno priori, adepto SS. Sergii & Bacchi titulo, Purpuratorum Collegio adscriptus fuit. Sæcul. XVI. A. C. 1505.

§. LXXX.

Constitutiones Julii II. de electione Pontificis, & Beneficiorum provisionibus.

Cum in Romanorum Pontificum electiones non pauci abusus irrepsissent, eoquod nonnulli per vias minus legitimas, ac nonnunquam per pollicitationes officiorum, dignitatum, ac pinquium Beneficiorum Cardinalium suffragia non sine simoniæ vitio sibi conciliassent, hinc Julius II., ut ejusmodi fœditati, cujus Sedes Apostolica vehementer infamabatur, & a qua forte nec ejus quoque electio penitus immunis erat, imposterum *Ex Bullar. Jul. II. tom. I. Constit. 3. & 4. Spond. hoc ann. n. 1. Raynald. n. 1 & 2.*

Sæcul. XVI. A C. 1505

rum occurreret, die decima quarta Januarii anno milleſimo quingenteſimo quinto Conſtitutionem edidit, qua ſtatuit, quod ſummi Pontificis electio, ſi qua Simonia in ea, vel ab electo, vel ab eligentibus committeretur, eo ipſo nulla cenſeatur. Inſuper præcipit, ut contra ipſum uti Hæreticum agi poſſit, implorato etiam judicii ſæcularis auxilio, eo fine, ut electus exauctorationis pœna mulctari valeat; ſtatuit etiam, ut tam ipſe, quam illi, qui ad ejusmodi electionem operam contulerunt, privati ſint Cardinalatu, aliisque omnibus beneficiis, feudis, dignitatibus, ac bonis &c., ii vero Cardinales, qui Simoniæ non conſenſerint, electionem alterius Pontificis inſtituere poſſint, & Concilium etiam generale indicere, ac convocare. Idipſum equidem remedium eſt utiliſſimum juxta ac ſanctiſſimum, ejus tamen executio difficillima, prævalente immoderata honorum cupiditate, qua potiſſima hominum pars, & ferme ſemper illi, quibus dignitates conſequi integrum eſt, plurimum infecti ſunt.

Idem Pontifex die vigeſima octava Julii ejusdem anni aliam promulgavit Conſtitutionem, qua Sedis Apoſtolicæ commodis magis intentus præcepit, ut omnes, qui de hodierno uſu a Curia Romana

mana Beneficiis providentur, eam acce- Sæcul. XVI.
derent, atque Annatas solverent: hanc A.C.1505.
in rem alias ab Antecessoribus suis super his editas Constitutiones confirmavit.

§. LXXXI.

Fœdus Papæ, Cæsaris, & Galliarum Regis adversus Venetos.

Cum Veneti fines suos latius ubique extendendo Ecclesiæ ditionibus, necnon Ducatui Mediolanensi, ac ipsi etiam Augustissimæ Domui Austriacæ non leve detrimentum inferrent, hinc Julius Pontifex illis graviter indignatus, adversus eos potissimum promovere conabatur armorum societatem, Cæsarem inter, & Franciæ Regem Blesi initam. Equidem Papæ jura, ad quæ vindicanda fœderatis accesserat, haud exigui erant momenti, quippe Ravennam, Cerviam, Faventiam, Ariminum, Forum Cornelii, harumque urbium territoria Sedi Apostolicæ, cujus antea erant, restitui petebat. Hac rerum conditione Cæsar rebus suis haud defuit; Rex quoque Galliarum Mediolani Ducis jura fecit sua. Ad idem fœdus invitabantur etiam Ferrariæ Dux, Marchio Mantuanus, Florentinorum Respublica, atque Hungariæ Rex, adeo, ut ex tot Fœderatorum numero, ac potentia Venetis vix *Marian. lib. 28.*

Sæcul. XVI A. C. 1505.

non extremum impenderet exitium. Ceterum Fœderis pacta, quæ Pontifex cum utroque Rege sanxerat, jam anno præcedenti vigesima secunda Septembris firmabantur, eodem nimirum die, quo Venetorum Respublica cum Turcis pacem inierat, ut nuper memoravimus.

§. LXXXII.

Fœderis successus ob Maximiliani tarditatem interceptus.

Verum cuncta hæc consilia Maximiliani cunctatio disjecit, nequidquam eum stimulante Cardinale de Ambasia. Ejus quoque tergiversationem expugnare conabantur Galli pollicitationis amplitudine, qua se mediam partem summæ, quæ pro Ducatus Mediolanensis diplomate solvenda promittebatur, prærogaturos spondebant, hancque in rem fidem suam obstringebant, necnon re ipsa promissis stare constituebant, etiam fide data, se eidem, quamprimum in Italiam veniret, alteram quoque partem numeraturos. Ast ille adventum maturare spopondit, continuo tamen moras traxit, caussatus, proprii Regni sui negotia urgere, quæ ob Italicum iter haud negligere posset. Nihilominus concludebatur armorum societas non sine magno Venetorum terrore.

§. LXXXIII.

§. LXXXIII.

Sæcul. XVI. A.C. 1505.

Venetorum concordia cum ſummo Pontifice.

Veneti in hisce rerum anguſtiis prehenſi, præſentiſſimum fore remedium arbitrabantur, ſi pace cum ſummo Pontifice inita, illum a fœderatorum ſocietate abſtraherent, quapropter retentis Faventia, & Arimino Romandiolæ urbibus, Sedi Apoſtolicæ Foro-Cornelienſem, & Ceſenatenſem Comitatus, ceterasque omnes civitates ſub Pii III. Pontificatu occupatas reſtituere ſpondent, ea duntaxat lege, ut Sanctitas ſua eorum Legatos admittere dignaretur: annuit Pontifex, ac pacem conciliante Urbinatis Duce, Venetos denuo in gratiam recepit, ac juxta pactorum leges decem urbes, arcesque cum ſuis territoriis, terrisque annexis rurſum Eccleſiaſtico imperio vindicavit. *Marian. lib. 28. n. 74. Guicc. lib. 6.*

§. LXXXIV.

San-Vallerius Franciæ Legatus Romæ.

Verum hac pace res ſuas parum auctas eſſe, brevi experiebantur Veneti; dum enim hæc gerebantur, San-Vallerius Romam venit, a ſummo Pontifice per-

Sæcul XVI A.C. 1505

perbenigne exceptus, qui idem Budæum, Virum longe nominatiſſimum ab epiſtolis habebat. Is a Ludovico XII. accepit negotium, Papam inducendi, ut hic permitteret, quatenus Ferdinandus Neapolis Regno quiete potiretur, ſimul vero totis viribus præpediret, ne Cæſar imperialem Coronam accipiendi prætextu in Italiam veniret: verum Pontifex operam ſuam ſpondere, ac fœdus ſibi propoſitum ratum habere, adhuc dum cunctabatur.

§. LXXXV.

Franciæ Rex morbo correptus.

San-Galaſ. hiſt. Ludov. XII. Ferron l. 4. Raynald. hoc ann. n. 9.

Interea temporis Ludovicus XII. ex febri tertiana, quæ in continuam degenerabat, graviter decumbit, linquæ uſu privatus, ac ipſis quoque Medicis de ejus ſalute deſperantibus. Funeſto hoc nuncio Mediolanum delato, mox omnes ferme Galli, qui ad tuendum Ducatum relinquebantur, ſine Regis venia ad ſua revertuntur, cauſſati, eorum operam magis fore neceſſariam in Galliarum Regno, eoquod illud poſt Regis obitum gravibus bellis agitandum proſpicerent, nec inanis fuiſſet eorum ſollicitudo, ſi mala, quæ timebant, eveniſſent.

§. LXXXVI.

§. LXXXVI.

Sæcul. XVI. A. C. 1505.

Regina in Britanniam ſecedere intenta.

Ipſa etiam Regina ſummopere verebatur, ne obeunte ejus Marito, aut Engolismæ Comitis proximi Franciæ Hæredis dominatui ſubjiceretur, aut fors ab eo ad extremos Britanniæ fines relegaretur: quapropter opportuna fuga ſibi conſulere ſtatuit. Jam totam ſuppellectilem ſuam, mundumque muliebrem, quem habebat pretioſiſſimum, navibus imponi, ac per Ligerim transferri jubebat: quinimo referunt nonnulli, quod ipſam quoque Filiam ſuam jamjam præmiſiſſet, verita, ne Engolismæ Comiti nuptura retineretur. Verum intercepta eſt ſuppellex a Gienſi Mareſcallo, quam rem Regina tam iniquo tulit animo, ut injuriæ nunquam oblita, Regi priſtinæ valetudini reſtituto auctor eſſet, ut Mareſcallum capite plecti juberet. Annuit Rex, totamque cauſſam Toloſano Senatui, utpote judicii ſeveritate longe nominatiſſimo commiſit. Attamen haud adeo cæco complacendi ſtudio abripiebantur Senatores, ut Virum innocentia ſua tutum capite damnarent. Nihilominus tamen Gienſis penſionibus ſuis privatus, & imperio, ac Mareſcalli Franciæ

D'Argentre hiſt. Britan. lib. 22.

Brantom. mem. vie du Marechal de Gie.

Sæcul. XVI A C. 1505.

ciæ officio exutus, aula exulare jubebatur, unde in quamdam suam, quæ Vergerum vocabatur, ditionem in Andegavia sitam sese recepit.

§. LXXXVII.

Dissidia in Castella post Isabellæ obitum.

Marian. lib. 28. n. 62.

Rex recuperata salute, denuo publicis negotiis vacare cæperat, ac de fide, optatoque successu fœderis cum Papa, Cæsare & Archiduce desperans, faciles aures præbuit Ferdinando Hispaniarum Regi, qui primus cum eo armorum societatem inire pollicitus est: Regina enim Isabella fatis functa, variis dissidiis Castella scindebatur, Procerum compluribus, ut Ferdinandus Castellæ Regis insignibus ornaretur, exoptantibus; id enim testamenti tabulis cautum esse, ac proin Regni administrationem eidem asserendam dicebant, eoquod illius incapax esset Joanna Regina ejus Filia, utpote mentis inops facta. Ex adverso contendebant non pauci, Ferdinandum non modo a regiminis cura arcendum, sed etiam, si forte Joanna regno administrando impar esset, subrogandum esse Archiducem ejus Maritum, jamjam Castellæ Regem salutatum: horum sententiam Manuel fortiter tuebatur.

§. LXXXVIII.

§. LXXXVIII.

Sæcul. XVI. A.C. 1505.

Ferdinandus ſuis ſtudiis Galliarum Regem jungere intentus.

Ferdinandus inter tot arcta prehenſus, non ſolum Caſtellam, ſed etiam Granatæ Regnum Caſtellano adjunctum, necnon Neapolis coronam amittere verebatur, haud ignarus, quod Archidux rebus ſuis adverſa foveret conſilia, quapropter Galliarum Regem ſibi devincire conatur; ut vero animi ſui propoſitum cautius tegeret, alterius negotii obtentu Joannem de Enguerra Ordinis Ciſtercienſis Monachum, ac in Catalonia hæreticæ pravitatis Inquiſitorem in Franciam Legatum decrevit, eumque Regiis mandati literis inſtruxit; cum enim Germanam de Fuxo in ſponſam ſibi tradi jam nuper a Ludovico XII. efflagitaſſet, repetitis precibus huic Principiſſæ ampliſſimas quasque conditiones offerri mandavit, inter cetera pollicitus, ſe liberis, quos Germana ſuſceptura eſſet, Neapolitani Regni coronam afferturum. Placuit Ludovico Ferdinandi promiſſum, unde nuptiis ejus conſenſu firmatis viciſſim ſpopondit, ſe omnibus ſuis in Neapolis Regnum juribus ceſſurum in Germanam Neptem ſuam ſibi in paucis caram, omnesque ejus poſteros, ſive mares, ſive fœminas. *Marian. ib. n. 72.*

§. LXXXIX.

Sæcul. XVI. A.C. 1505.

§. LXXXIX.

Fœderis pacta inter utrumque Regem.

Marian. ib. Raynald. hoc ann. num. 13. & 14.

Nec segnior erat Ferdinandi animus, pollicebatur enim, si nulla suscepta prole ex nova conjuge prior ipse decederet, illam Neapolitani Regni partem, quæ partitionis legibus Franciæ attributa fuisset, ad Ludovicum Regem revocandam esse; Regem vero Catholicum Gallo numeraturum pro nuperi belli sumptibus quingenta Ducatorum millia, infra decem annos totidem æqualibus solutionibus pendenda; præterea spondebat, se Neapolitanis Proceribus, qui Gallorum partes secuti essent, sua bona, officia, ac dignitates redditurum, omnesque a Consalvo captos in libertatem asserturum, exceptis Valentini Duce, & Palladis Comite, quos Rex Catholicus liberos dimittere constanter recusabat. Stabilitis hisce conditionibus Galliarum Rex fidem suam obstrinxit, se Ferdinando adversus Imperatorem, ejusque filium Archiducem suppetias laturum, si forte hi Castellæ regimen eidem adimere molirentur; his addit Guicciardinus, quod Rex Catholicus Gastoni de Fuxo Germanæ Principissæ fratri promiserit, se eidem præsto adfuturum, ut Navarræ Regnum, quod suum esse contendebat, recu-

Guicc. de reb. Ital. lib. 5.

recuperaret, ea tamen lege, ut Rex Chri- Sæcul XVI.
stianissimus Neapolis Reginam Friderici A.C. 1505.
Regis viduam cum suis liberis, aut in Hispaniam transmitteret, aut eam si ultro nollet, Regno suo exire compelleret. Verum illa satius duxit, ad Ferrariæ Ducem confugere, quam in Hispania morari.

§. XC.

Ad firmanda pacta Oratores in Franciam missi.

Ferdinandus firmatis utrinque pactis, *Marian. ib.*
die vigesima quinta Augusti Segovia in Franciam decrevit Joannem de Silva Cifuentis Comitem, Thomam Malferitum, & Enguerram Monachum, qui concluso fœdere Ludovicum Regem certiorem facerent, quod mandata dedisset, ut Gallis, qui Neapoli jure belli capti detinentur, libertas, Neapolitanis vero Proceribus eorum bona restituerentur. Verum hæc Regis jussa minime effectui data fuere; quippe Proceres exulum spoliis locupletati, ut bona fusi cruoris sui pretio comparata tuerentur, mutuam armorum societatem pepigerunt. Ea de re Prosper Columna graviter conquestus, Neapolis Regno excedens, Romam secessit, ac sua Pontifici detulit obsequia, pollicitus, se juncto amicorum suorum auxilio hoc regnum occupaturum, illud-

Sæcul. XVI. A.C 1505.

que Sedis Apoſtolicæ Imperio, cui beneficiario jure obnoxium eſſet, adjuncturum, ſi Galliarum Rex jura, quæ in illud habere contendit, miſſa faceret.

§. XCI.

Archidux de Ferdinandi nuptiis certior factus.

Marian. ib. n. 73.

Archidux comperto hoc fœdere, quo non modo Neapolis, ſed etiam Aragoniæ Regno, ſi Germana prolibus fœcunda foret, ſe excludi probe cognoverat, indignatione exardeſcebat, nihilominus dolori ſuo imperabat. Ceterum Vilvordum Lopez de Conchillos, qui Palenciæ Epiſcopo ab Epiſtolis erat, carceri mandari præcepit, eoquod is Joannæ Archiduciſſæ juſſu Ferdinando literas dediſſet, quibus eum Joanna rogabat, ut Caſtellæ Regni adminiſtrationem in ſe ſuſciperet, in hoc ſupremæ voluntati Iſabellæ Matris ſuæ obſecundaturus. Ferdinandus, ut Lopezii de Conchillos libertatem efflagitaturus, ad Archiducem literas exarrare poſſet, connubii ſui occaſione utebatur, atque epiſtolam ſuam Petro de Ayala Protonotario Apoſtolico deferendam committebat; huic in Flandriam venienti junctus eſt Gomeſius de Fuenſalida ordinarius in Philippi aula Legatus; his ergo Ferdinandi juſſa integra fide

fide exequentibus, Archidux reſpondit: Sæcul. XVI. A.C.1505.
„ Non convenit mihi, ut Soceri mei nu-
„ ptiis obſiſtam, aut eidem leges dictem,
„ cum vero Lopezius ex famulis meis
„ mercede conductis unus ſit, pro jure
„ meo eum propter ſcelera ſua cuſtodiæ
„ tradi juſſi, ejusque impudentiam ca-
„ ſtigabo. „

§. XCII.

Conſalvus in Hiſpaniam reverti juſſus.

Poſt hæc Comes de Cifuentes, quem Ferdinandus Oratorem ſuum in Franciam nominavit, Hiſpania profectus die duodecima Octobris Bleſi in Galliis fœderi ſubſcripſit, quod idem die decima ſexta ejusdem menſis Segoviæ utrinque ratum habebatur. His peractis Ferdinandus confeſtim probatæ fidei virum in Italiam decrevit, qui Conſalvo pacis confectæ nuncium deferret, juberetque, ut nulla mora in Hiſpaniam reverteretur; cum ibi maxime neceſſaria eſſent illius conſilia; interea autem Rex clam Cæſar-Auguſtanum Archiepiſcopum Neapolis Pro-Regem nominabat; Conſalvus accepto nuncio pacem promulgari juſſit, atque Legato reſpondit, ſe ſine moræ diſpendio in Hiſpaniam rediturum, quod tamen minime exequebatur, ſive quod

Sæcul. XVI. A.C. 1505.

cunctatione Ferdinandi animum mutari ſperaret, ſive quod tempeſtatis injuria navem conſcendere prohiberetur: inde nata eſt ejus inimicis nova Conſalvum criminandi occaſio. Hic quidem tum Lopezium de Vergara ſuum a Secretis Miniſtrum in Hiſpaniam ablegavit, ut ab ipſo Rex Catholicus de rerum ſtatu in Neapolis Regno edoceretur, eique Pro-Regis ſui fides, atque integritas teſtata fieret. Verum cunctis, iisque ſplendidis Lopezii verbis exigua admodum fides adſtruebatur.

§. XCIII.

Raymundi de Perault Cardinalis obitus.

Gall. Chriſt. Gall. purp. Aubery hiſt. Card.

Hoc anno die quinta Septembris Raymundus Peraultus Cardinalis, Viterbii mortalitatem exuit, annos natus ſeptuaginta. Studiorum curſum in Gymnaſio Navarrico, cujus alumnus erat, adeo felici progreſſu confecit, ut juxta nonnullorum opinionem ejusdem Collegii Doctor creatus fuerit. Inde Romam, quo negotio ignoratur, profectus, ab Innocentio VIII., qui viri merita perſpecta habuit, nuncius in Germaniam decernitur ad colligendas pro bello Turcico Fidelium eleemoſynas, minus proſpero tamen Legationis ſuæ ſucceſſu; nihilominus

Chron. Spanheim. ann. 1502.

minus Maximiliano Cæſari in paucis ca rus, ad ejus preces Gurcenſis Eccleſiæ, cui Santonenſem adjunxit, Epiſcopus renunciatus eſt: Hic idem in ſuo in Germaniam itinere Cronacii a cujusdam ruſtici Filio bonis ſuis, ac aliqua parte collectæ pecuniæ, reſidua vero portione a quodam Parocho Friburgenſi ſpoliabatur, qua jactura ſumme affligebatur Raymundus, eo vel maxime, quod ab obtrectatoribus hasce pecunias in alios uſus pro libitu diſtraxiſſe reprehenderetur: Interea vero ambo fures comprehenſi, crimenque confeſſi, debitas furti pœnas dederunt. Anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio Raymundus ad inſtantes Maximiliani perces purpura ornatus eſt: cum vero quidam Canonicus Bambergenſis nomine Theodoricus de Monrang impius, ac juratus Clericorum hoſtis contra eos infamem libellum, cui titulus: *Presbyterorum Paſſio*, edidiſſet, illum Cardinalis Norimbergæ pro merito culpæ caſtigari præcepit. Demum Julio II. mandante Viterbienſem Legationem obiit, ac in grati animi teſtimonium Collegio Navarrico, eoquod illius alumnus eſſet, ut ipſemet fatebatur, Sanctorum reliquias donavit. Poſteritati reliquit binas prorſus inſignes epiſtolas, quas acutiſſimis podagræ doloribus affectus, in ſuo itinere in Germaniam exarravit,

Sæcul. XVI. A.C. 1505.

Sæcul. XVI. A.C. 1505

præterea eorum, quæ Lubecæ, ac in Dania geſſit, hiſtoriam concinnavit, necnon tractatum de ſacerdotali dignitate ſuper omnes Reges edidit.

§. XCIV.

Filia ex Joanna Archiduciſſa progenita.

Marian. lib. 28. n. 77.

Menſe Septembri ad medium vergente Joanna Regina Archiducis conjux enixa eſt Bruxellis Filiam, quæ nomine Mariæ inſignita, progreſſu temporis Ludovico Hungariæ Regi nupſit. Ferdinandus accepto hoc nuncio nulla mora ſuorum Aulicorum quemdam in Flandriam decrevit, qui ob Regiæ Filiæ nativitatem Archiduci, ejusque conjugi officioſam gratulationem exſolveret. Ipſa hæc Legatio pacificæ compoſitioni occaſionem, initiumque præbuit, eamque opportunitatem Archidux in rem ſuam vertere videbatur, ut hac via Hiſpaniam, cujus aditus ubique intercluſi erant, unacum Conjuge ſua repetere poſſet: quapropter ad Regem Catholicum ablegabat Manuelem, Virum inter ceteros fallendi dexteritate longe celeberrimum. Hic falſo expoſuit Ferdinando, quod ejus hoſtes, ut implacabile odium Regem inter & Archiducem ſuſcitarent, nil intentatum reliquiſſent, ac Galliarum Regi ſuggeſſiſ-

gessissent, confictum esse Isabellæ testamentum; de cetero ajebat Manuel, Archiducem haud gravate se Regis arbitrio hac in re commissurum, id tamen unice ab illo rogare, ne saltem progressu temporis Castellani Regni successio ipsius prolibus controversa esset. Rex Catholicus hac Manuelis oratione stupefactus reposuit, nunquam admissurum se, ut a Genero suo obsequiorum amplitudine superetur, ac propterea honorem sibi liberaliter exhibitum mutuæ benevolentiæ argumentis se compensaturum: ad hæc respondit Orator, quod Archidux duntaxat efflagitet, ut Regis titulus ipsi tribueretur, & viginti quinque Ducatorum millia pensionis nomine ex Castellæ reditibus percipienda, eidem darentur, nec non ab eis, qui lapsu temporis illius subditi futuri essent, homagium recepturus in Hispaniam vocaretur. Nulla mora has conditiones acceptabat Ferdinandus, atque Archidux rem edoctus unicas in eo curas intendit, ut itineri sese accingeret. Sæcul. XVI. A.C. 1505.

§. XCV.

Archiducis iter in Hispaniam.

Ergo in omnibus Zeelandiæ portubus validam classem instrui jubet, nil moratus Regis Franciæ preces, qui misso ad eum legato iter differri rogabat, donec *Haræus annal. Brabant.*

Sæcul. XVI A.C. 1505

nec litem cum Socero ſuo compoſuiſſet; aſt ipſo conſentiente Ferdinando cuncta ſublata erant obſtacula, aliunde diſceſſum maturabant, impenſæ potiſſimorum Caſtellæ Procerum ſollicitationes, qui Archiducem, ut in Hiſpaniam veniret, repetitis literis ſtimulabant: igitur cum in omnibus Belgii portubus plusquam ſexaginta naves penitus inſtructæ in anchoris hærerent, cunctis in Zeelandia convenire juſſis, Archidux unacum Regina conjuge ſua die octava Novembris Bruxellis profectus eſt: cum vero Zeelandiæ detineretur, Legatos ſuos in Hiſpaniam decrevit, ſuo nomine cum Ferdinandi Regis Oratoribus plena tranſigendi poteſtate munitos: Articulos autem, de quibus inter eos conventum, integros Mariana recitat. Ii ad ſeptem capita reducuntur, hujusque fœderis, quod concluſum, ac die vigeſima quarta Novembris utrinque firmatum eſt, Sponſores ſummus Pontifex, Imperator, & Angliæ ac Luſitaniæ Reges nominabantur.

Marian. lib. 28 n 80. & 81.

§. XCVI.

Novem Cardinales a Papa creati.

Alf. Ciacon. & Pariſ de Graſſis tom. 1. p. 246.

Cum Julius Papa Cardinalium numerum, qui cumplurium obitu immi-nutus eſt, reſarcire cogitaret, hac de re Ludovicum XII. miſſis ad eum literis die prima

prima Decembris certiorem fecit, duodecima vero ejusdem mensis novem Prælatos purpura donavit, quorum nomina sunt. I. Carolus Dominicus de Carreto, ex Marchionibus Finarii, patria Genuensis, Archiepiscopus Turonensis & Rhemensis, Cardinalis tit. S. Viti, mox S. Cæciliæ. II. Marcus Vigerius Savonensis, Senogalliensis Episcopus tit. S. Mariæ trans Tyberim, & Episcopus Prænestinus. III. Leonardus Ruvereus itidem Savonensis, Sixti IV. Papæ Nepos, Agennensis Episcopus, primo tit. S. Susannæ, demum S. Petri ad vincula, & Major Pœnitentiarius. IV. Robertus Guibe, natione Gallus, primo Rhedonensis postea Nannetensis Episcopus tit. S. Anastasiæ. V. Antonius Ferrerius, patria Savonensis, Episcopus Eugubinus, tit. S. Vitalis. VI. Franciscus Alidosius Forocornelienſis, Episcopus Papiensis & Bononiensis, tit. S. Cæciliæ. VII. Gabriel Gabrieli, patria Fanensis Urbinatensis Episcopus, tit. S. Praxedis. VIII. Fatius Sanctorius, Cesenatensis Episcopus, tit. S. Sabinæ, Pampilonensis Ecclesiæ Administrator. IX. Sigismundus de Gonzaga, Mantuæ Episcopus, Cardinalis Diaconus S. Mariæ novæ.

Secul. XVI. A. C. 1505.

Raynald. an. 1505. *n.* 41.

Sæcul. XVI. A.C. 1506.

§. XCVII.

Archidux ex Zeelandia portu solvit in Hispaniam.

Marian. ib. Prima die hujus anni millesimi quingentesimi sexti fœdus, quod die vigesima quarta Novembris anno elapso sancitum erat, Salmanticæ promulgatur. Hoc facto Archidux cum Conjuge sua, conscensa plusquam octoginta navium classe, Middelburgi in Zeelandia die octava Januarii portu solvit, Belgici autem regiminis curam Guilielmo de Croy Cerviæ Domino demandavit; Joannem vero Manuelem, Ferdinando minus acceptum, itineris comitem selegit.

§. XCVIII.

Archidux tempestatis vi in Angliam ejectus.

Marian. lib. 28. n. 81. Bacon hist. regni Henrici VII. Cum vero navigatio tempore admodum iniquo inchoata esset, Archidux, ejusque conjux, quæ secum Ferdinandum secundo genitum filium ducebat, non nisi biduum secundis ventis procurrebant, tertio vero die immutata repente maris fide, disturbatus procellis, Austrisque furentibus aer classem dissipavit, tresque illius naves absorpsit, ceteris vero omnibus in varios Angliæ, & Bri-

Britanniæ portus depulsis. Actuaria, qua Archidux vehebatur, cum aliis quatuor navigiis in Væymathii portum ejiciebatur, moxque terrore rumorem ad maris oram effundente, Tranchardus Eques cum copiis suis accurrit, compertoque adverso Archiducis casu eum omni obsequiorum genere excepit. Henricus quoque Rex re intellecta Arundelium Comitem eo ablegavit, dato negotio, ut Archiducem Vindesorium, ubi tum Rex Angliæ agebat, deduceret, ubi ambo, habito primo colloquio summis amicitiæ, ac mutuæ venerationis significationibus sese invicem complectebantur, Rege unice intento, ut Archiducem, qui tres menses, & amplius ibidem morabatur, variis oblectamentis recrearet, donec laceræ naves reficerentur. Eadem occasione Henricus VII. opportune usus commercii pacta jam olim in favorem Anglorum cum Archiduce inita innovavit, mutatis quibusdam, iisque huic Nationi proficuis conditionibus. Sæcul. XVI. A.C. 1506.

§. XCIX.

Suffolciæ Comes ab Archiduce Angliæ Regi traditus.

Absoluto hoc negotio, Henricus haud dissimulanter Philippo exposuit, se nuptias cum Margaritha Archiducis Sorore,

Secul. XVI. A C. 1506.

rore, ac Sabaudiæ Ducis anno priori fatis functi Vidua animo constituisse. Placuit Philippo Regis consilium, unde die vigesima Martii connubium Vindesorii firmatum est: attamen gravioris longe momenti negotium, quod Archiduci communicaret, Angliæ Regis animum stimulabat; quippe Eduardus Polus Suffolciæ Comes, qui in Flandriam secesserat, unicus superstes erat, Anglicæ coronæ æmulus; huic equidem Archidux ad Henrici preces custodiæ loco Namurcensem assignabat civitatem, Regi tamen eundem suo arbitrio committi præplacebat, idque, ut se obtenturum speraret, præsens rerum vicissitudo colludebat: quare Philippo rem exposuit, qui tamen id se facturum negabat; non enim sine honoris sui dispendio Principem, quem in fidem suam recepisset, hostis sui vindictæ litare posse ajebat. Henricus preces ingeminat, tantaque importunitate obsecrat, & instat, ut Archidux Suffolciæ Comitem tradere sponderet, ea tamen lege, ut illius vitæ cautum esset. Henricus hanc conditionem haud gravate acceptans, cum Comitem ante Archiducis discessum sibi tradi cuperet, studiose illum distinuit, ut usque ad Comitis adventum moram acquireret. Is vero in Angliam delatus, Londinum abducitur, ibique Turri includitur, & Hen-

Bacon. ibid. Osorius l. 4. Guicciard. lib. 7.

ricus

ricus quidem integra fide promiſſis ſtetit, ejus tamen Succeſſor Comitem capite plecti juſſit. Ceterum Philippus in Anglia usque ad Aprilis finem commoratus, tandem in Caſtellam profectus eſt. Sæcul. XVI. A C 1506.

§. C.

Connubium Ferdinandi cum Germana de Fuxo,

Archiduce interea in Anglia detento, Ferdinandus nuptias iniit cum Germana de Fuxo, ad connubiale thorum die decimo octavo Martii deducta. Ex Galliis adventantem comitabantur Ludovicus de Ambaſia Albienſis Epiſcopus, Hector Pignatellus, & Petrus Sanandreæus; cum vero Germana ex Ferdinandi Sororis Filia progenita eſſet, ac Aviam haberet Eleenoram Navarræ Reginam Regis Catholici Sororem, hoc cognationis vinculum ſponſum, atque ſponſam a nuptiis arcebat, proin illud ſubmoveri a Sede Apoſtolica petebatur: huic tamen petito ægre admodum annuit Pontifex, Imperatore, ejusque Filio Archiduce vehementer obluctantibus. Ceterum Salernitanus, & Melfitenſis Principes, ceterique Neapolitani Proceres Gallorum partibus addicti Hiſpaniam petebant, ſponſam ſecuturi, cujus ætatis vigor, ac ſolida corporis habitudo Regi *Marian. lib. 28. n. 85.*

Sæcul. XVI. A.C. 1506.

Regi Catholico futuri hæredis felicitatem pollicebatur; nihilominus improlis deceſſit, unde liberi, quos ex primis Iſabellæ nuptiis ſuſceperat, Neapolis Regno ſucceſſerant, inſuper Caſtellæ atque Arragoniæ coronis aucti, quæ demum regna unacum S. R. Imperii diademate Carolo Lucemburgico obtigerant.

§. CI.

Archidux cum Conjuge ſua in Hiſpania.

Marian. lib. 28. n. 86.

Peractis connubii ſolemnibus paulopoſt Archidux, ejusque conjux in Hiſpaniam venerant, ac die vigeſima octava Aprilis in portu Caronii appulſi, in terram exſcenderunt. Ferdinandus viæ, quam tenebant, rationem edoctus, Molinam usque, quæ urbs eſt unius diei itinere Compoſtella diſtans, eis obviam proceſſit, ſpe fretus, illos quoque ſaltem uno pariter die adventum maturaturos, ut Regem exciperent. Jamjam præceſſerant Regni Proceres, novum Regem ſuum ſalutaturi; hos haud ſegnius, moxque ſequebantur ceteri aliquamdiu apud Ferdinandum commorati, unde Rex in unius die ſpatio paſſim ab omnibus derelinquebatur, adeo, ut in comitatu ſuo nonniſi Toletanum Archiepiſcopum, Albæ Ducem, Conneſtabilem, ac Caſtel-

Castellæ Admiralem, necnon Deniæ Marchionem recenseret, ac ne quid doloris cumulo deesset, Archidux nequaquam Molinam petebat, Socerum suum visurus, sed devio itinere cum omnibus Aulicis suis Burgos contendit, non sine summa Ferdinandi indignatione, qui in querelas contra novum Regem effusus, atque in Manuelem impotenter excandescens, se in utrumque gravis vindictæ iram exoneraturum, comminabatur. Toletanus Archiepiscopus, ut Philippum metu liberaret, Auriæ illum convenit, ab eoque perbenigne exceptus, secreti alloquii copiam efflagitavit, idque viri precibus datum. Verum Archidux jurium suorum tenacissimus perstitit, cumque paucis post diebus ille, ejusque Conjux Castellæ Reges proclamati coronarentur, Ferdinandus Rex Catholicus de componenda utrinque controversia agere cæperat, cum Genero suo conferendi libertatem exposcens. Sæcul. XVI. A.C. 1506.

§. CII.

Consultatio utriusque Regis Ferdinandi & Philippi.

Tota ferme artificiorum fabrica exhauriebatur, ut colloquium inter utrumque Regem præpediretur, prævaluit tamen Flandrorum sententia, qui mutuæ con- *Marian. lib. 28. num. 91. & 95.*

Secul. XVI. A. C. 1506.

consultationis copiam fieri exoptabant; ergo congressus decernitur, conditionibus tamen restrictus, iisque Regi Catholico adeo molestis, ut illas quisque alius minus commodi sui studiosus rejeciſſet; obstringebatur etiam, ut obsides daret, & Regem Castellæ adiret, ac sese Generi sui fidei committeret, nullo dato securitatis pignore, illi vero, qui eum comitarentur, haud numero plures quam ducenti forent, iique chlamyde vestiti, inermes, mulisque veherentur. His ita sancitis Philippus Senabriam, & Ferdinandus Asturianos veniunt, accessuri congressus locum, qui erat parva quædam sylva utrique urbi interjacens, ubi etiam ambo Reges postera die convenere. Philippus Ferdinando propius occurrens, primus equo descendere parat, ast Rex Catholicus illum præveniens, fronte ad serenitatem composita in illius amplexus ruit, atque osculo, haudque vulgaribus amicitiæ signis Generum suum prosequitur. Absolutis autem primis obsequiosæ salutationis officiis, ambo Reges quamdam parvam Eremum, quam dicta Sylva ambiebat, ingrediuntur, ac remotis arbitris mutuo conferunt; Archiepiscopus enim Toletanus Manuelem, quocum Eremum ingressus erat, dextre secum abduxit. Hæc gesta fuere die Sabbati vigesima Junii.

Gomes. in vita Ximen. lib. 3.

Verum

Verum hoc colloquium adeo non concordiam reduxit, ut etiam dissidentium animos magis accenderet; præprimis enim Ferdinandus proposuit, se quidem jus percipiendi Castellæ reditus, licet ex ultima defunctæ conjugis voluntate sibi debitos, remissurum, regni tamen Granatensis usumfructum omnino petiturum; hoc enim, inquiebat ille, regnum meis est partum armis, populusque me velut suum Regem agnoscit. His Philippus paucis respondit: Granata rursum juncta Castellæ regno ditionum mearum pars est, hæc ergo regna nullatenus dividenda, nec id unquam, etsi consentirem, Castellæ Ordines permittent. Ferdinandus denuo petito suo insistens, ad alias conditiones progreditur; verum Archidux nihil cedere constituens, intercepto mox colloquio, Ferdinando reposuit, *quilibet re sua contentus vivat, nec ego aliam concordiam inire statuebam.* Igitur ambo Reges re infecta discedunt: id vero oppido mirum, toto colloquii tempore, quod binas, & amplius horas tenebat, nec unquam Archiducissæ mentionem fuisse factam, nec Ferdinandum ejus Patrem illius conspectum desiderasse, nec ejus Maritum illius meminisse. Saecul. XVI. A.C. 1506.

Sæcul. XVI. A.C. 1506

§. CIII.

Pacta ab Archiduce propoſita a Ferdinando firmata.

Marian. ib. n. 96.

Ferdinandus Archiducis animum flectere deſperans, nuncium accepit, qui ei Archiducis nomine ſignificabat, Caſtellæ adminiſtrationem miſſam faceret, atque in Arragoniam recederet; tunc enim integros haberet ſupremos trium Ordinum Equeſtrium Magiſtratus, quos poſſideret, nec de ceteris, quæ ei Iſabella Regina defuncta in teſtamenti tabulis legaſſet, litem eſſe movendam; acceptatis autem hiſce conditionibus ambos priſtinam amicitiam reſtauraturos, atque mutuam armorum ſocietatem ſignaturos ſciret. Annuit Ferdinandus, fœdusque die vigeſima ſeptima Junii Villafolæ firmavit, eidemque Philippus ejus Gener Benaventi poſtera die ſubſcripſit. Nihilominus Ferdinandus clam ab hiſce pactis provocavit, declarans, ſe ad ea acceptanda vi, neceſſitateque compulſum fuiſſe. Poſtmodum ad Turrim Sillanam profectus, per univerſam Hiſpaniam encyclicas literas ſecunda Julii datas divulgavit, quibus ſe Caſtellani regni adminiſtrationem dimiſſurum declarabat.

§. CV.

Sæcul. XVI.
A C. 1506.

§. CIV.

Alterum colloquium inter Caſtellæ & Arragoniæ Reges.

Priusquam vero Ferdinandus omnino Regno excederet, cum ſuo Genero rurſus colloqui exoptabat, idque ejus votis datum. Ergo ambo Reges quinta Julii die abeunt, Renedi conventuri. Prior illuc adveniens Ferdinandus, ante portam Eccleſiæ deſcendit, eamque ingreſſus Philippum præſtolabatur, atque illius adventum edoctus obviam proceſſit, moxque in mutuos amplexus ruebant, crebrisque teneri affectus ſignis ſeſe certatim honorantes ſesquihoram, ſolo Archiepiſcopo Toletano aſſiſtente, conferebant, ubi Ferdinandus monitis admodum ſalutaribus Archiducem imbuens, eidem Archiepiſcopum commendabat tanquam Virum probitate, ſapientia, rerumque experientia omni tempore longe celeberrimum, in hoc ergo ut ſuam potius fiduciam, quam in clientibus ætatis vitio inexpertis reponeret, vehementer adhortatur, ſi vero horum conſilia, ſequi pergeret. ſuam ipſi ruinam præſagiebat: Denique ambo Reges colloquium ſolvunt, exhibitis quidem externis mutuæ amicitiæ ſignificationibus, re tamen ipſa ultro citroque parum contenti: Ferdinan-

Mariana lib. 28. n. 98.

Sæcul. XVI. A. C. 1506.

dus igitur in Arragoniam revertitur, Rex autem Caſtellanus verſus Valliſoletum iter arripit, ibique aliquamdiu commoratus, Regni Ordines convocat, res ſuas meliori, quo poſſet modo, diſpoſiturus.

§. CV.

Caſtellæ ſtatus ab Archiduce mutatus.

Marian. ib. n. 100. 101. *&* 102.

Præprimis Regni Ordines Philippo Archiduci pro ſumptibus belli in Mauros ducentorum quinquaginta aureorum millia pollicebantur, infra biennium numeranda. Enimvero hoc erat haud levis momenti ſubſidium, quod populus nuperi belli calamitatibus dire vexatus ultro offerebat. Poſtea Philippus cunctis officiis novos præfecit Miniſtros, unde graves exortæ ſunt querelæ, quæ progreſſu temporis in funeſtam Cataſtrophen deſinebant; jamque non paucos ſera ſubiit pœnitentia, quod neglexiſſent Ferdinandum, cujus tamen experientia, atque in tuendo bono regimine, regnique tranquilitate cunctis perſpecta erat prudentia. Interim Caſtellæ Rex, atque Regina Menſe Auguſto Valliſoleto abeunt, Segobiam petituri, medio tamen itinere Rex mutato conſilio, Durio flumine vectus, Tudelam venit, primo Burgos, inde Victoriam profecturus, ubi unico

unico oculi ictu evanescere conspicieban- Sæcul. XVI.
tur ingentes, eæque optimæ spes, quas A.C.1506.
populi conceperant de præclaris Regis
sui dotibus, quibus certe universæ Hi-
spaniæ felicitatem promovisset, si ætate,
ac experientia rerum crescente adulato-
rum, qui illum obsidebant, turmam, eo-
rumque jugum excutere didicisset.

§. CVI.

Philippi Archiducis, Castellæ Regis obitus.

Cum Burgis Præfectura arcis vacaret, *Mariana lib.* 28. *n.* 106. *Petr. Martyr. de Angleria epist.* 284. 312. & 316.
Philippus eam Manueli detulit, qui in grati obsequii pignus Archiducem sumptuoso excepit convivio, quo absoluto cum ciborum concoctio impediretur, mox pilæ minoris ludo diutius indulsit; cum vero ob violentum hujus exercitationis motum vehementer sitiret, & ob sitis impatientiam potum deposceret, vinum glacie dilutum illi propinabatur: ast eo liberalius hausto Philippus ex ludi loco discedens, corpus frigoris horrore concuti sensit, postea æstu, febrique concussus, acutissimos lateris dolores patiebatur, ac quarta demum die delirium passus, morbi vehementiæ succubuit, cunctisque remediis nequicquam adhibitis, sexta valetudinis die vigesima quinta Septembris hora post meridiem prima animam

Sæcul. XVI A.C. 1506.

reddidit, anno ætatis ſuæ vigeſimo octavo, regni ſecundo. Populi rumoribus, ut in ejusmodi ſubitis caſibus evenire ſolet, mox divulgatum, Regem veneno fuiſſe ſublatum, id tamen incertis omnino ſermonibus, nulloque prorſus firmo teſtimonio ſpargebatur, prout Regis Medici affirmabant. Ceterum Philippus Granatæ ſepeliri voluit, paratis tamen exequiarum ſolemnibus interea corpus ejus translatitio funere ad MirafloresBurgenſe Chartuſianorum Monaſterium tumulo depoſitum eſt.

§. CVII.

Ferdinandus a Caſtellæ Ordinibus Regni Moderator proclamatus.

Juſtis Philippo ſolemni pompa perſolutis, Caſtellæ ordines comitia agebant deliberaturi de Regni Adminiſtratore ſeligendo usquedum Carolus Lucemburgicus Philippi filius natu major, ſublato ætatis vitio, imperando aptus eſſet. Nonniſi duobus hæc cura jure demandari poterat, nimirum Maximiliano Imperatori, Avo ejus paterno, & Ferdinando utpote Avo ex parte Matris. Priori tamen leges eo potiori nomine adſtipulari videbantur, cum is certo ſperaret, quod ſibi etiam ſeptendecim Belgii Provinciarum regi-

regimen committendum foret, quippe æquale omnino jus ad Caſtellæ regnum eidem ſuffragabatur; ſicut enim Cæſar per Mariam de Burgundia Philippi Archiducis Matrem acquiſivit jus, vi cujus in Belgio ſuccederet, ita etiam certum, de quo agebatur, in Caſtella ſuccedendi jus obtinuit per Joannam de Arragonia Caroli Archiducis Matrem: Ipſe quoque Manuel aperte favebat Cæſari, nihilominus tamen Archiepiſcopus Toletanus mira dexteritate Caſtellæ Proceres eo inclinabat, ut totius Cleri ſuffragia, nec non omnes trium Ordinum Equeſtrium, quorum Magiſteriis inſignis erat, Commendatores in Ferdinandum Regem Catholicum conſpirarent, quorum quoque exemplum tertii Ordinis Deputati imitabantur: unde Ferdinandi Regis adverſarii, numero longe inferiores, cum ſe armorum potentia demum compelli præviderent, ultro ſuis quoque ſuffragiis adſtipulati ſunt. Ergo, priusquam comitia ſolverentur, diploma conficiunt, firmantque, ſtatusque adminiſtrationem usque ad Arragoniæ Regis adventum Archiepiſcopo Toletano committunt, qui ſuſceptam Caſtellani Regni curam nonniſi quinto vix menſe a ſe amoliri permittebatur. Sæcul. XVI. A. C. 1506.

Sæcul. XVI. A.C 1506.

§. CVIII.

Dementia Joannæ Castellanæ Archiducis Viduæ.

Ceterum crescente indies Joannæ Reginæ dementia, Rex Catholicus illius sanationem, (ut præfertur) parum cordi habebat, veritus, ne recuperata mente illum in Arragoniam redire juberet: Attamen post conjugis sui obitum a sanitate penitus aliena continuo in custodia detineri debuerat. Illa constanter literis, quibus Castellani Ordines pro seligendo Castellæ Rectore convocabantur, subscribere recusabat; verum insuperhabita ejus repugnantia præterea deliberatum, an non legitimo testimonio regiminis impotens declaranda esset; id tamen minime factum, absterrente Regiæ Domus reverentia, atque honore: ipsamet tamen Regina mentis suæ imbecillitatem studiose palam facere videbatur, quamvis alii omni sollicitudine eam tegere satagerent: quinimo die omnium Sanctorum festo ad Miraflorenses Carthusianos, ubi Mariti sui corpus depositum erat, accedere constituit, fusisque orationibus, sepulchrum omnino aperiri voluit, ut funesto conspecti conjugis solatio frueretur. Non verbis, non precibus, nec rationibus parcebant adstantes

Petr. Martyr. l. cit l. 19. epist. 324.

Marian. lib. 28. & 29.

stantes, ut Reginam a proposito dimo- Sæcul. XV.
verent: ast surdas pulsabant aures; adeo A.C. 1506.
enim non cessit eorum monitis, ut ira ex-
candescens, additis etiam minis jussa
exequi præciperet. Ergo sepulcrum
aperitur, extrahitur feretrum, advoca-
tur Papæ Nuncius, necnon Cæsaris, Re-
gisque Catholici Oratores, atque Episco-
porum nonnulli, & quamquam defuncti
cadaver vix humani corporis speciem
præseferret, Regina tamen illud defixis
oculis contemplata frequentiori tactu
explorabat, quin vel ullæ per dolentis
genas defluerent lacrimæ. Hoc facto
feretrum clauditur, illudque Regina seri-
co, auroque intexto velo obtegi jussit.
Narrat Petrus de Angleria, qui tum in
Hispanorum aula versabatur, quemdam
Miraflorensem Carthusianum, Reginæ
gratiam aucupandi studio, eidem spem fe-
cisse, quod Maritus ejus resuscitandus
foret: a se enim & alium quemdam
Regem conspectum ajebat, qui decimo
quarto post obitum die hoc privilegio
decoratus fuisset: Regina Monacho fi-
dem adhibuit, spe tamen sua frustrata
permansit. Post aliquot temporis spa- *Alvar. Go-*
cium, quamvis partui vicina esset, Bur- *mes. lib. 3.*
gis abire constituit, unde accito Toleta-
no Archipræsule eidem exposuit, se in
urbe, in qua Conjux ejus mortuus esset,
haud ultra morari posse, quibus dictis

Secul. XVI. AC 1506.

pro suo, suorumque discessu cuncta parari præcepit; hæc jussa exequi oportebat, ac Regina iter arripiente, omnes ejus Aulici illam sequi debebant, quo profectura esset, ignari, & fors ipsamet illius inscia. Tandem ad Miraflorenses Carthusianos contendit, Mariti sui feretrum abductura, illudque quadrijugo curru post rhedam suam devehi jussit; demum Proceres ei auctores erant, ut Vallisoletum peteret: ast medio itinere confecto Turrim-crematam perveniens, ibi sedem figere constituit, in quo pago vigesima post die, decima quarta Januarii, Anno Salutis millesimo quingentesimo septimo Filiam enixa est.

§. CIX.

Consalvus apud Ferdinandum diffamatus.

Marian. l. 28 num. 104.

Ferdinandus pace cum Archiduce composita, præsentiam suam Neapolitanis rebus necessariam ratus, priusquam in Arragoniam reverteretur, eo ire decrevit; graves enim adversus Consalvum deferebantur querelæ, unde rei veritatem penitius inquirere, plurimum Regis intererat. Accusationum capita ea erant præcipua, I. Consalvus, inclytus hic Bellidux, clandestina cum Gallis fovisse fœdera accusabatur. II. Idem postula-

ſtulabatur, quod conciliatore Papienſi Cardinale ſocietatem cum Papa inierit, quin etiam oblatum ſibi a Papa Eccleſiaſtici exercitus imperium acceptavit, ut tam Bononiam, Joanne Bentivolio inde depulſo, quam Bononienſes a Papæ imperio avulſos rurſum Eccleſiæ ditionibus adjungeret; III. Inſimulabatur etiam, quod is cum Columnenſibus amicitiam reſtaurare voluerit, ac propterea ſuam filiam Proſperi Columnæ Filio junxerit, ut potentiſſimis hujus familiæ amicis ſibi conciliatis parta tueri, atque adverſantis fortunæ caſus ſibi jamjam imminentes ſecurius eludere poſſet. Sæcul. XVI. A. C. 1506.

§. CX.

Conſalvus amiſſa Ferdinandi gratia omnibus officiis ſpoliatus.

Hiſce querelis commotus animo Ferdinandus Barcinonem contendit, ac claſſem quarta Septembris die conſcendit, comitantibus eum Germana Regina ſua Conjuge, utraque Neapolis Regina, ac innumeris ferme Proceribus. Conſalvus, cum Regem Barcinone abiiſſe intelligeret, & ipſe Neapoli diſcedens, mari ventis inflato, Cajetam terreſtri itinere profectus eſt, ubi triremes præſtolaturus ſubſtitit, inde vero die vigſima Septem- *Marian. l. 28 & 29.*

Sæcul. XVI. A. C. 1506.

Septembris Ferdinandum excepturus, Genuam pervenit, in qua urbe idem de morte Castellani Regis nuncium accepit; cum autem hujus Regni administrator, rectorque nominatus esset, in hac rerum vicissitudine suæ auctoritatis præsentiam necessariam fore existimabat, in exigua tamen mora periculum abesse ratus, Neapolis negotia prius discutere, eoque iter prosequi constituit. Ergo Consalvus Regem suum Neapolim sequitur, infausto tamen felicitatis, ac splendoris sui exitu, quippe Ferdinandus propriæ auctoritatis tenaciſſimus, ac suspicios us, criminationibus adversus strenuum hunc Belliducem delatis faciles nimium aures præbuit, illumque Pro-Regis dignitate, exercitusque imperio exuit, ac veluti privatum hominem in Hispaniam secum redire compulit. Nihilominus Consalvus inimicæ fortunæ invidiam tam invicta animi constantia pertulit, ut non minorem sibi moderatione sua gloriam, quam partis de hostibus victoriis conciliaret, quamvis, ita jubente Ferdinando, reliquos vitæ suæ dies otiose, sine officio, & sine præmio transigere cogeretur, omnesque, quascunque peteret gratias, illi denegarentur, nec aliud a Rege suo grati animi signum reciperet, quam quod ei defuncto Ferdinandus magnificis prorsus exequiis parentaret.

§. CXI.

Sæcul. XVI. A.C. 1506.

§. CXI.

Procerum expostulatio ob pacta a Ludovico XII. cum Cæsare inita.

In Galliis regni Proceribus minime probabatur fœdus a Ludovico Rege cum Imperatore Blesis Anno millesimo quingentesimo quarto sancitum, quo nuptiæ Claudiæ cum Carolo Lucemburgico firmabantur; his enim pactis Austriacæ Domui Mediolanensis Ducatus, Genuæ, & Comitatus Estensis possessio asserebatur, præter Britanniæ & Burgundiæ Ducatus, Blesensem Comitatum, aliosque Principatus, quos Galliarum Rex dotis nomine cedere jubebatur, non sine gravi Franciæ detrimento: quapropter Proceres collatis inter se consiliis, quosdam ad Regem ablegarunt, supplices, ut convocatis Regni Ordinibus tanti momenti negotium maturiori deliberationi committeret. Lubens sese inclinavit Ludovicus eorum consiliis, ac Comitia Ordinum proximo Mense Majo hujus anni Turonii celebranda decrevit, quamvis jamjam Claudia Carolo gemino ac solemni fœdere sponsaliumque fide promissa fuisset.

San. Gelas. hist. Lud. XII.

§. CXII.

Sæcul. XVI. A.C 1506.

§. CXII.

Rex in comitiis Turonenſibus filiam ſuam Engoliſmæ Duci nuptui dare rogatus.

Claud. Seiſſel in orat. ad Regem Angliæ.

Raynald. hoc ann. n. 34.

Ergo Regni Ordines die decima ejusdem Menſis comitia ſua auſpicantur, de mediis hac in re adhibendis deliberaturi. Solemne hiſce comitiis initium dedit quidam Pariſienſis Doctor nomine Bricotus, qui eloquenti ſermone ad Regem habito, Ordinum nomine eundem rogavit, ut Filiam ſuam natu majorem Franciſco Engoliſmæ Comiti proximo regni hæredi nuptui daret, nec Mediolani, ac Britanniæ Ducatus ad Archiducem devolvi pateretur. Rex in Senatu Ordinum preces diſcuti juſſit, cum vero interea Britanniæ Ordines ad aulam regiam venirent hac ſuper re Regi libellum porrecturi, cenſebant omnes, Regem omnino teneri Ordinum votis annuere, nec poſſe ejusmodi connubio regni bona alienari, nec eundem ullo pacto juramenti religione obſtringi, quo filiam ſuam Lucemburgico Duci in conjugem dare non ſolum Archiduci, ſed etiam Cæſari ſpopondiſſet, cum id læſo ſubditorum ſuorum bono promittere haud potuiſſet. Rex hiſce rationibus devictus, fidem dedit, ſe filiam ſuam Claudiam haud

haud alteri, quam Engoliſmæ Comiti proximo Regni ſui Hæredi, nullatenus vero Carolo Lucemburgico in uxorem traditurum. Sæcul. XVI. A.C. 1506.

§. CXIII.

Claudia Engoliſmæ Comiti deſponſa.

Rebus ita mutatis, Claudia Aſcenſionis Dominicæ feſto die vigeſima prima Maji Engoliſmæ Comiti, præſente tota Regis curia, deſponſatur, Cardinale de Ambaſia ſponſalium ſolemniis aſſiſtente; his peractis Ordines valere jubebantur. Ejusmodi nuptiis vehementer hucusque obluctabatur Anna de Britannia, utpote implacabili odio Engoliſmæ Comiti infenſa, nihilominus in præſenti rerum ſtatu ſuum erga Franciam affectum privata indignatione potentiorem eſſe demonſtrabat, cum ſuo quoque aſſenſu huic connubio haud gravate ſuffragaretur.

§. CXIV.

Archidux ob has nuptias ira commotus.

Poſtea Ludovicus Rex omnes ſuos fœderatos de rei geſtæ ſerie edocuit; applaudebat Anglorum Rex; Cæſar tamen *Auton. hiſt. Ludov. XII.*

Sæcul. XVI. A. C. 1506.

men, atque Philippus Archidux dolorem, quem inde conceperant, haud reprimere valebant. Ad utrumque Ludovicus XII. Franciſcum Rochechuartium unacum libellorum Magiſtro, & quodam Secretario ablegavit, qui ipſum vi adactum fidem violaſſe ambobus perſuaderet; verum Cæſar verbis ſe paſci adeo facile non patiebatur, ſed recentem dignitati ſuæ injuriam inferri ratus, per Tridentinas Alpes cum valido exercitu in Mediolanenſem Ducatum penetrare conſtituit. Obſtitit tamen Hungarorum pertinacia, adverſus quos bello diſtentus, majora moliri præpediebatur. Compulerat equidem Ladislaum Hungariæ, ac Bohemiæ Regem, ut pacta firmaret, quibus ipſe Imperator proximus utriusque Regni Hæres, ac ſucceſſor neceſſarius renunciaretur, cui rei conſentiebant etiam Hungari, atque Bohemi, nihilominus non adeo prona erat ceterorum ſeſe ejus imperio ſubjiciendi voluntas, quapropter Maximilianus, quos ultro Principis amor non trahebat, armorum vi ſibi ſubjicere compulſus, copias ſuas ex Tyroli ad Auſtriam inferiorem admovit', quæ res omnem ejus ſollicitudinem ſibi vendicabat.

Nicol Baſelius in addit. ad Chron. Naucler.

§. CXV.

Sæcul. XVI.
A. C. 1506.

§. CXV.

Henrici consilium de filia sua Archiducis Filio nuptui tradenda.

Cum matrimonium Claudiæ cum Carolo Lucemburgico hoc pacto interceptum esset, Anglorum Rex filiam suam eidem in uxorem locandi occasionem inde quærebat: Obstabat equidem Rex Catholicus adolescentis Principis Avus maternus; Hic enim verebatur, ne forte Nepos suus contracto affinitatis vinculo cum Angliæ Rege potentior factus, ejus filiis, quos ex secundis nuptiis cum Germana conjuge sua speraverat, leges & jura dictaret. *Bacon hist. Regni Henrici VII.*

§. CXVI.

Ferdinandi Regis Catholici rationes hisce nuptiis obsistendi.

Præterea Ferdinandus pertimescebat, ne Carolus Neapolis Regnum a Consalvo auro Castellano, armisque partum, velut hæreditatem relictam sibi vendicaret, ac obtenderet, quod suus Avus nec illud in ipsius damnum sibi retinere, nec in secundi thori liberos transferre possit. Denique ceteris magis valida erat ratio, quod Ferdinando satis comperta esset

Sæcul. XVI. A. C. 1506.

Henrici VII. indoles; unde suspicabatur, ne Anglus, si Carolus ejus filiam sibi copularet, Castellæ administrationem, cum hæc per Patris sui obitum illi obtigisset, Genero suo deferri contenderet; angebat insuper Ferdinandi animum cura prorsus singularis; is enim timebat, ne Henricus, cum jam dudum pectoris doloribus opprimeretur, auram Anglicam fugiens, magis calidam respirandi desiderio incensus, Castellam redire cogitaret, atque hac opportunitate usus, Castellanum regimen ambiret. Nihilominus cunctis hisce Ferdinandi cavillationibus nihil proficientibus, nuptiæ suum sortitæ sunt effectum.

§. CXVII.

Ludovici XII. amicitia a Ferdinando expetita.

Interim Ferdinandus, ut Castellæ administrationem sibi ab Ordinibus delatam magis certam redderet, e re sua fore existimabat, si cum Ludovico Galliarum Rege fœdus iniret, summumque Pontificem sibi devinciret. Ceterum Ludovicus, cum constanter Julii Pontificis amicitiam foveret, eidem Perusii, ac Bononiæ possessionem denuo asserere meditabatur; quocirca Calvimontio negotium dedit, ut copias suas Pontificiis jungeret. Eo tempore Bononiæ Bentivolius, Peru-

Marian. l. 29 n. 1. & 2.

Perusii autem Balionus imperabat, ex quibus priorem Julius sub Pontificatu Sixti IV. in paucis carum habuit, hoc tamen affectu, regnante Alexandro VI., in odium versо, Bentivolius etiam palam Julio Pontifici adversabatur; cum enim summa rerum potiretur, Gibellinorum factioni adhaesit, Julius vero toto vitae suae tempore Guelfis favebat; Ludovicus in Bentivolium, & Balionum aeque gravibus de causis odio exarserat, ac ipse Pontifex, qui obsequia sibi a Rege praestita adeo grata habuit, ut Calvimontio in praemium laboris octo, duodecim vero Ducatorum millia copiis ejus distribuenda elargiretur: Cardinali autem de Ambasia, cujus opera Ludovicus suppetias Pontifici tulerat, dignitatem Legati in Francia confirmaret, simulque promitteret, se duos illius Nepotes, quorum alter erat Albiensis Episcopus, Purpuratorum collegio adscripturum, praeterea Pontifex edito diplomate ad Ducatus Mediolanensis beneficia nominandi jus in Regem transtulit. Rege igitur tot favoribus sibi conciliato, Julius de prospero consilii sui successu certus, copias, quas ipsemet duxit, conscripsit. Saecul. XVI. A.C. 1506.

Sæcul. XVI. A. C. 1506.

§. CXVIII.

Perusium, & Bononia a Pontifice recuperata.

Guicc lib. 6. Paris. de Grassis in itin Jul. II. MS. Archiv. Vatican p. 18

Igitur Papa primo in Balionum, utpote potentia inferiorem, arma convertit; hic autem, quamvis ceteroquin Vir intrepidus, urbisque valido præsidio, omnique armorum apparatu munitæ Dominus esset, confestim tamen adventanti Julio ambos suos filios obviam misit, qui sese obsides offerrent, ac delicti veniam exorarent. Pontifex horum terrorem in rem suam vertens, Baliono non nisi suppellectilem suam, gemmasque Perusio secum aufferre indulsit; Bentivolius quoque haud minori timore perculsus, Sanctitatis suæ clementiam implorabat, cui Papa ex terris, quas Majores ejus intra Bononiensem ditionem adepti fuerant, reditus percipere concessit, copiamque fecit, ut quicquid deferre posset, secum acciperet, ac ipse in Mediolanensem Ducatum secederet; unde plaustris partim ab ipso Pontifice ad ejus preces suppeditatis, partim pretio conductis unius diei spacio totam suam suppellectilem abduxit. Eo abeunte summus Pontifex Bononiam ingressus, novo Magistratu constituto, Cives pluribus privilegiis auxit, ut Sedis Apostolicæ dominatum, quem sinistra opinio-

opinione jugum grave existimabant, mitiorem redderet. Iisdem etiam favoribus Perusinos cumulabat. Sæcul. XVI. A.C. 1506.

§. CXIX.

Auspicia Fabricæ Basilicæ ad S. Petrum Romæ.

Cum Ecclesia S. Petri in Vaticano a Constantino erecta ruinis fatisceret, Julius II, Pontificatum suum magnifico opere illustraturus, pium cepit consilium, quo hanc Basilicam augustiori forma e fundamentis erigendam curabat. Delineavit totius molis formam celeberrimus Bramantes, qui priscæ architecturæ nitorem in Italiam reduxit. Ergo ad maturandum hoc opus Julius indulgentias concessit omnibus, qui stipem in sumptuosissimam hance fabricam erogaturi essent.. Id ipsum quod a Julio cæptum erat, certatim a Romanis Pontificibus deinde variis, iisque pretiosissimis ornamentis decoratum est, adeo, ut templum arte ac magnificentia toto orbe celeberrimum exurgeret; præterea summus Pontifex decima octava Aprilis, quæ erat in Paschatis hebdomada Sabbati dies, ad exorandam Dei gratiam pro perficiendo tanto opere solemni ritu sacrum celebrari jussit, quo peracto primum hujus ædificii lapidem ipsus posuit, Cardi-

Bullar. Jul II. Constit. 25 & 28 p. 228. Raynald. hoc ann. n. 45.

Sæcul. XVI. A. C. 1506.

nalibus, atque innumeris ferme Prælatis assistentibus. Hoc opus Julius Papa aggressus est, *Jesu Christi Salvatoris nostri monitu*, ut ipse censebat, testaturque in suis literis ad Henricum VII. Angliæ Regem datis, in quibus illum de cæpto ædificio, atque præfata solemnitate certiorem reddidit. Equidem illud Templum, se adhucdum superstite, omnino perficiendum sperabat; aliter autem Dei nutu, consilioque actum est, cujus decreta persæpe ab hominum propositis plurimum discrepant; Julius enim jactis vix primis ædificii fundamentis, invidia mortis ereptus est.

§. CXX.

Ordo FF. Minimorum a Papa confirmatus.

Papeproch. p. 209. Spond. ann. 1506. n. 8.

Idem Pontifex ante obitum suum die vigesima octava Julii Ordinem Fratrum Minimorum, a suis Prædecessoribus jam antea approbatum confirmavit. Ejusdem institutum Alexander VI. circa Annum millesimum quadringentesimum nonagesimum secundum ratum habebat, ac nomine, quo prius Eremitæ S. Francisci de Paula nuncupabantur, immutato, Fratres Minimos appellari voluit, quod idem Sancto Ordinis Parenti præplacuit: In Gallis tamen continuato usu *boni Viri*,

ri, & S. Franciſcus *Vir bonus* dicebantur. Ejusdem regula, quæ triplex eſt, nimirum pro Religioſis, Sanctimonialibus, ac tertii Ordinis Perſonis, tribus, aut omnino quatuor vicibus recognita fuit, donec tandem omnem, quæ requiri credebatur, perfectionem adepta, Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexto ſtabilita, atque a Julio II. confirmata eſſet, prout Franciſcus de Paula Romæ viginti quatuor omnino annis antea prædixerat. Hunc ordinem poſtea Carolus VIII. & Ludovicus XII. Galliarum Reges crebris favoribus auxerunt; Ludovicus quoque, cum ferme ſemper aula ſua abſens eſſet, Sancto Viro in Italiam revertendi copiam primo fecerat; poſtea vero pretioſiſſimum, quem ex ejus abſentia amitteret, theſaurum intelligens, conceſſam veniam revocavit, ac Prædeceſſores ſuos beneficiorum amplitudine, atque affectu erga Sanctum, ejusque Filios ſuperare geſtiebat, nec parcior erat Reginæ liberalitas, debetque hic Ordo magnam incrementi ſui partem Cardinali de Ambaſia inſigni ejusdem Protectori.

Sæcul. XVI. A. C. 1506.

§. CXXI.

Chriſtophori Columbi obitus.

Hoc anno Menſe Majo Chriſtophorus Columbus Valliſoleti mundo valedixit, *Marian. lib.* 28. *n.* 88.

Sæcul. XVI A.C. 1506.

xit, anno ætatis ſuæ ſexageſimo quarto; ejus corpus Hiſpalim ad Carthuſianos, ut ipſe teſtamento caverat, delatum eſt. Hic quamvis cum omnibus ſuis poſteris a Rege Catholico Nobilium Ordini adſcriptus fuiſſet, nihilominus obtrectatorum invidia eundem regiæ ſuæ Majeſtati adeo inviſum reddebat, ut nonniſi ante obitum ſuum Regis gratiæ, ac favoribus reſtitueretur. Superſtites reliquit Beatricem Henriquez conjugem ſuam unacum duobus filiis, Didaco, & Ferdinando, qui poſterior ſacro Presbyteratus ordine initiatus eſt, Didacus vero filium ſuſcepit, Ferdinandum nomine, qui cælebs vita exceſſit. Chriſtophori Columbi Hiſtoriam deſcripſit Ferdinandus ejusdem Filius, quam Alphonſus de Ulloa Italico idiomati reddidit, ac ferme nonniſi hæc illius verſio jam altero prælo Venetiis recuſa nobis innoteſcit.

Ferdin. Col hiſt. Americ. Chriſt. Col.

§. CXXII.

Alexandri Poloniæ Regis extrema.

Michov. lib. 4 hiſt. Polon. c. 82.

Cromer. l. 30.

Eodem quoque anno Alexander Poloniæ Rex Caſimiri II. filius, ac Joannis Alberti Regis frater, cui Anno milleſimo quingenteſimo primo ſucceſſerat, vitæ ſuæ curriculum abſolvit, fatis functus die decima nona Auguſti, anno ætatis

ætatis ſuæ ferme quadrageſimo quinto, poſtquam nonniſi quinque annis ſceptrum rotaſſet. Primo Magnus Lithuaniæ Dux erat, ac Lithuani, quamvis hæc gens alias Polonis ſumme infenſa eſſet, duas tamen haſce Provincias conjungi conſenſerant, ea vero lege, ut in electione Regis, quæ in Polonia fieret, & ipſi Lithuani conſeſſus, ac ſuffragii jure potirentur. Alexandrum Fridericus Cardinalis Archiepiſcopus Gneſnenſis Cracoviæ inaugurabat, ejus tamen uxori Helenæ, Joannis magni Moſcoviæ Ducis anno priori defuncti filiæ, quod ritum Græcum ſectaretur, diadema de more Regis dari ſolitum minime impoſitum eſt. Præterea Alexander Socerum ſuum, ut cum Lithuanis ſex annorum inducias paciſceretur, compulit: Boydanum quoque Stephani Valachiæ Palatini filium, ac Tartaros, ne ultra populabundi excurrerent, compeſcuit, imo priusquam moreretur, non ſine ingenti ſolatio nuncium accepit, Tartaros a Michaele Glinski cæſos, fugatos fuiſſe, deſideratis eorum viginti millibus. Nullas ex Helena conjuge ſua proles ſuſcepit, unde eidem Sigismundus I. ejus frater ſucceſſit.

Sæcul. XVI. A.C. 1506.

Raynald. ad hunc ann. num 38. *& 39.*

Sæcul. XVI. A.C. 1506.

§. CXXIII.

Finis Hiſtoriarum Michovii & Cromeri.

Voſſius lib. 3. de Hiſt. Lat.

Porro in Sigismundi electione tam Matthias Michou, ſeu Michovius, quam Martinus Cromerus Hiſtoriis ſuis de rebus Polonorum finem impoſuerunt. Horum primus artis medicæ Doctor, Cracovienſis Canonicus, atque inſignis Aſtronomus erat, ſuumque Poloniæ Chronicon Sigismundo Regi nuncupabat: Præterea alios duos ſcripſit commentarios, unum de Sarmatia Europæa, alterum de Aſiana, qui libri cum aliis quibusdam novi Orbis relationibus Anno Salutis milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſecundo Pariſienſibus literis excuſi prodierunt. Martinus Cromerus, qui Sigismundo ab epiſtolis, demum defuncto Hoſio Cardinale Epiſcopus Warnienſis renunciabatur, ſuam quoque Rerum Polonicarum hiſtoriam in triginta libros diviſam ab Anno Salutis quingenteſimo quinquageſimo concinnavit, quartamque ejusdem editionem Anno Domini quingenteſimo octogeſimo ſexto ſupra milleſimum ipſus adornavit; Mortuus creditur die decima tertia Martii Anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo nono.

Miræus de Script. Sæcul. XVI.

Aliud

Aliud præterea ſcripſit opus de ſitu Poloniæ, & de gente, ac moribus Polonorum, necnon quosdam tractatus Polemicos adverſus Proteſtantes item colloquia de vera, & falſa Religione in quatuor libros, & de cælibatu Sacerdotum, Ultima ejusdem Hiſtoriæ editio, quam adhuc vita ſuperſtes concinnavit, nuncupata eſt Stephano Batorio. Sæcul. XVI. A.C.1506.

§. CXXIV.

Alphonſus Alburquercius a Luſitano Rege ad Indos miſſus.

Hoc anno Emanuel Luſitaniæ Rex celeberrimum Alphonſum Alburquercium, qui rebus præclare geſtis *Magni* nomen emeruit, Legatum ad Indos Occidentales decrevit, ut Almeidæ in Pro-Regis dignitate ſuccederet, quo munere ſumma fidelitate, ac prudentia functus, in quovis ferme ſuſcepto negotio proſperam expertus eſt fortunam. Huic Emanuel laboris ſocium adjunxit Triſtanum de Cunha, qui duas, licet exiguas, Æthiopum Inſulas, hodiedum ſuo nomine inſignitas detexit, quæ in elevatione Poli vigeſimum longitudinis, latitudinis vero trigeſimum ſeptimum gradum obtinent, ac Occidentem verſus trecentis quin- *Barros dec. 2 lib. 1. c. 1. & 2. & lib. 2.*

Sæcul. XVI. A.C. 1506. quinquaginta leucis a Promontorio bonæ ſpei diſtant.

§. CXXV.

Commotio populi Ulyſſiponenſis adverſus Judæos.

Marian. lib. 28. num. 84. Oſorius lib. 4

In Luſitania, cum tota regio gravi peſtilentia flagraret, Rex Abrantium, ubi purior erat cœli temperies, ſecedere compellebatur, fato ſane proſpero, ibidem enim Regina Filium, cui Ludovici nomen impoſitum, feliciter enixa eſt, octavo poſt partum die ſacro fonte ablutum; verum communis lætitiæ complementum intercepit populi tumultus, levi prorſus ex cauſſa Ulyſſipone ſuſcitatus; quippe in Eccleſia S. Dominici aſſervabatur ſculpta imago Crucifixi, cujus lateris plagam vitrum obtegebat: cum vero idem vitrum lucis radios reverberans, ſplendorem emitteret, nonnulli quadam die ſacrificio aſſiſtentes, rem ſupra naturæ vires arbitrati, in Templo vociferabantur: *Miraculum! Miraculum!* Hunc errorem dedocere audebat quidam Judæus recens converſus, cumque populi ſimplicitatem rideret, cunctis perſuaſum erat, hunc judæum nonniſi fidei contemptu permotum, ejusmodi verba eructaſſe; quocirca tam impotenti furore conci-

concitabantur, ut unaomnes in miſerum irruentes, illum extra Eccleſiam raptatum crebris fuſtibus tunderent, ejusque corpus in media platea igni traderent. Plebe jamjam in furorem acta, inſaniam augebat quidam Monachus e clauſtro ſuo erumpens, cujus hortatu populus in Judæos acrius incendebatur, nilque niſi undique tumulantium voces audiebantur, ac brevi tota gens ad ſeditionem concitabatur. Sæcul. XVI. A.C. 1506.

§. CXXVI.

Judæorum cædes.

Hujus Monachi oratione, velut claſſico, plebs ad cædem convocata fuit, & magis, magisque animata in Judæorum recens baptizatorum domus toto impetu irruit: mox erumpebant alii, qui hoſce infelices trucidarunt, ac promiſcua cæde viros, fœminas, atque infantes, nec ætati, nec ſexui parcentes jugularunt, demumque illorum ædes deprædati ſunt. Duo quoque Monachi Crucem velut vexillum ſeditioſis præferebant; hæcqne laniena ſolidum triduum tenebat, ac referunt Scriptorum nonnulli, plusquam duo millia Hæbreorum, potiſſimam partem innocentes, hunc in modum periiſſe, quos inter non pauci etiam, qui jamjam Chriſtianæ fidei nomen dederant, aut *Marian. ib.*

Sæcul. XVI. A.C. 1506.

aut errore, aut ex illorum vindicta occisi sunt, qui hac occasione freti, inimicorum suorum sanguine crudelitatem satiabant. Rex comperto suorum tumultu vehementissime commotus, rem penitius inquiri præcepit, unde duo illi Monachi extremo supplicio mulctati, ac combusti sunt, eorumque cineres in aerem projecti; ceteri vero, quos gravior culpa reos fecerat, easdem pœnas dederunt.

§. CXXVII.

Flandri Cæsarem Belgii Rectorem agnoscere renuentes.

Bonacurs. in Diariis Bizard. hist. Gen. lib. 18.

Maximilianus vix comperto Filii sui Archiducis obitu, quantocius in Flandriam contendit, ut Belgii administrationem susciperet, donec Carolus Archidux, nonnisi sex annos natus, ad legitimam ætatem perveniret. Verum Flandri, quibus satis comperta erat Cæsaris indoles, primo sese illi subjicere tergiversabantur, tamque vehementer obluctabantur, ne pueri Principis Tutor, ac Belgii Rector esset, ut Pontifex, qui Cæsarem in Italiam venire, ac sese Gallorum motibus adversus Venetos opponere desiderabat, ob Belgici tumultus metum fere omni spe sua excidisset, nisi Genuensium seditio animum ei reddidisset.

§. CXXVIII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1506.

§. CXXVIII.

Seditio Genuenſium in Gallos.

Cum enim Ducatus dignitas ad Fregoſios, atque Adornios hæreditario jure tranſmitti cæpiſſet, hi immenſis locupletati divitiis, quas hoc munere functi corraſerant, tanta creverunt potentia, ut quamvis nonniſi ſecundo Nobilium Ordini adſcripti eſſent, primæ tamen Nobilitatis Optimatibus, uti ſunt Fliſci, Auriæ, Spinolæ, atque Grimaldi, cedere recuſarent. Primo ſecretæ complurium indignationes audiebantur, demum ad publicam ſeditionem res exceſſit; cum enim quidam Aurienſis familiæ Nobilis cum alio adverſæ partis Juvene globis miſſilibus luderet, exorta inter eos rixa Aurienſis trucidabatur, quam cædem mox communis omnium ſeditio excipiebat, ac Nobiles tam indigne habiti, ut ſeſe alio recipere compellerentur. Seditioſi jam ad ſe ſupremum Reipublicæ imperium eſſe devolutum rati, illico pro arbitrio novum Magiſtratum creant octo Viris conſtantem, quos Plebis Tribunos appellabant, demum etiam contra Regem Franciæ ſeditionem movebant. Rocabertus Raveſtenii Genuenſis Præfecti, qui tum in aula verſabatur, vices agens, dudum conſilii inops, tandem tumultuan-

Guicc. lib. 7. San-Gelaſ. hiſt. Lud. XII. Foglieta hiſt. Genuenſ. lib. 12.

Sæcul. XVI. A.C. 1506.

multuantis populi postulatis cedere constituit, firmavitque edictum, quod cives in nupero conventu ad eligendos novos Magistratus convocato condiderant; quo facto nuncium ablegabat ad Ravestenium, qui nulla mora cum exigua militum manu Genuam advolavit.

§. CXXIX.

Copiæ Genuam a Galliarum Rege missæ.

Jo. Auton. hist. Lud. XII.
Guicc. lib. 7.
Raynald. num. 7.

Ex adverso rebellium exercitus furentium numero longe superior erat, jamque complures, ignobiliores tamen urbes ad maris oram sitæ occupabantur. Ravestenius, cum seditiosos ob exiguum agminis sui numerum violentia compescere desperaret, eos lenitatis subsidio ad officium revocare nitebatur, hi vero insolentiores facti Ravestenium, quem suorum potentia territum existimabant, copias suas dimittere compellunt, pluresque urbes sibi vendicant, demum crescente audacia ipsam Monæciensem arcem obsidere præsumunt, quapropter Ravestenio aulam repetente, Ludovicus XII. Doctorem Michaelem Ricc Neapolitanum ablegat, qui rebelles, u in Regis obsequium redirent, inducer conaretur; ast surdis fabulam cecinit. Unde Rex horum pervicacia concitatus,

tam

tam copiosum conscripsit exercitum, ut ejus potentia ipsi Pontifici, Italiæ Principibus, Cæsari, Regique Catholico terrorem incuteret; verebantur enim, ne Ludovicus grandiora, quam solam Genuensis tumultus extinctionem moliretur. Adeo vero rebelles hoc apparatu minime terrebantur, ut eorum petulantia indies aucta, etiam Galliæ Regis insignia dejicerent, & Paulum Novium, seu Noum Tinctoris filium Ducem crearent, urbisque aditus undique munirent. Sæcul. XVI. A.C. 1507.

§. CXXX.

Rebelles a Rege Genuam appulso ad officium redacti.

Ergo Ludovicus Ivoni Alegrio negotium dat, quantocius cum tribus armatorum millibus Monæcium contenderet; quo vix conspecto rebelles, motis subito castris, Genuam reversi sunt. Ipse quoque Rex in Italiam venit, ac tertia Aprilis die Gratianopoli profectus, undecima ejusdem Mensis Segusium ingressus est, exercitum ducens viginti duorum peditum millium, ac mille quingentorum Cataphractorum, præter plurimas Nobilium, ac voluntariæ militiæ legiones; adeo, ut facile quinquaginta bellatorum millia in suo exercitu re-

Sæcul. XVI A. C. 1507.

censeret (*). Comitabantur etiam Regem triginta omnino Prælati: Obstabat tamen Gallorum progressibus arx quædam monti imposita, quam Genuenses occupaverant, illam ergo, ut Gallis ad Castellazzi propugnaculum aditus pateret, expugnare oportuit, quocirca in campo, quo Riverola ab urbe San-Petri de Arenna intersecatur, prælium committitur, ubi Galli arce non sine ingenti labore superata, victores protinus arma Genuensi urbi admoverunt.

Genuenses, appropinquante exercitu, in primum Gallorum agmen ex urbe erumpunt, sed post acerrimum utrinque certamen repelluntur, desideratis eorum tribus millibus. Hac clade perterriti, deditionem obtulerunt, ast Rex horum Deputatos audire recusans, eos ad Cardinalem de Ambasia remisit; hic vero illis significavit, aut arbitrio Regis sese committerent, aut eorum urbs deprædationi subjaceret. Hoc responso concitati Genuenses, denuo cum quadraginta armatorum millibus in Gallos irruunt, ast identidem cæsi fugatique redierunt. Intererat huic prælio Tristanus de Salazar Seno-

(*) An quinquaginta millium exercitus Pontifici, Italiæ Principibus, Cæsari, & Hispaniarum Regi terrorem incutere potuerit, ægre quis sibi persuadere poterit.

Senonum Archiepiſcopus, qui penes Regem, cum incautius, longiusque periculi contemptu abriperetur, toto armorum apparatu ſuccinctus, ſtrenue dimicabat, illisque, qui Præſulem militum more arma gerentem admirabantur, reſpondebat, Rege vitam ſuam diſcrimini exponente, indecens eſſe, ut ſubditorum ullus ſeſe eximeret. Ceterum Genuenſes ultra reſiſtendo impares, Victorum arbitrio tandem ſeſe ſubjecerunt, Paulus quoque Novius, Dux eorum recens electus, præcipiti fuga ſeſe ſubduxit, cum vero profugus Romam navigaret, a Gallorum claſſe captus eſt. Porro Rex die vigeſima octava Aprilis, omnibus armis inſtructus, gladium diſtrictum manu geſtans, ac chlamyde candida veſtitus Genuam ingreſſus eſt, quam plurimis Cataphractis ſtipatus. Occurrunt cives cum ramis olivarum miſericordiam implorantes, quibus, cum ab eis Rex in omnibus ſubmiſſionem poſtulaſſet, facta vitæ gratia trecentorum millium aureorum mulctam indixit, ut ex hiſce pecuniis nova arx urbem inter, & portum conſtrueretur, juſſitque Magiſtratum, ut archetypa fœderum, quæ cum Gallis inierant, aliorumque diplomatum tabulas, quibus avita eorum privilegia deſcribebantur, ad Regis pedes deferrent, eo fine, ut illæ omnino dilacerarentur, quod

Sæcul. XVI. A.C. 1507.

Sæcul. XVI. A.C. 1507.

etiam mox effectui datum; easdem vero libertates Rex quantocius Genuensibus restituit, ea tamen lege, ut eas ad arbitrium suum revocare posset. Novius autem, & Demetrius Justinianus capite plexi pœnas dederunt; hic, priusquam supplicium subiret, Pontificem rebellionis conscium fuisse insimulabat. Præterea sancitum I. ut copiarum, qui de more intra urbem stationes agerent, numerus augeretur; II. Gubernator cunctis Senatorum conventibus interesset; III. Ad Gallorum jussa tres triremes in portu instructæ a Genuensibus alerentur; ac denique IV. arcis præsidia augerentur. Rex quoque Ravestenio Præfectura exuto, subrogavit Rudolphum Lanoium Ambiani Prætorem, integræ probitatis Virum.

§. CXXXI.

Cæsar hortatu Papæ contra Franciam concitatus.

Raynald. ad ann. 1507. n. 7. & 8.

Suspectus erat summo Pontifici Gallarum Regis adventus; quippe ad tam exigui molimnis negotium, quale erat Genuensium defectio, tanti Regis præsentiam haud fore necessariam arbitrabatur, cumque animum ejus recens subiret memoria haud vani timoris, atque gravissimæ sollicitudinis, quam Carolus VIII. Alexan-

Alexandro VI. incusserat, se ad easdem paresque incitas a Ludovico quoque redigi verebatur, unde malo obviaturus, in politicæ prudentiæ artificio auxilium quæsivit; valuitque successus, nam hac via metu liberatus evasit; Nihil enim in hac rerum vicissitudine opportunius censebat, quam ut Cæsari timorem incuteret, exponens, quod Ludovicus XII. Genuensis expeditionis obtentu usus nonnisi Italiæ pacem turbare intentus esset, ac rursum Cardinalis sui Ambasiani ministerio Pontificum electiones Gallorum arbitrio, imperioque subjicere moliretur, totusque in eo esset, ut præfatum Cardinalem in Cathedram S. Petri intruderet, ab ejusque manu postmodum Imperialem coronam acciperet, ac demum Maximiliano Cæsari necnon S. R. I. Electoribus, postquam illis, quæcunque in Italia possiderent, eripuisset, turpiter illuderet. Sæcul. XVI. A.C. 1507.

§. CXXXII.

Comitia Constantiæ a Cæsare convocata adversus Ludovicum Regem.

Imperator huic consilio nimium faciles accommodabat aures; augebant insuper Veneti Papæ querelas, graviter & ipsi apud Imperatorem contra Gallos *Guicc. l. 9.*

Sæcul. XVI. A.C 1507.

conquesti, ac pluribus extollentes, quam merito suspecta haberent Regis consilia, atque Italiæ status, ac præprimis Rempublicam suam infestis armis ab eo invadi timerent: Itaque Maximilianus sine moræ dispendio ad omnes Sacri Romani Imperii Principes, ac fœderata Germaniæ emporia (*) suos Oratores decernit, jubetque, Constantiam, ubi Comitia convocasset, venirent: Parent omnes, ac Cæsar prælectis literis, quas a Pontifice acceperat, Principibus exponit, quam gravis momenti res esset, ut adversus Galliarum Regem pristinum Germanici imperii splendorem in Italia restaurare, ac sese Gallorum ambitioni opponere satagerent; Principes hac Cæsaris oratione permoti omnes suas vires jungere, adeo communi suffragio decernebant, ut Germanorum potentia tam concorditer unita cunctis totius Orbis Monarchis leges præscribenda putaretur, ac denique Italia ad legitimum veterum suorum Principum jugum tandem reditura esset. Nunquam adeo promptum, quo copias conscriberent, conspiciebatur Principum Germanorum studium, nunquam ardentior Gallos debellandi aviditas; nam solo Cæsareo sermone, quem Constantiæ habuit, infra exiguum omnino

Trithem. in chro Spanh. hoc anno. Basil. in addit. ad Naucler. Bizard. l. 18.

(*) *Vulgo dicuntur* Hansee-Städte.

no temporis ſpatium numeroſus compa- Sæcul. XVI.
ruit exercitus, jamque nihil propius e- A.C. 1507.
rat, quam ut per Tirolim in Italiam penetraret, cum ecce! Ludovicum Galliarum Regem copias ſuas miſſas feciſſe nunciatur.

§. CXXXIII.

Savonenſe colloquium Galliarum Regis cum Rege Catholico.

Interea Ferdinandus Rex, qui tum Neapoli agebat, miſſo legato victoriam regiis armis, auſpiciisque relatam Ludovico gratulatus eſt, eidem ſignificans, quod ſi eſſet Regi gratum, eum unacum conjuge ſua inviſere vellet, proin locum, quo ipſum exciperet, deſignaret. Nominabat Ludovicus Savonam, ubi etiam ambo Reges prolixam inſtituebant conſultationem, ad quam Palavicinum quoque Pontificis (*) Legatum advocarent, ſimulque Venetis bellum inferre decernerent. Aderat etiam Cardinalis de Ambaſia. *Guicc. l. 7. Joann. Auton. hiſt. Lud. XII.*

§. CXXXIV.

(*) *Mirum ſane, jam Pontificem cum Galliarum Rege ſocietatem iniiſſe, contra quem tamen ab ipſomet Papa Cæſarem concitatum fuiſſe, Continuator §. CXXXI. meminit.*

Sæcul. XVI. A. 1507.

§. CXXXIV.

Hujus colloquii argumenta.

Frequens erat inter ambos Reges colloquium, quo soluto Galliarum Rex Lugdunum, Ferdinandus vero in Hispaniam reversi sunt. Cum vero populo nil solemnius sit, quam consilia, Regumque voluntates conjectura assequi, temere in vulgus spargebatur, Ferdinandum impotentiori ira adversus Papam accensum ad colloquium veniisse, eoquod hic Neapolitani regni investituram ei denegasset, proin ab utroque Rege capta fuisse consilia, ut summum Pontificem minus Canonice electum exauctorari procurarent, quin etiam Ferdinandus asseruisse ferebatur, quod unice, ut idem in pleno Concilio fiat, a solo Franciæ Regis nutu dependeret, atque omnino Oecumenicam Synodum celebrari oporteret, imo idem dicebatur dedisse promissum, vi cujus non modo omnes Hispaniæ, ac utriusque Siciliæ Prælatos ad Synodum mittere, sed etiam tantum efficere spondebat, ut iidem Præsules pro futura Pontificis electione in Cardinalem de Ambasia suis suffragiis conspirarent.

§. CXXXV.

§. CXXXV.

Sæcul. XVI. A.C. 1507.

Belgii regimen a Maximiliano concupitum.

Cum Caſtellæ adminiſtrationem, Ferdinando ad eam nominato, Maximilianus incaſſum ſperaret, ſaltem Belgii regimen continuo ambiebat, ratus, eam ſibi nequaquam denegari poſſe, quamdiu Carolus ejus Nepos in Tutoris poteſtate eſſet. Verum obluctabantur Flandri, utque Cæſarem excluderent, prætextum ſaltem vero ſimilem ſollicite inquirebant, tandemque invenerunt, cauſſati, Philippum Archiducem teſtamento caviſſe, ut Franciæ Rex ejusdem Filii Curator nominaretur; huic rationi nonnulli innitebantur Flandri, contendentes, Ludovici Regis eſſe, ut rei hujus controverſæ judicem ageret, cum Carolus Lucemburgicus ob Flandriæ, Artheſiæ, ac Caroleſii comitatus clientelari obſequio Franciæ obſtrictus eſſet, alii tamen palam edicebant, quod in Philippi teſtamento nequidem unica Syllaba de Francorum Rege mentio fuerit facta.

Voiez les memoires du Bellay & de Brantome Varillas educat. des Princes.

Daniel hiſt. Franc. tom. 5 p. 264.

§. CXXXVI.

Ludovicus Caroli Lucemburgici tutelam ad Flandrorum preces ſibi arrogat.

Utut hæc ſunt, Ludovicus tamen Caroli

Sæcul. XVI. A.C. 1507

Principis tutelam sibi arrogabat, atque Archiduci ex statuS Ordinum consensu Guilielmum de Croy Cerviæ Toparcham Gubernatorem præfecit, quamvis inconsultam ejusmodi agendi rationem Regii Senatores, incassum licet, vehementer tamen Regi dissuaderent.

§. CXXXVII.

Maximilianus Belgii Gubernator.

Scriptorum nonnulli referunt, quod inter Caroli Austriaci Moderatores nullatenus a Ludovico Galliarum Rege nominatus fuerit primo loco Guilielmus de Croy, sed potius Carolus de Croy Chimacensis Princeps præfati Guilielmi Patruelis; huic vero priorem Anno Domini millesimo quingentesimo nono in hac dignitate subrogatum fuisse narrant, postquam Carolus hoc munus abdicaverat eo tempore quo Margarita Austriaca Belgio præerat nomine Maximiliani, cui Flandri administrationem deferebant, aut ob nativam hujus gentis levitatem, (*) aut propter indignationem, quam adversus Ludovicum Galliarum Regem conceperant.

§. CXXXVIII.

(*) Quo fundamento Continuator levitatis vitium in Belgas transferre valeat, haud perspicimus, cum Scriptores nationum indolem notantes illud non Belgis, sed aliis attribuant.

Saecul. XVI. A.C. 1507.

§. CXXXVIII.

Transitus Cæsari in Italiam eunti a Venetis denegatus.

Ceterum Galliarum Rege brevi in Franciam redeunte disparuit timor, quem Papa Cæsari, ut eum in Gallos concitaret, incusserat, Maximilianus tamen cum jamjam cum exercitu octo millium equitum, peditumque viginti duorum millium iter agere cæpisset, illud prosecutus est, atque mutata prima itineris ratione divulgavit, non bellandi animo se Italiam ingredi, sed id haud alio ex consilio fieri, quam ut pro more suorum Prædecessorum, atque Imperatorum coronam de Pontificis manu acciperet. Veneti, cum rem penitiori oculo inspicerent, specioso hoc obtentu sese decipi haud patiebantur: Hinc postquam Cæsar, missis ad eos Legatis, transeundi copiam postulasset, simulque eos ad armorum societatem contra Gallos invitasset, illi transitum omnino denegantes, responderunt, ad accipiendam coronam, quam a Pontifice lubenter concedi compertum esset, non requiri comitatum plusquam triginta armatorum millibus validum. Aliunde Franciæ Legati Venetos ad hanc repulsam incitabaut; hi enim illis suggerebant, inde Italiæ pacem dependere, si vero Cæsari

Sæcul. XVI. A.C. 1507.

sari transitum concederent, abs dubio ipsum Ludovicum cum toto exercitus sui robore in Italiam petiturum, ut sese Maximiliano opponeret. Porro Cæsar Venetorum pertinacia tantopere offendebatur, ut eodem temporis puncto injuriam ulcisci decerneret.

§. CXXXIX.

Imperatoris bellum in Italia adversus Gallos & Venetos.

Ceterum Cæsaris arma non adeo crebris inclarescebant victoriis (*); Helve-

(*) *Abs dubio Lector a partium studio alienus ad nauseam usque persæpe observavit, Continuatorem, quoties de augustissima Domo Austriaca mentio occurrit, semper intentum esse, ut pia Cæsarum consilia fallacibus artibus adscriberet, pecuniarum inopiam exprobraret, bellicos eorum conatus velut bruta fulmina explodaret, præclare ab eis gesta vel silentio premeret, vel neglectim nec sine contemptu referret, ac sexcentis aliis modis Cæsareæ Majestatis auctoritatem diminueret, & hæc quidem nullo allegato Auctore, quin imo penitus contraria recensentibus rerum Austriacarum Scriptoribus, quod, si instituti mei ratio permitteret, nullo negotio comprobare possem. Sufficit autem hanc in rem ipsius Continuatoris antilogias animadvertere,*

Helvetii enim copias suas in aciem non educebant, deficiente pecunia eis numeranda, Italiæ quoque Principes promissa auri subsidia vario sub prætextu suppeditare negligebant; nec minus Pontifex illa centum aureorum millia pro belli Turcici expensis collecta in alios usus converti prohibuit; denique Imperator nonnisi a Senensibus sex Ducatorum millia acceperat; Nihilominus nonnullis suorum copiis in Burgundiam & Sabaudiam missis, ipse Italiam versus progreditur. Ludovicus etiam exercitum, quem in Mediolanensi Ducatu tenebat, augere intentus erat, dum interea illius Gubernator Aronam ad lacum Majorem occupaverat. Alvianus quoque Veneti exercitus Dux Forum Julium accessit, Petiliano Tridentinorum confinium aditus obsidente. Denique Trivultius, ut Venetis præsto esset, cum quingentis cataphractis, peditumque quinque millibus Veronam usque processit. Rebus ita dispositis Imperator Genuæ hærere constituit, Sæcul. XVI. A.C. 1507.

vertere, ubi non raro uno quasi halitu mox Cæsaris imbecillitatem, mox vero hostes simul ab eodem Imperatore ingenti clade prostratos enarrat, haud ultra memor, quod hostiles copias adeo numerosas jactitaverit, ut facile toti Europæ terrorem incuterent. Vide §. CXXIX. & CXXXII.

Secul. XVI. A. C. 1507.

tuit, hanc urbem, in qua cum quibusdam clandeſtina habebat commercia, aſtu capturus; verum ſpe ſua fruſtratus, omnes in eo curas intendit, ut toto impetu in Venetorum ditiones irrueret.

§. CXL.

Ferdinandus Rex Catholicus Caſtellæ.

Marian. hiſt. Hiſp. lib. 29.

Tandem Rex Catholicus ſecundis ventis feliciſſime navigans, Valentiæ exſcendit, quam urbem pertranſiens, omni ſollicitudine Caſtellam contendit, cunctis regni Proceribus obviam effuſis, eumque velut Victorem Burgos comitantibus, ubi Regni adminiſtrationem denuo ſuſcepit, tam inſolito omnium Ordinum applauſu, ut facile oblivisceretur injuriæ, qua ante biennium regimen dimittere compellebatur; unde non modo neminem ultione perſequebatur, ſed etiam ipſus omnibus illis, qui odio magis aperto in eum flagrabant, bona, dignitatesque, quibus antea fruebantur, ſartas ſervabat. Hac ſua moderatione merito ſibi amorem, omniumque æſtimationem conciliabat. Soli autem Manueli potius fuit pinquia, quæ in Caſtella habuit, bona relinquere, atque in Belgium ad Carolum Archiducem ſecedere, quam a Ferdinando, cui infenſus erat, dependere.

§. CXLI.

§. CXLI.

Sæcul. XVI. A. C. 1507.

Archiepiſcopus Toletanus cum tribus aliis Purpura donatus.

Præ reliquis plurimum apud Ferdinandum gratia, ac auctoritate valebat Archiepiſcopus Toletanus, cum ergo jam tunc, ut hodiedum ſupremum votorum faſtigium in iis, qui Eccleſiaſticis dignitatibus fulgent, (*) eſſet ſacra Purpura, Sanctitas ſua Regis Catholici precibus deferens, Archiepiſcopum, datis ad eum literis Apoſtolicis paterno affectu plenis, Cardinalium Collegio adſcripſit, qui Galerum rubrum a Nuncii manibus recepit, cum autem de titulo cujusdam Eccleſiæ proviſus non eſſet, Cardinalis Hiſpaniæ vulgo nominabatur; in Cardinalium tamen albo titulum S. Sabinæ adoptaſſe legitur.

Alvarez Gomeſ in vita Ximen. Pariſ. de Graff p. 346. Raynald. hoc ann. 24.

Præterea idem Pontifex die decima ſeptima Maji alios tres Cardinales natione Gallos creavit, & primum quidem, Joannem Trimollium Auxitanum Epiſcopum

Joa. Auton. hiſt. Lud. XII. Frizon. purp. Gall.

(*) *Captioſa hac dicendi formula tacite inſinuari videtur, Ximenium Cardinalitiam dignitatem ambiiſſe, quæ nota huic Archipræſuli a nullo omnino ſcriptore inuritur; imo quam alienus fuerit ab honorum cupiditate, ſatis teſtabatur repugnantia, qua ſponte obtruſam Archiepiſcopalem dignitatem reſuſabat.* Vide lib. CXVIII. §. 83.

Sæcul. XVI. A.C. 1507. copum tit. S. Martini in Montibus, qui hac tamen dignitate haud diu fruebatur, cum eodem, quo purpura ornatus fuerat, menſe animam exhalaret, in æde Collegiata S. Mariæ Caſtri Thoracenſis ſepultus. Alter erat Renatus de Bria primo Bajocenſis, demum Lemovicenſis Epiſcopus, Cardinalis tit. S. Luciæ, qui Patruelis ſui Cardinalis de Ambaſia auctoritate ſuffultus, opulentiſſimis primo Beneficiis inſignitus eſt, nimirum Archidiaconatu Majore Bituricenſi, Abbatia Burgo-Dei, B. Mariæ de Pratea &c. Lectorenſi, Lemovicenſi, ac Bajocenſi Epiſcopatibus, denique etiam Cardinalium dignitate. Tertius tandem erat Ludovicus de Ambaſia, Albienſis Epiſcopus, Cardinalis, tit. SS. Marcellini & Petri, Cardinalis Georgii de Ambaſia Nepos.

Bourg-Dieu

§. CXLII.

Nonnullorum Cardinalium obitus.

Surita lib. 6. Cum Sacrum Cardinalium Collegium plures fatis ereptos luxiſſet, Papa numerum reparaturus præfatos creabat. Mortui autem erant. I. Joannes de Caſtro Hiſpanus Epiſcopus Agrigentinus in Sicilia, ac Slewizenſis Epiſcopatus in Dania Adminiſtrator, purpura decoratus ab Alexandro VI. Anno Salutis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto.

Platina in Calixt. III.

II. Ludo-

II. Ludovicus Joannes Mila seu Milanus Statabi in Hispania in Valentiæ regno natus, Ilerdensis Episcopus, & Calisti III. Papæ Nepos, a quo Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto purpura insignitus est. III. Hieronymus Basso de Ruvere, Sixti IV. Nepos, primo Recinetensis, postea Prænestinus, ejusdemque tituli Episcopus; IV. Joannes Vera Hispanus, Salernitanus Archiepiscopus. Sæcul. XVI. A. C. 1507.

§. CXLIII.

Cardinalis Pallavicini extrema.

Denique vivis ereptus est Antonius Pallavicinus patria Genuensis, Episcopus Aurienſis. Is Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quadragesimo primo Genuæ natus, pro more Nobilium Genuensium Mercaturæ operam dare jubebatur, suosque fratres commercii studio in Hispaniam secutus, ibidem moram traxit; verum hoc vitæ genus pertæsus, Anno Salvatoris millesimo quadringentesimo septuagesimo Romam venit, ubi, cum Joanni Baptistæ Cibo Cardinali innotuisset, in ejus familiam adscitus, literis Apostolicis tum expediendis admotus fuit, quo in munere, dum Sixti IV. Pontificis expectationi sua probitate atque prudentia feciſſet satis, in *Guicc. l. 2. Paul. Jov. in elog. l. 2. Foglieta in elog. Ligur. Garimb. l. 2. & 4.*

Sæcul. XVI. A.C. 1507

præmium laborum Vintimilienſis Eccleſiæ creatus eſt Præſul; cum vero ſuam adire Eccleſiam animo conſtituiſſet, Anno Domini quadringenteſimo octogeſimo quarto ſupra milleſimum Sixtus IV. vita exceſſit: interveniente igitur Papæ obitu, ut diſceſſum usque ad electionem prorogaret, a Cardinale Cibo rogatus eſt, quem, ut eo certius apud ſe Papa eligendus retineret, Prælatis ad Conclavis cuſtodiam nominatis adlegere curavit. Ubi vero in hiſce comitiis, quæ haud diu durabant, Patrum ſuffragiis Cardinalis Cibo ad Pontificale ſolium evectus, ac Innocentius VIII. Papa dictus eſſet, Palavicinus ingenti lætitia afficiebatur, a neo-electo Pontifice Romæ detentus, necnon ſupplicibus libellis præfectus, quo in munere ita induſtrium, circumſpectum, & integrum ſeſe exhibuit, ut ab eodem Pontifice Anno reparatæ ſalutis milleſimo quadringenteſimo octogeſimo nono Cardinalium Collegio adſcribi promeritus eſſet. Demum Alexander VI. Innocentii Succeſſor Palavicinum ſummo in honore habuit, præcipue ejusdem conſtantiam, ac animi fortitudinem admiratus; quorum meritorum ſuffragio pluribus ſubin Epiſcopatibus auctus eſt; cumque Carolus VIII. Galliarum Rex Anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto ſub finem Decembris

Romam

Romam rediret, atque Alexander Papa Regis conſpectum fugiens, ad arcem S. Angeli concederet, Pallavicino negotium dedit, ut Regem Chriſtianiſſimum adiret, pacemque cum eo conciliaret, quod & proſpero ſane eventu præſtitit. Aſt cum idem Monarcha Neapoli anno ſequenti Menſe Majo abiret, Papa Regem, quem graviter offenderat, præſtolari veritus, Roma Urbevetum ſeceſſit, & rurſum Pallavicino Cardinali in mandatis dedit, ut concordiæ pacta cum Rege ſanciret, qua legatione adeo feliciter functus eſt, ut Rex generoſo animo omnes, quas Eccleſiæ eripuerat, urbes reſtitueret. Alexandro autem mortalitatem exuente Anno nativitatis Dominicæ milleſimo quingenteſimo tertio, parum abfuit, quin Pallavicinus Succeſſor nominaretur, plurium ſuffragiis in eum conſpirantibus, aliis vero, quos clam ſibi infenſos habebat, inde dolorem usque adeo teſtantibus, ut ejus famam aſpero carmine lividis ſalibus reperſo perſtringere conarentur, ut teſtatur Garimbertus, hæc tamen ſingula convitia Pallavicini fautores egregie confutabant (*) electo poſtea

Secul. XVI. A.C. 1507.

(*) Jam dudum obſervarunt Scriptores idonei, ſatyricum hoc carmen non in Antonium Patruum, ſed contra Joannem Baptiſtam Pallavi-

Sæcul. XVI. A. C. 1507.

poſtea Pio III, Julius II. qui eidem paulo poſt ſucceſſit, Pallavicinum Cardinalem graviſſimis adhibuit negotiis, ac Savonenſi Legationi præfecit, ubi Ludovicus XII. & Ferdinandus habito colloquio fœdus contra Venetos ad Pontificis vota ſanxerunt; equidem Cardinalis Legatus redire feſtinabat, ut Legationis ſuæ ſucceſſum ipſus ſummo Pontifici referret, verum ſub finem Menſis Auguſti Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptimo Romam perveniens, morbo correptus, die decima Septembris animam exalavit, annos natus ſexaginta ſex.

§. CXLIV.

S. Franciſci de Paula obitus.

Baillet. vit. Sanct. tom. 1 in fol. ad 2. April.

Eodem hoc anno luxit Eccleſia extinctum beatum Franciſcum de Paula Fra-

cinum ejus Nepotem ſcriptum fuiſſe; ſic enim ſonat:

Genua cui Patrem, genitricem Græcia, partum
Pontus & unda dedit, hic bonus eſſe poteſt?
Vani ſunt Ligures, mendax eſt Græcia, Pontus
Nulla fides. Hæ tu ſingula ſolus habes.

certum autem eſt Antonii Matrem non Græcam mulierem, ſed Peregrinam Salvagiam, nobilem Genuenſem fuiſſe.

Fratrum Minimorum Inſtitutorem, qui die ſecunda Aprilis in conventu ſuo Pleſſiaci prope Turones in Galliis anno ætatis ſuæ nonageſimo primo e vita migravit. Hic cum mortis ſuæ præſcius eſſet, omnem Medicorum opem ad depellendum morbum adhibere recuſabat; hanc enim ſibi inutilem, ac æternæ mentis conſilio adverſam eſſe perſuaſum habebat. Igitur, poſtquam Fratres ſuos ad mutuam charitatem, regulæ obſervantiam, & præcipue perpetuam abſtinentiam etiam a cibis, quibus alias in jejunio verno veſci licet, adhortatus eſſet, ad Eccleſiam deferri voluit, ubi nudis pedibus, funem e collo geſtans, ſacram Synaxin recepit, ac altera die, quæ erat Paraſceves, animam Deo reddidit. Ceterum Philippus Comminæus hallucinatus eſt, dum ſanctum hunc Virum tunc non niſi quadraginta tres annos natum refert, quando Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſecundo regnante Ludovico XI. in Gallias pervenit, unde inferre oporteret illum nonniſi ſexageſimo octavo ætatis ſuæ anno obiiſſe, cum tamen P. Giry ejusdem Ordinis Alumnus in quadam diſſertatione hujus opinionis errorem adeo manifeſte detexerit, ut Continuatores Bollandi, qui primo huic ſententiæ adhæſerunt, poſtea hujus Monachi judicio ſuffragarentur.

Saecul. XVI. A. C. 1507.

Raynald. ad ann. 1507. n. 25. Spond. ib. n. 7. Bolland. Papebr. Commin. l. 6. c. 7.

Giry diſſert. Chronol.

Sæcul. XVI. A.C. 1507.

Cum vero ejus vita Sanctitatis eminentia, ac miraculorum gloria, quæ Deus ad illius sepulcrum operatus est, ubique percelebris esset, hinc Galli, atque Itali hunc Virum Sanctorum fastis adscribi efflagitarunt, jamque sub auspiciis Julii II. & Ludovici XII. de virtutibus ejus, atque miraculis testes rite interrogari, ac publicæ tabulæ confici cæperant; nihilominus nonnisi Anno Christi millesimo quingentesimo decimo nono sub Pontificatu Leonis X. in Sanctorum numerum adlectus est. Ejus Reliquias in Ecclesia Plessiacensi usque ad annum millesimum quingentesimum sexagesimum secundum pretiosissime conservatas, Calvinistæ ea qua illorum odium erga Catholicam fidem luculenter proderetur, impietate combusserunt, quippe Sancti Francisci corpus ex sepulcro, ubi adhuc integrum asservabatur, extractum, in habitu suo, quo erat vestitum, ad quoddam cubile raptarunt, ibique igne ex conclusis cujusdam imaginis Christi in Cruce pendentis lignis constructo concremarunt. Ceterum Fratres Minimi ossa hujus Sancti potissimam partem e flammis erepta fuisse contendunt.

INDEX

INDEX
TOMI XXXI.
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
CONTINUATÆ.

A.

Ægypti Sultanus a Venetis contra Lusitanos concitatur p. 560. ejus minæ contra Christianos 561. a Lusitaniæ Rege flocci habitæ 562. Franciscanum ad Papam mittit 561.

Afri a Lusitanis profligantur 153.

Albertus Joannes Poloniæ Rex Casimiri filius moritur, ejus elogia 409.

Albinus Franciæ Marescallus Hispanos cædit 94. Hispanis resistendo impar 138. fugere compellitur 148. ejus victoriæ in Italia 367. 372. Seminariæ profligatur. 434.

Albonensis Carolus San-andreanus Salsulas urbem Hispanis eripit 151. eandem ur-

bem relinquere a Galliarum Rege jubetur 151.
Albuquercius Alphonſus a Luſitaniæ Rege in Indias miſſus 619.
Albuſonius Petrus ſupremus Rhodiorum Magiſter moritur 573.
Alegrius Ivo Gallorum Bellidux Forolivium cingit 296. Catharinam Sfortiam a Gallis captam generoſe libertati reſtituit 298.
Alexander Poloniæ Rex moritur 616. Sigismundus I. ejus frater ſuccedit 617.
Alexander VI. Papa, Galliarum Regem ad alloquium admittere renuit 2. in arcem S. Angeli ſe recipit. *ibid.* octodecim Cardinales ejus exauctorationem Regi ſuadent 2. eorum calumniæ adverſus Papam 3. Rex arcem S. Angeli ſibi tradi poſtulat 4. Papa pacem init cum Galliarum Rege 5. Zizimum Carolo Franciæ Regi tradit 6. perperam accuſatur, quod Zizimum veneno necaverit. 7. Galliarum Regem in Baſilica Vaticana excipit 9. Briſſonetum in Cardinalem eligit 10. Pontifici rem divinam peragenti Galliarum Rex aquam affundit 11. 14. hujus obſequii hiſtoriam Papa depingi jubet 14. An Papa Galliarum Regi titulum Imperatoris Conſtantinopolitani conceſſerit? 15. falſo accuſatur, quod Bajazethi conſilium de bello in eum movendo manifeſtarit 37. fœderi adverſus Gallos inito accedit 40. 43. fœderis pacta 44. ob Galliarum Regis

gis adventum Roma profugus 48. Galliarum Regem ex Italia discedere jubet 78. ad Isabellæ Castellæ Reginæ preces Ximenio Toletanum Archiepiscopatum confert 122. eundem ad acceptandam hanc Sedem compellit 123. ejus lætitia ob fœdus contra Gallos initum 128. Ursini sollicitante Papa a Neapolis Rege custodiæ dantur 146. novus Lusitaniæ Rex ei filiale obsequium præstat 154. a Lusitano Rege de expeditione in Africam edocetur Papa 161. eidem indulgentias concedit 162. Religiosis Equitibus Lusitanis matrimonium inire permittit 162. Ordinem Equestrem S. Michaelis in Francia confirmat 163. Regibus Hispaniæ titulum *Regis Catholici* attribuit 164. Cardinales creat 165. a Georgianorum Rege obedientiæ homagium accipit 175. eidem per literas fidei dogmata explicat 176. indulgentias concedit pugnantibus contra Moscovitas 177. Ursinos bello invadit 178. Braccianum obsidet, 178. ejus exercitus funditur 179. Regem Catholicum ingratitudinis postulat 182. Consalvi responsum ad has querelas 182. Gandiæ Duci Beneventum donare prohibetur 184. ob Gandiæ Ducis necem vehementi dolore affligitur 189. dissolvit Matrimonium Ludovici XII. Galliarum Regis 228. Rothomagensem Archiepiscopum purpura decorat 229. Ordinem Annuntiata-

tiatarum a Joanna inſtitutum approbat 233. Savonarollam perſequitur 235. eum anathemate percellit 236. Ximenium in reformando Ordine Franciſcanorum adjuvat 263. Galerum ac bileum benedictum Angliæ Regi tranſmittit 266. pacem Stapulenſem ratam habet 280. Jubilæum promulgat 317. conditiones ad lucrandas indulgentias præſcribit 319. Bellum ſacrum contra Turcas decernit 320. decimas hanc in rem Clero Gallicano imponit 321. eas ſolvi non oportere cenſuit Pariſienſis Facultas 322. 421. Angliæ Regem ad expeditionem Turcicam ſollicitat 322. Georgium de Ambaſia Legatum a *Latere* in Galliis nominat 338. proximum vitæ periculum Alexandro Papæ ex gravi turbine imminet 338. divortium Wladislai Hungariæ Regis confirmat 341. indulget, ut Luſitaniæ Rex cum Sorore primæ conjugis ſuæ matrimonium inire poſſit 341. Galliæ & Hiſpaniæ Regibus pro regno Neapolitano diploma concedit 345. 369. Cardinales creat 354. Anno ſacro finem Romæ imponit 356. Cardinalem Raymundum Peraudum in Germaniam pro ſuppetiis belli Turcici ablegat. *ibid.* Plumbinum capit 377. quosdam Cardinales ac Principes ob conſpirationem in Valentinenſem Ducem conflatam plectit. 403. Annuntiatarum Ordinem confirmat 423. Frumentum Gallis vendi prohibet

hibet 437. Cardinales creat 447. in Regis gratiam redire nititur 451. Urſinos ſibi tradi a Galliarum Rege poſtulat 451. moritur 453. varia de ejus obitu relatio 454. ejus ærarium a Valentino Duce ſpoliatur 460. Illius exequiæ celebrantur 461. eo defuncto mutatur Italiæ facies 462.

Alfaquini Maurorum Monachi ad amplectendam Chriſti fidem ſollicitati 301.

Alphonſus Conſalvi Belliducis Hiſpani frater a Mauris trucidatur 347.

Alphonſus Friderici Neapolitani Regis Filius captus in Hiſpaniam deducitur 376.

Alphonſus Albuquertius a Luſitaniæ Rege tanquam Pro-Rex in Indias Occidentales miſſus 619.

Alphonſus Neapolis Rex lætus regnum Filio ſuo cedit 18. Meſſinam ſe recipit 19. ibidem pie decedit 20. ejus laudes & liberalitas. *ibid.*

Alphonſus de Lugo Teneriffæ Præfectus 113.

Alvianus Bellidux Urſinos protegit 178. Papæ copias profligat 179.

Ambaſia, vide *Georgius*.

America a Veſputio detecta, atque ab eodem ſic nominata 411.

Americus Veſputius Inſulas detegit 411. alias itidem terras ſub Luſitano Rege invenit 412.

Andreas

Andreas Zani Venetæ Reipublicæ Procurator ob ſuam ignaviam infamiæ nota multatur 292.

Angelus de Clavaſio ejus obitus & opera 118.

Angli a Scotis bello invaduntur 207. pacem cum illis ineunt *ibid.* vide *Henricus VII.* Angliæ Oratores Regi ſuo nomen Franciæ Regis attribuunt 494. Galli reclamant. *ibid.*

Anna de Britannia Caroli VIII. uxor Ludovico XII. Galliarum Regi nubit. 232. 277.

Anna Sorelli Galliarum Regis ſcortum 80.

Annuntiatarum Ordo a Joanna repudiata Ludovici XII. uxore inſtitutus 232. ab Alexandro VI. Papa confirmatus 423.

Antonius de Fonſeca nomine Regis Hiſpani graviter de Galliarum Rege queritur 21. ejus in dicendo vehementia 23.

Aquinas de Coloreto Cardinalem S. Angeli interfeciſſe accuſatur 55. capite plectitur 555.

Arbanus Neapolitanæ urbi ſuppetias fert, ſed poſtea auffugit 99.

Arpinum urbs, Galli ad eam fugiunt 138. illam dedere compelluntur 140. deditionis pacta 141.

Arragonum Ordines Luſitaniæ Regis ſucceſſioni in Caſtellam ſuffragantur 259.

Arturus Henrici VII. filius, Catharinæ Caſtellanæ in uxorem promittitur 112. cum ea deſponſatur 206. infauſtæ ejusdem nuptiæ

nuptiæ 272. moritur 406. ejus Sponſa ſecundo genito Henrici VII. filio nubit 407.

Aſcanius Cardinalis perperam a tuenda arce per Sfortiam fratrem ſuum arcetur 289. Fratri ſuo opem fert 333. a Venetis captus Gallis traditur 337. Romam venit ad conclave 471. Cardinalis de Ambaſia ambitionis obtuctatur 475.

Aſtorgius Manfredus Faventiæ Princeps amiſſo Principatu in flumen projicitur 358. ejus filius a civibus revocatur 499. eidem annua penſio conſtituitur 500.

Aureliæ Dux Novarram occupat 55. Mediolanum occupare negligit 56. Novarræ a Fœderatis cingitur 77. excedere permittitur 86. Regiorum Filiorum mortem acceleraſſe accuſatur 213. Bleſſum affugit 214. vide *Ludovicus XII.*

B.

Bajazethes Turcarum Imperator Iſtriam, Dalmatiam, & Forum Julium devaſtat 291. pacem cum Venetis init 559.

Balionus ſeſe ſummo Pontifici ſubjicit 610.

Barulum a Gallis iniquiſſimo tempore obſidetur 428.

Baſilica D. Petri a Julio II. conſtruitur 613.

Beneventum, hunc Principatum Papa Gandiæ Duci donare molitur 184.

Benti-

Bentivolius Bononia ejicitur 340. urbem ab obſidione liberat 359. Valentinenſi Duci arcem tradit 360. adverſus eundem conſpirat 401. a Galliarum Rege adjuvatur 402. eundem Regem ſibi infenſum habet 610. urbis Bononienſis Dominium ſummo Pontifici reſtituit 611.

Bernardus Buille Abbas pro concilianda pace Gallos inter & Hiſpanos ablegatur 431.

Biblia Polyglotta a Ximenio edita 414.

Biel Gabriel ejus obitus & opera 117.

Black-heatenſe prælium, in eo Henricus VII. rebelles profligat 208.

Bohemi Fratres, novam ſectam erigunt 547. eorum errores 548. prima fidei formula ab eis edita 549. eorum doctrina de Sacramentis 550. 551. Rex eorum ſectam publicari prohibet 553.

Bononia incaſſum expugnatur 359. 400. rurſum a Pontifice recuperatur 612.

Borgia vide *Alexander VI.*

Borgia, Cæſar Cardinalis a Galliarum Regis aula auffugit 17. in Franciam miſſus depoſita Cardinalitia dignitate Dux Valentinenſis creatur 228. Neapolis Regis Filiam in uxorem petit 230. ſed repulſam fert 231. cum Gallicis copiis Romandiolam invadit & Forolivium occupat 296. Faventiam obſidet *ibid.* Catharinam Sfortiam capit 297. bellum in Romandiola inſtaurat 394. Faventiam ſubigit 457.

Illius

Illius Principem Manfredum occidi jubet 358. Urbium & Camerinum ex insidiis capit 394. Bononiam occupare molitur 359.400. Bentivolium decipit Bononiam subigendi studio 400. Italiæ Principes adversus eum conspirant 401, a Galliarum Rege adjuvatur 402. Bononia recedere a Gallis compellitur 405. Pisani in Valentinensis Ducis obsequium redire parati 449. Pontifici consilium de necandis Cardinalibus suggessisse falso creditur 453.454. ex incuria venenum ei porrigitur 454. mortis periculum ægre evadit 456. Papæ defuncti ærarium spoliat 460. Galliarum Rex ei plurima promittit 466. S. Cardinalium Collegium ei reconciliatur 467. pactis conditionibus se Roma discessurum spondet 470. electo Pio III. Romam revertitur 483. ad arcem Jordani Ursini confugit. *ibid.* ab eo vix non captus 484. Papa eidem reconciliatur 496. pacti fidem violat. *ibid.* Pontificis Legatum occidi jubet 496. Papæ jussu captus 497. Romandiolam Pontifici restituit 499. Romandiolæ urbes Pontifici reddit 529. captus in Hispaniam mittitur 531.

Borgia Cardinalis moritur 521.

Borgia Joannes Alexandri VI. Nepos Cardinalis creatur 166. moritur 640.

Borgia Junior Valentiæ Archiepiscopus & Cardinalis ejus obitus 353.

Bracianum

Bracianum fruſtra a Papa obſidetur 178. 180.
Bragantiæ Dux ab exilio in patriam a Luſitaniæ Rege revocatur. 156.
Braſilia a Luſitanis detecta 348.
Briſſonetus Guilielmus, Maclovienſis Epiſcopus Cardinalis creatur 10. nullas Trivultio ſuppetias eſſe mittendas, Regi ſuadet 213.

C.

Cajeta incaſſum a Conſalvo obſeſſa 443. tandem capta 525.
Caitſius Comes Sfortiam Mediolani Ducem Gallis prodit 290.
Calabria per Conſalvum a Gallis liberata 139. ab eo ferme tota occupatur 370.
Callixtini in Bohemia, eorum errores 546. Bohemos fratres erroris accuſant apud Regem 549.
Calviniſtæ reliquias S. Franciſci de Paula comburunt 646.
Cameracenſes Canonici ab Archiepiſcopo Rhemenſi anathemate perculſi 417.
Camerinum a Valentinenſi Duce captum 394.
Canariæ Inſulæ Caſtellæ Regno unitæ 112.
Capua a Rege Neapolitano munita 26. urbem Trivultius proditorie Gallis tradit 27. rurſum a Gallis occupatur 28. 379.
Caraciolus Robertus ejus obitus & opera 119.

Cardinales ab Alexandro VI. creati 165. 227. 357. 447. conclave ingrediuntur pro electione Pii III. 467. Duci Valentinensi reconciliantur 467. 473. ante electionem juramentum de quibusdam articulis præstant 474. pro electione Julii II. Sacra comitia agunt 488. quatuor Cardinales a Julio II. creantur 492. 585.

Carolus V. Imperator, ejus Nativitas 342. Dux Lucemburgicus appellatur. *ibid.* agitur de illo desponsando cum Claudia Franciæ Regis Filia 381.

Carolus Rolandus Franciæ Delphinus moritur 107.

Carolus VIII. Galliarum Rex Romam ingreditur 1. alloquii copiam ei Papa denegat 2. Cardinales illum ad deponendum Papam inique stimulant. *ibid.* eorum consilia reprobat 4. arcem S. Angeli sibi tradi postulat 4. fœderis pacta cum Pontifice init 5. Zizimum a Papa recipit 6. Rex in Ecclesia Vaticana a Papa excipitur 9. Pontifici rem divinam peragenti aquam affundit 11. 14. Quædam a Papa postulat 12. Pontifici obedientiæ homagium exsolvit. 13. An a Papa titulo Imperatoris Constantinopolitani fuerit decoratus? 15. Rex Roma Neapolin proficiscitur 16. Hispaniæ Rex graviter de Galliarum Regis usurpationibus queritur 21. Carolus se purgare conatur 22. quasdam urbes in regno Neapolitano occupat 24. Trivul-

tium ad defectionem sollicitat 28. Capuam Victorum more ingreditur 32. Utramque Neapolis arcem occupat 33. Neapolis Regnum amittit 34. bellum Turcis inferre meditatur 36. Neapolis Regem ad cedendum regnum frustra sollicitat 39. frustra Ischiam occupare molitur 39. Principes adversus eum fœdus ineunt 40. 43. secundo Neapolim ingreditur 41. fœderis pacta 44. Neapoli Romam venit 47. Senenses in suam fidem recipit 49. a Montenovienſibus ignominiose expellitur 50. Florentinis urbes suas restituere rogatur 51. ad idem a Savonarolla monetur 52. Pisanos in fidem suam recipit 53. mutata itineris ratione feliciter alpes superat 58. Fornovum venit 64. pacem timore correptus efflagitat 65. copias suas in aciem collocat 66. vix non a Fœderatis capitur, 70. in Fornovienſi prælio victor 71. aufugit 75. a Papa ex Italia abire rogatur 78. Pontifici illudit 79. Novarram urbem obsidione liberare meditatur 80. Annam Sorelli deperdite amat 80. concordiæ pacta cum Florentinis init 81. Comminæum tanquam arbitrum in cauſsa Montferratenſis Principatus ablegat 83. fœdus cum Venetis init 84. ejus pacta 85. 88. hisce articulis subscribit 91. adversa valetudine ac fortuna utitur 92. 93 in Neapolis Regno semper infelix 97. 99. 101.

101. 103. 104. 125. 136. a Venetis pacem exorat 105. Delphinus ejus Filius moritur 106. Florentinis urbes reddi præcipit 108. ſed clam mandatum revocat 109. fidem Florentinis jurato datam bis violat 130. Mompenſerio ſuppetias mittere ſtatuit 134. ex toto Neapolis regno pellitur 147. bellum Hiſpanis infert 150. inducias init 151. Cæſar & Italiæ Principes adverſus eum fœdus ineunt 153. Ordinem S. Michaelis a Papa confirmari poſtulat 163. inducias init cum Hiſpaniæ Rege 174. Pariſienſem Facultatem Theologicam conſulit, an Epiſcopi Synodum celebrare valeant, ſi Papa eam indicere negligit? 195. Lugdunum revertitur 212. turpi cujusdam puellæ amoribus irretitus belli expeditionem negligit 213. vitam ſuam emendandi propoſitum concipit 215. Clericorum mores reformari cupit 216. 218. cujusdam puellæ pudicitiam intactam relinquit 217. eandem dotat 218. Ambaſiæ moritur 219. varia opinio de cauſſa mortis ſuæ 220. in Eccleſia S. Dionyſii ſepelitur 221. Aureliæ Dux ejus Succeſſor 222.

Caſimirus Cardinalis Poloniæ Regis Filius moritur 522.

Caſtella, Rex ac Luſitaniæ Regina illius hæredes declarantur 258. 259. Mortuo Michaele eorum filio Archidux Auſtriæ Prin-

ceps Caſteilæ ſalutatur 343. 544. hoc regnum diſſidiis agitatur mortua Regina Iſabella 544. 547. hujus Regni ſtatus mutatur 596. Ferdinandus illius Gubernator nominatur 594. Ferdinandus Caſtellam venit 638.

Catharina Arthuri vidua ſecundo genito Angliæ Regis Filio nubit 505.

Catharina Guordon Comitiſſa Perkino deſponſata 202. capta Weſtmonaſterium abducitur 270.

Catharina Sfortiæ Soror ſtrenue Forolivium tuetur 296. tandem a Gallis capta Romam abſtrahitur 297. ibidem Ivonis Alegrii beneficio liberatur 298.

Cenſura Facultatis Theologicæ Pariſienſis, vide *Facultas*, & *Propoſitiones*.

Cerignolla, Galli ibidem cæſi 438. hæc urbs a Conſalvo occupatur 440.

Chriſtophorus Columbus tertia vice in Indias navigat 273. apud Hiſpaniæ Regem accuſatur & redire jubetur 274. a Robadilla in vincula conjicitur 275. moritur 615.

Cibo Cardinalis ejus obitus 520.

Claudia Regis Franciæ Regina Carolo V. deſponſanda dicitur 381. Engoliſmenſi Duci deſponſata 606. 607. Archiducis indignatio ob haſce nuptias 608.

Claviſius, vide *Angelus*.

Cominæus Philippus ad Venetos ablegatur pro urgendo bello contra Turcas 36. Gal-

liarum

liarum Regi ſuadet, ne Senenſes in fidem ſuam recipiat 48. 49. ſucceſſionem in Montferratenſem Principatum Conſtantino adjudicat 83. fœdus inter Galliarum Regem, & Venetos ſancire molitur 84. pacem Gallos inter & Venetos conciliat 105. hujus fœderis pacta 106.

Complutenſis Univerſitas a Ximenio penitus erecta 311. cives ab eodem tributis exonerati 501.

Conceptio immaculata B. V. Mariæ, de ea defendenda Pariſienſis Facultas edictum edit. 192.

Concilium Complutenſe & Talabricenſe a Ximenio celebratum 254. Ejus ſtatuta. *ibid.*

Conclave pro electione Pii III. 467. 473. pro electione Julii II. 488.

Conſalvus Hiſpaniæ Bellidux Gallos profligat 138. 148. Oſtiam occupat 182. Papæ de Rege Catholico querenti reſpondet 183. Venetis auxilia contra Gallos ſubmittit 344. Naupliam obſidione liberat 346. ſupremus exercitus Dux nominatus 366. totam pene Calabriam occupat 370. Ejus victoriæ in Apulia 376. 426. paci Gallos inter & Hiſpanos initæ obluctatur 433. ea ex cauſſa Bellum redintegratur. *ibid.* Victor Cerniolam venit 435. Gallos cædit 438. totum ferme Neapolis Regnum occupat 441. Caje-

tam incaſſum obſidet 443. Gallos prope Carilianum cædit 523. Cajetam occupat 525. totum Neapolis Regnum ſibi ſubjicit 528. Valentinenſem Ducem captum in Hiſpaniam mittit 531. a reliquis quinque Urbibus Gallos expellit 534. in Hiſpaniam redire jubetur 579. a ſuis adverſariis accuſatur 580. 602. omnibus officiis ſpoliatur 603.

Conſtantinus Georgianorum Rex Pontifici obſequium præſtat 175. Florentinum unionis Decretum ſibi tranſmitti rogat 176.

Conſtantinus Montferratenſis Principatus ſucceſſor 83.

Coriſopotanæ Provinciæ ſeditio in favorem Perkini concitata 203. rebelles ab Henrico VII. Angliæ Rege devicti 204. ob Perkini adventum rurſus ſeditio conflatur 208.

Cromerus Martinus, ejusdem opera 618.

Curtius Bernardinus, improvido conſilio a Sfortia ad tuendam Mediolanenſem arcem ſeligitur 289. arcem perfide Gallis tradit 291.

D.

Delphinus Franciæ moritur 107. Alius naſcitur, ſed ſtatim obit 213.

Deſpinæus Andreas Cardinalis, ejus obitus 352.

Diſpen-

Dispensatio, qua Walliæ Princeps Arthuri viduam ducere permittebatur, discutitur 507. Anglorum Episcopi nonnulli illam fuisse validam affirmant, alii negant 508. 514.

E.

Eduardus Polus Suffolciæ Comes Angliæ Regi traditur 585. capite plectitur 587. *Emanuel* Lusitaniæ Regis Patruelis successor Joannis II. 115. Venetis contra Turcas suppetias fert 116. Fœderi adversus Gallos inito accedere renuit 117. Regni Ordines convocat 164. Judæos vexari prohibet 155. Mauros in Africa bello premit 155. eos profligat 156. Bragantiæ Ducem ex exilio suo in patriam revocat 156. Isabellam Arragoniæ Regis filiam natu majorem in uxorem petit 158. Judæos & Mauros Regno expellit 159. Papam de expeditione in Africam suscepta certiorem reddit 161. illius Equites Religiosi facultatem ineundi matrimonii obtinent 162. Castellæ hæres declaratur 258. mortua Conjuge sua Mariam ducit 341. nullatenus Sultani minis terretur 562. pacem cum Venetis inire recusat 563. ingens ejus studium in propaganda fide 563. Albuquertium in Indias mittit, & quasdam Insulas detegit 619. ejus uxor filium enititur 620. seditionis in Judæos motæ Auctores plecti jubet 621. 622.

Entragujus Comes Pisanæ arcis Gubernator nominatur 54. Florentinis urbes restituere negligit 109. hasce urbes vendit 130. exilio plectitur, sed statim revocatur 131.

Equites Religiosi in Lusitania matrimonium ineundi facultatem a Papa obtinent 162. varium de hac licentia judicium 163.

Episcopi, judicium Caroli VIII. de eorum residentia & beneficiis 216.

Evrardus Comes, Tubinganæ Universitatis fundator 117.

Excommunicatio, quid circa illam decreverit Facultas Parisiensis Theologica? 321.

F.

Facultas Parisiensis Theologica, ejus judicium circa quæstionem, an Episcopi invito Papa Synodum celebrare valeant? 196. 421. Pontifici decimas etiam pro bello Turcico injungenti non obtemperandum censet 321. ejusdem judicium de imprecationibus, vide *Propositiones*.

Faventia a Valentinensi Duce obsessa, captaque 357. Faventini Principem suum revocant 499. Veneti urbem occupant 500.

Ferdinandus Alphonsi Filius Patri suo regnum Neapolitanum cedenti subrogatur 18. ob suorum seditionem auffugere cogitur 17. Rex Neapolis coronatur 18. ejus copiæ in fugam aguntur 25. quasdam dunta-

xat urbes præsidiis munitas tenet 26. seditione in eum mota Capuam relinquere compellitur 27. Ibidem ægre recipitur 28. Neapolitani adversus eum seditionem movent 29. Trivultius ab eo deficit. *ibid.* Ischiam confugit 31. Gubernatoris perfidiam plectit. *ibid.* juri in regnum cedere paratus 38. eum regno suo restituere Hispani conantur 93. validam classem contrahit 95. a Mompenserio invaditur 96. Neapolin victor ingreditur 97. vitæ discrimen subit 102. 103. Gallos ab utraque Neapolis arce expellit 104. connubium cum Joanna Nepte sua contrahit 109. Ursinos custodiæ dat 146. Gallos toto Neapolis Regno expellit 147. moritur 149. Fridericus ei succedit 149.

Ferdinandus Hispaniæ Rex graviter de Galliarum Regis usurpationibus queritur 21. Neapolis Regem regno suo restituere satagit 93. ejus copiæ ab Albino cæduntur 94. ejus Filia Regi Neapolitano desponsatur 109. Teneriffam Insulam sibi subjicit 113. bellum in Gallos movet 150. Joanna ejus Filia Philippo Hispaniæ Archiduci nubit 152. Filiam suam Lusitano Regi nuptui dare renuit, nisi is prius Judæos expellat 159. *Regis Catholici* titulum a Papa obtinet 164. Christophorum Columbum ex Indiis redire jubet 274. unacum Isabella Conjuge sua Granatam venit 300. Alcorani libros

comburi præcipit 304. Regni Neapolitani diviſionem Galliarum Regi proponit 310. a fœdere cum Neapolitanis ineundo fruſtra a Gallis deterretur 364. arma contra Turcas parat 366. Neapolitani Regni inauguratio ei a Papa conceditur 369. minus ei probatur Archiducis adventus in Hiſpaniam 383. 387. Aquitanniam devaſtat 503. inducias Gallis concedit 504. in nuptias Catharinæ cum ſecundo genito Angliæ Regis Filio conſentit, ſi Papa diſpenſet 506. induciis cum Francia pactis captioſum articulum adjicit 532. Germanam de Fuxo in Sponſam ſeligit 545. Galliarum Regem ſibi devincire conatur 575. fœderis pacta inter utrumque Regem 576. ad firmanda pacta Legati utrinque mittuntur 577. Germanam de Fuxo ſibi matrimonio jungit 589. cum Philippo Archiduce de regni negotiis colloquitur 592. 595. nuptiis Caroli V. cum Henrici VII. filia ſeſe opponit, & quare? 609. Ludovici Galliarum Regis amicitiam expetit 610. cum Galliarum Rege circa Neapolitani Regni negotia confert 631. Caſtellam venit 638.

Ferdinandus Philippi Auſtriæ Archiducis filius naſcitur 501.

Ferrarius Joannes Baptiſta Cardinalis moritur 424.

Flandri Imperatorem tanquam Belgii adminiſtrato-

niſtratorem agnoſcere recuſant 622. Galliarum Regem rogant, ut Caroli V. tutelam ſuſciperet 633.

Florentini urbes ſibi a Carolo VIII. Galliarum Rege reſtitui poſtulant 51. 52. Savonarola in eorum favorem perorat 52. concordiæ pacta cum Gallis ineunt 81. Rex tandem eis urbes reddi præcipit 108. ſed mandatum revocat 109. bello premuntur a Cæſare 171. Savonarolam divexant 233. 236. cum Gallis concordiæ pacta ineunt adverſus Principes fœderatos 294. tumultus ibidem ſuſcitati 396.

Fœdus Principum adverſus Gallos 40. 43. 153. fœderis pacta 44. Fœderatorum exercitus 68. clades 74. 76. Principes Aureliæ Ducem Novarræ obſident 77. fœdus Gallos inter & Venetos 84. 87. illius pacta 86. fœderi contra Gallos initæ Franciæ Rex accedit 126.

Fornovum, ad hanc urbem Gallorum exercitus venit 63. ibidem pugna committitur 69.

Forolivium a Pontificis exercitu obſidetur 296.

S. *Franciſcus* de Paula, ejus Ordo approbatur 614. ipſe moritur 644. agitur de illius Canoniſatione 646. ejus reliquiæ a Calviniſtis comburuntur *ibid.*

Franciſcanus occaſione Patris Savonarollæ ſe

se offert, quod per ignem transire velit 237. alius a Sultano Ægypti ad Papam missus. 561.

Fridericus Regis Neapolitani Patruus Castrum Ovi Gallis relinquit 33. a Galliarum Rege incassum sollicitatur, ut Neapolis Regi cessionem Regni persuaderet 39. Ferdinando Nepoti suo in Regno succedit 149. Turcam ad opem Sfortiæ ferendam sollicitat 285. Turcas in Italiam se evocaturum minatur, si eum Galli aggredi vellent 311. Principes in ejus favorem fœdus paciscuntur 363. pacem cum Gallis init 361. aliæ conditiones eidem propitiæ sanciuntur 363. bellum parat contra Gallos 368. Neapolin venit, & agit de pace cum Gallis 373. ad Insulam Ænariam ac demum in Franciam fugit, ubi Andegavensem Ducatum obtinet 375. inducias Hispanos inter & Gallos conciliat 504. moritur 539.

Fuxus Joannes Narbonensis Vice-Comes Fornovii postremum Gallorum agmen ducit 63. 69. Venetorum copias profligat 70. Germana de Fuxo a Ferdinando Arragoniæ Rege in uxorem petitur 545. 575. eidem desponsatur 589.

G.

Gaguinus, vide *Robertus*.

Galli quasdam urbes in Neapolis Regno occupant

occupant 24. Neapolitani Regis exercitum in fugam agunt 25. ex propria culpa totum Neapolis regnum amittunt 34. fruſtra Iſchiam expugnare moliuntur 39. Mediolanum & Genuam occupandi occaſionem negligunt 59. Fornovum delati victoriam reportant 63. 71. plenam victoriam reportare negligunt 73. mutua clades 74. auffugiunt 75. ex Italia pelluntur 125. fœderi contra Gallos inito Rex Angliæ accedit 126. toto Neapolis Regno ejiciuntur 147. Mediolanenſem arcem occupant 291. cum Hiſpanis pacem ineunt 345. tota ferme Calabria propulſantur 370. Capuam aliasque urbes capiunt 372. eorum crudelitas 374. diſſidia cum Hiſpanis ob diviſionem Regni Neapolitani 391. bellum inter utramque Nationem 425. Gallorum res inclinatæ 433. Seminariæ cæduntur 434. Cerignolæ profligantur 438. poſt Papæ obitum Romam invadunt 465. Salſularum urbis obſidionem ſolvere coguntur 502. 534. inducias cum Anglis paciſcuntur 503. cæduntur 523. ex Italia pulſi ferme omnes moriuntur 527.

Gama Vaſqueſius in Indias Occidentales navigat, 196.

Gandiæ Dux Urſinos bello premit 178. eidem Papa Beneventanum Ducatum dono dare meditatur, ſed abſterretur 184. a ſicariis

cariis occiditur 186. hujus necis Authores explorari nequeunt 188.
Garzias Laſſus, ejus fortitudo bellica 183. ob bonorum Eccleſiaſticorum alienationem Papam redarguit 185.
Genua, inanes Gallorum conatus contra hanc Provinciam 59. 76. Genuenſes ultro ſe Galliarum Regi dedunt 292. in Gallos ſeditionem movent 623. cæduntur a Gallis 624. 625.
Georgius de Ambaſia natione Gallus in Cardinalem nominatur 229. Legatus *a latere* in Galliis creatur 338. ad Pontificatum ambitioſe adſpirat 379. 382. cum Cæſare Maximiliano Tridenti colloquitur 380. Sfortiæ Duci libertatem promittit 380. Pontificatum aucupandi ſpe pellectus ſemper Galliarum Regem Pontifici propenſum conſervat 398. 450. 451. ejus artes pro aucupando Papatu 464. 473. Romam unacum duobus Cardinalibus venit pro electione Pii III. 471. Julianus Cardinalis Georgii ambitionem eludit 477. Papam inaugurat 483. ob ſuam ambitionem a Romanis illuditur. *ibid.*
Georgianorum Rex legationem mittit ad Alexandrum VI. Papam 175. Florentinum unionis decretum ſibi ſubmitti petit 176.
Georgius Filius ſpurius Joannis II. Luſitaniæ Regis 115. ab eo Duces de Aveiro deſcendunt *ibid.*
Germana, vide *Fuxus*.

Germani Principes copias contra Gallos contrahunt 630.
Gienſis Mareſcallus Fornovium venit 63. 69. in hoc prælio partibus ſuis deeſt 69.
Gonzaga Rudolphus vix non Galliarum Regem capit 70.
Guido Rupifortius Franciæ Cancellarius homagium ab Archiduce Auſtriæ accipit 281.
Guilielmus, vide *Briſſonetus*.

H.

Helvetiorum tumultus apud Pontem-tremulum 61. contra Sfortiam Ducem queruntur 91. Genuam occupant 92. Germanis ſtrenue reſiſtunt 283. cum Galliarum Rege fœdus paciſcuntur 284. in Sfortiam Mediolanenſem Ducem ſeditionem movent 332. eum nefarie Gallis produnt 335.
Henricus Arragoniæ Princeps, Luſitaniæ Regis ſucceſſioni in Caſtellæ Regnum obluctatur 529.
Henricus VI., ejus Canoniſatio Romæ ab Angliæ Rege ſollicitatur 556.
Henricus VII. Angliæ Rex fœderi contra Gallos accedere ſollicitatur 111. ejus Filius Arthurus deſponſatur Catharinæ Caſtellanæ 112. fœderi adverſus Gallos inito ſuffragatur 126. rebelles profligat in prælio Plack-heatenſi 204. nuptias fi-

lii sui cum Catharina Arragonia ratas habet 206. pacem cum Scotiæ Rege init 207. Perkinum insequitur 209. Galerum & gladium benedictum a Papa accipit 266. pompa, qua hoc donum recipit 267. Perkinum carceri includit 270. ejus Conjugem captam abduci jubet 270. Perkinum laqueo, & Varvicensem Comitem capite plectit 272. a Papa ad bellum contra Turcas sollicitatur, ejus responsum ad Pontificis Nuntium 323. Philippum Austriæ Archiducem officiose salutat 399. Arthuri Sponsam filio suo secundo genito desponsare molitur 408. 505. Henrici VI. Canonisationem incassum sollicitat 556. Margaritam Archiducis Sororem sibi jungere meditatur 587. Suffolciæ Comitem sibi tradi postulat 587. Filiam suam Carolo V. nuptui dare statuit 609. Ferdinandus hoic consilio obluctatur 609. 610.

Hispani bellum cum Gallis gerunt 150. inducias paciscuntur 151. Hispaniæ Regibus titulus *Regis Catholici* adscribitur 164. pacem cum Gallis firmant 345. eorum diffidia cum Gallis ob divisionem Regni Neapolitani 391. bellum inter utramque Nationem 392. 425. induciæ sanciuntur 503.

Jacobus

I.

Jacobus IV. Scotiæ Rex Perkinum benigne excipit 201. ejus jussu Perkinus Hunley Comitis filiam ducit 202. Rex Anglos invadit 207. pacem cum eis init 207. Perkinum a se dimittit 207.

Indiæ Occidentales a Vasquesio Gama detectæ 198. a Christophoro Columbo latius inventæ 273.

Joanna Isabellæ Filia Castellæ hæres declaratur 542.

Joanna Hispaniæ Infans Philippi Austriæ Archiduci nubit 152. Filium parit 501. Filiam enititur 582. mente capta 600.

Joanna Ludovici XI. Regis filia a Ludovico XII. repudiata 226. conjugii sui dissolutioni haad ægre consentit 228. Ordinem Virginum *Annuntiataram* instituit 232. illius confirmationem a Papa obtinet 423.

Joachimus Patriarcha Constantinopolitanus, ejus encomium 251.

Joannes II. Lusitaniæ Rex fœderi contra Gallos sancito subscribere recusat 111. moritur 113. ejus dotes 114. Emanuel Beiræ Dux illius successor 115.

Joannes Albertus Poloniæ Rex moritur, ejus elogium 409.

Joannes Hispaniæ Infans moritur 256.

Joannes Michaelius Cardinalis, ejus obitus 518.

Isabella Castellæ Regina Ximenium ad Sedem Toletanam invitum nominat 121. ob Filii sui mortem vehementer affligitur 257. Ximenium in reformando Ordine S. Francisci strenue adjuvat 263. Filiam suam Joannam Philippo Austriæ Archiduci in uxorem dat 152. moritur 541. Joannam Archiduciſſam hæredem nominat 541. diſſidia post ejus obitum 574.

Isabella Hiſpaniæ Infans a Lusitano Rege in Sponsam postulatur 158. Castellæ Principissa salutatur 258. Filium enititur 260. moritur 260.

Isabella Lusitanæ Reginæ Filia nascitur 501. Carolo V. desponsatur 502.

Ischia, Neapolis Rex ad hanc Insulam confugit 31. frustra a Gallis oppugnatur 39.

Ismael primus Persiæ Sophus 315. novam sectam ex Alcorano excogitat 316.

Italiæ Principes fœdus contra Gallos ineunt. 153.

Jubilæum Romæ promulgatur 317. Romano finis imponitur 356.

Judæi in Lusitaniæ Regno mitius habentur 155. inde a Rege expelluntur 159. seditio ibidem in eos conflata 620. horrenda eorum cædes 621.

Julianus de Ruvere Cardinalis S. Petri ad vincula Galliarum Regem sollicitat ad exauctorandum Papam 2. ejus calumniæ in Pontificem effusæ 3. frustra Genuenses ad

ad seditionem concitare nititur 76. Georgio de Ambasia Cardinalitium Galerum imponit 229. pro conclavi Romam venit 473. Cardinalis de Ambasia ambitioni obluctatur 473. 477. perperam accusatur, quod Papatum pollicitationibus sibi asserere molitus sit 486. in Papam eligitur, vide *Julius II.*

Julius II. Papa electus 488. cur hoc nomen selegerit? 490. inauguratur 491. quatuor Cardinales creat 492. plures Principum Legatos excipit 493. Soli Galliarum Regi nomen *Franciæ Regis* attribuit 495. concordiam init cum Valentinensi Duce 495. Valentinensem Ducem comprehendi jubet 497. agitur de petenda dispensatione pro nuptiis inter Catharinam Arturi viduam & secundo genitum Angliæ Regis Filium 506. hanc controversiam Papa discuti jubet 507. dispensat 513. 515. Romandiolæ urbes recuperat 519. Henricum VI. Angliæ Regem Cœlitibus adscribere renuit 556. 557. 558. Sultani minis territus 561. de electione Pontificum, & Beneficiorum collationibus Constitutionem edit 567. fœdus contra Venetos init 569. eisdem reconciliatur 571. Cardinales creat 584. a Galliarum Rege pro recuperando Perusio & Bononia adjuvatur 610. utramque urbem recuperat 612. Fabricam Basilicæ S.Petri incipit 613. Ordinem FF. Mi-

nimorum confirmat 614. Cæsarem adversus Gallos concitat 628. Cardinales creat 639.

L.

Liburnum Maximilianus Imperator aggreditur 171.

Ligniacensis contra Regis promissum Pisanam urbem retinet 52. Regi suadet, ne Pisanis suas urbes restituat 53.

Ludovicus de Ambasia Albiensis Episcopus Regis divortium comprobat 227.

Ludovicus Sfortia Mediolanensium Dux auxilia adversus Gallos petit 56. Mediolanenses seditionem in eum conflant 56. fœderis initi articulis subscribit 90. 91. pacta fœderis violat 129. Petrum Medicæum in Florentinum Imperium reponere molitur 131. bellico Gallorum apparatu terretur 135. Cæsar sese eidem conjungit 168. 170. Cæsarem beneficiis sibi devincire conatur 283. Helvetii ab eo deficiunt 284. Turcarum auxilium implorat 284. Mediolano in Germaniam fugit 288. Ascanio fratri suo arcis custodiam non sine magno ipsius damno non committit 289. in Mediolanensem Ducatum irrumpit 326. plures urbes in ejus obsequium redeunt 327. 329. Mediolanensem arcem infausto fato obsidet 331. Helvetii seditionem in eum movent 332.

Dux

Dux ab Helvetiis proditus a Gallis capitur 334. Lugdunum abstrahitur 333. Galli Ducem Biturigibus includunt 336. ejus frater etiam Gallis traditur 337. ejus filii exules in Germania circumvagantur *ibid.* de Ducis libertate agitur 380. 381. 464.

Ludovicus Lusitaniæ Regis Filius nascitur 620.

Ludovicus XII. Galliarum Rex, vide *Aureliæ Dux.* Carolo VIII. succedit 222. Rhemis ungitur, & apud S. Dionysium inauguratur 223. populum a tributis multum exonerat 223. injurias non ulciscitur 224. suam electionem Principibus significat 225. fœdus init cum Papa & aliis Principibus 225. Joannam Conjugem suam repudiat 226. ex quibus rationibus? 227. Caroli VIII. viduam matrimonio sibi jungit 230. 227. nuptiarum pacta 278. in Italiam cum suo exercitu movet 278. cum Venetis fœdus init 279. pacem Stapulensem cum Anglis ratam habet 280. Regi Archidux Austriæ clientelæ obsequium præstat 281. oblatum a Rege fœdus Cæsar acceptare respuit 283. cum Helvetiis fœdus paciscitur 284. Lugdunum proficiscitur 285. ab eo Veneti deficiunt *ibid.* Mediolanum invadit 286. Mediolanensem arcem per Præfecti perfidiam occupat 291. Mediolanensem urbem ingreditur 293. populo partem tributi

buti remittit 293. Belliduces & populum beneficiis demulcet 293. 294. concordiæ pacta cum Florentinis init 294. Valentini Duci copias submittit 295. Franciscum Sfortiam secum in Gallias abstrahit 299. agit cum Rege Catholico de dividendo Neapolis Regno 310. rursus Mediolano expellitur 329. exercitum sub duce Trimollio Mediolanum mittit 331. pacem cum Neapolis Rege init 361. fœdus cum Cæsare paciscitur 362. exercitus sui in Italia Præfectum nominat Nemosii Ducem 367. Neapolis inaugurationem Papa Regi concedit 369. Fridericum Neapolis Regem in Gallias profugum excipit 375. Cæsarem & Valentinensem Ducem ad sua studia pertrahere molitur 378. 379. Philippum Archiducem Parisiis excipit 384. Florentinos protegit, eisque ablata restitui jubet 396. 397. totum ferme Neapolis Regnum recuperat 398. Valentinensi Duci adversus fœderatos Italiæ Principes opem fert 402. bino prælio profligatur 434. 438. totum ferme Neapolis Regnum amittit 441. magnum sed inanem armorum apparatum instruit adversus Hispanos 444. 445. Pontifici Ursinos sibi tradi postulanti oblu&tatur 451. ejus copiæ ab Hispanis profligantur 523. ex Italia pelluntur ac in itinere ferme omnes moriuntur 528. Regis afflictio 528. totum Neapolis

polis Regnum amittit. *ibid.* 534. in Regem Catholicum vindictam parat 536. fœdus cum Imperatore, & Archiduce init 537. Cæsarem impedire conatur, ne in Italiam veniret 571. morbo gravi corripitur 572. ejus conjux in Britanniam fugere molitur, sed præpeditur 573. fœderis pacta cum Hispaniæ Rege 576. Proceres ob pacta cum Cæsare inita contra Regem queruntur 608. copias Genuam mittit pro sedanda seditione in Gallos mota 623. 624. ipsus Genuam contendit, & seditiosos dissipat 624. cum Hispaniæ Rege circa Neapolitani regni negotia colloquitur 631. Germani sese ejus conatibus opponunt 630. tutelam Caroli V. in se suscipit 633. a Cæsare bello premitur 635.

Lusitani Brasiliam detegunt 348. commercium cum aromatibus exercere incipiunt. 349. contra eos Sultanus Ægypti a Venetis concitatur 560.

M.

Manuel, Archiducis cliens ad Regem Catholicum mittitur 543. Burgensis arcis Præfectus nominatur 597. vehementer affligitur ob nuptias Engolismensis Comitis cum Claudia Regis Franciæ filia 606. 638.

Margarita Maximiliani Cæsaris Filia Hispanæ Infanti nubit 167. secundis nuptiis Philiberto Sabaudiæ Duci desponsatur 342.
Marchio Mantuanus collusionis cum Hispanis accusatur 523.
Mariana Caprealis Brasiliam detegit 348.
Mariana Mauros ad fidem cogi conqueritur 160.
Marsilius Ficinus Canonicus a Savonarola ad meliorem frugem revocatur 235. ejus obitus 313. illius opera 314.
Martini Bartholomæi Cardinalis obitus 352.
Matalo Neapolitanus a Precyo profligatur 100.
Matthias Michovius, ejusdem Historia 618.
Matthias Minorita, erronea illius doctrina 247.
Mauri a Lusitanis cæsi 156. a Lusitano Rege regno expulsi 159. ad fidem amplectendam compulsi 160. a Toletano Archiepiscopo ad Christi fidem sollicitati 301. seditionem movent 304. 347.
Maximilianus I. Imperator, fœdus contra Gallos init 40. 45. ejus jura in Lusitaniæ Regnum 116. Judicium Cameræ Imperialis instituit 124. Fœdus init cum Italiæ Principibus contra Gallos 153. Margarita ejus Filia Hispaniæ Regis Filio nubit 167. in Italiam cum exercitu suo venit 168. Neapolis Regnum Genero suo vindi-

vindicare molitur 196. ſeſe Ludovico Sfortiæ jungit 168. 170. Italiæ Principes Papiam convocat 170. Liburnum fruſtra obſidet 171. in Germaniam revertitur 173. fœdus cum Galliarum Rege inire recuſat 285. Sfortia eum ſibi devincire ſtudet 283. fœdus cum Franciæ Rege paciſcitur 263. Galliarum Rex ab eo colloquium petit 379. concedit, ſed Legati poſtulata rejicit Imperator 380. pacta cum Gallis ob nuptias Archiducis filii cum Claudia init 381. fœdus Tridentinum violaſſe perperam accuſatur 385. fœdus init cum Gallis 357. contra Venetos armorum ſocietatem paciſcitur 569. in Italiam proficiſci cunctatur 570. eum Flandri tanquam Belgii Adminiſtratorem agnoſcere recuſant 622. a Venetis contra Gallos concitatur, Conſtantiæ comitia celebrat 629. Belgii Adminiſtrationem ſibi vendicare nititur, eam obtinet 633. In Italiam pergit, & Veneti eidem tranſitum denegant 635. in eos Gallosque bellum movet 636.

Medicæus Petrus, eum Sfortia ſuo imperio reſtituere conatur 131.

Mediolanenſes, eorum perfidia in Sfortiam Ducem 56. 169. 288. in Gallos tumultuantur 324. ſeditionis motæ veniam obtinent 337.

Mendoza Archiepiſcopus Toletanus ac Cardinalis, ejus obitus 120.

Michael Lusitaniæ Regis filius in Castellæ Regem nominatur 260. moritur 443.
FF. Minimorum Ordo a Julio II. Papa confirmatur 614. a Galliarum Regibus multis beneficiis cumulatur 615.
Mompenserius Neapolis Prorex creatur 46. ejus indoles *ibid.* Neapolis Regem aggreditur. 96. sed profligatur 97. ex urbe ad arcem propellitur 98. ibidem obsessus se dedere compellitur 98. a Precyo adjuvatur 100. arcem dedere cogitur 103. auxilia petit a Gallis 133. vani ejusdem conatus in Neapolis Regno 137. fugere coactus 138. Arpinum victori relinquit 140. deditionis pacta 141. capitur, ejusque exercitus fame atque ærumnis absumitur 143. moritur 144.
Monacides Æthiops Christianam fidem amplectitur 200.
Monrangus Clericorum hostis castigatur 581.
Montferratensis Marchionissa, ejus obitus 82. Principatus Successor eligitur Constantinus illius Patruus 83.
Montfortinum & Mons S. Joannis a Gallis occupantur 24.
Morabiti Maurorum Sacerdotes, ad Christi fidem sollicitantur 301.
Mortonus Cardinalis Anglus, donum a Papa Angliæ Regi transmissum exhibet 267. moritur 350.
Moscovitæ, contra eos Papa fideles ad bellum hortatur 177.

Navarrus

N.

Navarrus Petrus Neapolis arcem obsidet, capitque 443.

Nauclerus Joannes suo Chronicon finem imponit 355.

Nauplia a Turcis obsessa 345. obsidione liberatur 346.

Neapolitani primo contra Ferdinandum eorum Regem 17. ac postea in Momponserium seditionem movent 97. Gallos toto ferme Regno ejiciunt 34. 147. hujus Regni divisio inter Hispaniæ & Franciæ Reges 310. fœdus in favorem Neapolitani Regis 363. vide *Ferdinandus*.

Nemosius Dux totius Gallici exercitus Dux in Italia declaratur 367. Barulienſis urbis obsidionem negligit 427. 335. in prælio Cerignolano occiditur 438. Consalvi jussu Baruli sepelitur 440.

Nilus Monachus a Georgianorum Rege ad Papam ablegatus 175.

Novarra ab Aurelianensi expugnatur 55. a Fœderatis obsidione cingitur 77. Rex Franciæ obsidionem solvere nititur 80. liberatur urbs 87. 88. Sfortia eam Gallis eripit 329.

Novium a Gallis captum 286.

Ordo

O.

Ordo militaris, Equites Lusitani matrimonium ineundi facultatem obtinent 162.
Ordo S. Michaelis in Francia a Papa confirmatus 163.
Ordo FF. Minimorum a Julio II. confirmatur 614.
Ordo Virginum Annuntiatarum a Joanna Regina institutus, & a Papa confirmatus 232. 423.
Ostia a Consalvo obsessa, atque expugnata 182.
Oviedo Petrus Papæ Legatus jussu Valentinensis Ducis laqueo suspenditur 496.

P.

Pallavicinus Cardinalis ejus obitus 641.
Patriarchæ Constantinopolitani, eorum successio 250.
Pax Stapulensis 280. Gallos inter & Hispanos 342. 431.
Perauldus Raynaldus Legatus in Germaniam missus Clericorum mores emendat 356 580.
Perkinus ementitus Eboracensis Dux ex Hibernia in Scotiam proficiscitur 201. Catharinam Comitissam de Gourdon uxorem ducit 202. Coriſopotana Provincia in ejus favorem seditionem movet 203. in prælio Black-heatensi devictus 204. a Scotiæ Rege dimittitur 208. in Hiberniam

niam & inde in Angliam redit 208. in quodam Monasterio delitescit 268. a Rege Angliæ turri includitur 269. ejus conjux capta Westmonasterium abducitur 270. e turri Perkinus elabitur 271. laqueo suspenditur 272.

Perusina urbs a Julio II. recuperata 612.

Petilianenses Ursinum Ducem Pontifici tradere recusant 452.

Petrucius Pandolphus in suspicionem venit, quod Pio III. venenum propinaverit 485.

Petrus Albusonius moritur 517.

Petrus de Aranda Calaguritanus Episcopus, ejus errores 249. ad perpetuos carceres damnatur 250.

Petrus Navarra Castellum Ovi occupat 443.

Philippus Austriæ Archidux Joannam Ferdinandi & Isabellæ filiam ducit 152. Galliarum Regi clientelare obsequium præstat 231. ejus filius Carolus V. nascitur 342. Philippus Castellæ Princeps nominatur 260. 343. 383. Henricum VII. Angliæ Regem officiose salutat 350. agitur de ejus Filio Claudiæ desponsando 381. in Hispaniam proficiscitur 383. illuc advenit 387. in Flandriam redit 425. cum Galliarum Rege Lugduni colloquitur 430. suo Socero indignatur ob initum fœdus 441. denegatam sibi tutellam ægre fert 543. Castellæ Rex nominatur 544. de Ferdi-

Ferdinandi nuptiis certior factus 578. in Hiſpaniam proficiſcitur 583. 586. tempeſtatis vi in Angliam ejicitur 586. Suffolciæ Comitem Angliæ Regi tradit 587. in Hiſpaniam venit 590. colloquitur cum Ferdinando Rege 591. 595. pacta firmantur 594. Caſtellæ ſtatum permutat 596. moritur 597.

Philippus Calimachus, ejus obitus 209. illius opera 210.

Piccolominæus, vide *Pius III.*

Picus Joannes Franciſcus de Mirandula pro Savonarolla apologiam conſcribit 246.

Piſani a Galliarum Rege improvide in fidem ſuam recepti 53. in obſequium Valentini Ducis redire parati 449.

Piſcarius Marchio Caſtellum novum Gallis tradit 303.

Pius III. vulgo Cardinalis Senenſis in Papam electus 480. ſumma illius laus 481. 485. Sacerdos, & Epiſcopus initiatur 482. coronatur 483. Gallorum auſibus obſiſtit 483. in gravem morbum incidit 485. moritur non ſine ſuſpicione veneni porrecti. *ibid.* ſepelitur in Sacello S. Georgii 486.

Plumbinum a Papa expugnatum 377.

Podacatharus Cardinalis moritur 566.

Polyglotta Biblia a Ximenio edita 414.

Precyus

Precyus de Alegre Gallis ſuccurrit 100. Matalonem profligat 101. Caſtrum Ovi expugnare molitur *ibid.* in Calabriam fugere compellitur 102.

Propoſitiones a Pariſina Facultate Theologica damnatæ de puritate B. V. 191. Decretum ejusdem Facultatis pro tuenda ejusdem immaculata Conceptione 192. propoſitiones damnatæ de dotibus B. V. 193. de Magia 251. de Sacerdotum concubinatu 252.

R.

Raveſtenius Genuæ Gubernator 623. ab officio ſuo amotus 628.

Raymundus de Perault Cardinalis, ejus obitus 580.

Regium a Conſalvo expugnatum 94.

Robadilla Chriſtophorum Columbum in vincula conjectum in Hiſpaniam reducit 275.

Robertus Gaguinus Ordinis SS. Trinitatis Magiſter Generalis moritur 585. illius opera 386.

Rolandus in Indiis ſeditionem movet contra Chriſtophorum Columbum 274.

Romandiola a Duce Valentinenſi obſeſſa 340.

Romanorum lætitia ob fœdus contra Gallos ſancitum 128.

Ruſſi

Ruſſi a Turcis invaſi 275.
Ruvereus, vide *Julianus*.

S.

Sabellicus, ejus libri & opera 564.
Sabellius Romanæ Urbis Præfectus omnes exules revocat 462.
Salſularum urbs Gallorum obſidione liberata 502.
Salutiarum Marchio Gallici exercitus Dux nominatur 523. Cajetam dedere compellitur 525. moritur 527.
Savonarolla Hieronymus Ord. FF. Prædicatorum, pro Florentinis perorat 52. Florentinorum invidiam incurrit 233. eorum crudelitatem redarguit 234. quosdam ad meliorem virtutum frugem reducit 235. apud ſummum Pontificem accuſatur, ac Verbum Dei prædicare prohibetur 235. ab eodem excommunicatur. *ibid.* quidam Dominicanus pro comprobanda ejus doctrina ignis experimentum ſubire ſpondet 237. Savonarolla capitur, ac quæſtioni ſubjicitur 239. crudeliter torquetur 241. ejus conſtantia 241. laqueo ſuſpenſus comburitur 242. ejus opera 244. illius apologia a Joanne Franciſco Pico Mirandulano conſcripta 246.
Seminariæ, Galli ibidem ingenti clade protriti 434.

Senenſes improvide in Galliarum Regis fidem ſuſcepti 49.

Sforția, vide *Ludovicus*. ejus Soror, vide *Catharina*.

Simonia, Conſtitutio contra illam 560.

Sigismundus I. Poloniæ Rex Alexandro Regi ſuccedit 617.

Sophus, quid hoc nomen ſignificet? 315.

Sorelli Anna Pedemontana, a Galliarum Rege perdite amata 80.

Sprazius Cardinalis mortuus 566.

Stephanus Wallachiæ Princeps, ejus obitus 566.

Sultanus Ægypti a Venetis contra Luſitanos concitatur 560. quemdam Franciſcanum ad ſummum Pontificem ablegat 561.

Suffolciæ Comes ab Archiduce Regi Angliæ traditur 588.

Supplicium cujusdam Presbyteri Romani 555.

T.

Taliſmans ſeu Horoſcopi cenſura libri de virtutibus, quæ eidem perperam adſcribuntur 251.

Tarviſinus Melchior Turcarum claſſem diſſipat 292.

Tendilla Comes seditionem Granatensium sedat 305.

Teneriffa Insula Ferdinandi & Isabellæ dominio subjicitur 112.

Tridentinum colloquium Cæsarem interet Franciæ Legatum 379. 380. 383. 384.

Trimollius Trivultio in supremo Gallici exercitus imperio in Italia subrogatur 332.

Trivultius Jacobus, ejus colloquium cum Neapolis Rege 37. proditorie Galliarum Regi Capuam tradit 28. ejus perfidia erga Neapolis Regem 28. sua castra studiose permutat 168. Mediolanum occupandi occasionem negligit 169. a Galliarum Rege ob suam perfidiam præmium accipit 293. in sedando Mediolanensium tumultu negligens 325. fugere compellitur 328. incassum a ceteris Belliducibus adjuvatur 330. ejus diffidia cum reliquis belli Præfectis 331.

Tubingana Universitas ab Evrardo Comite erecta 217.

Turcæ Russiam invadunt 275. frigore quamplurimi eorum pereunt 276. a Ludovico Sfortia in auxilium vocantur 284. Istriam & Dalmatiam devastant 291. a Venetis bello invaduntur 310. Naupliam obsident 345. obsidionem solvere coguntur 346. pacem cum Venetis ineunt 559.

Valenti-

U.

Valentinenſis Dux, vide *Borgia Cæſar.*
Varvicenſis Comes ab Henrico VII. capite plectitur 272.

Vaſqueſius Gama Indias Orientales detegit 193. Indos profligat 200.

Veneti Zizimum veneno necaſſe creduntur 7. bellum in Turcas moveri, Bajazethi ſignificant 37. ad fœdus cum Gallis ineundum ſollicitantur 84. hujus fœderis pacta 83. Ferdinandum in Neapolis Regnum reponere ſatagunt 93. cum Gallis fœdus ineunt 279. a Galliarum Rege deficiunt 285. quasdam urbes amittunt 287. eorum Provinciæ a Turcis devaſtantur 292. Turcas cædunt 292. Naupactum occupant. *ibid.* bellum in Turcas movent 314. a Conſalvo contra Turcas adjuvantur 344. Turcas Nauplia propellunt 346. paoem inter Galliarum & Neapolis Regem conciliant 361. Faventiam occupant 500. pacem cum Turcis ineunt 559. Sultanum Ægypti contra Luſitanos concitant 560. cum illis Luſitaniæ Rex fœdus inire recuſat 563. contra eos Cæſar & Galliarum Rex fœdus ineunt 569. Papa eis reconciliatur 571. Cæſari in Italiam eunti tranſitum denegant 635. in eos Cæſar bellum movet 636.

Vilvordus Lopez ab Archiduce cuſtodiæ datur 578.

Wladislaus Hungariæ Rex repudiata conjuge ſua Annam de Fuxo ducit 341. Bohemis fratribus ſectæ ſuæ libertatem prohibet 549. 553.

Univerſitas Complutenſis a Ximenio Archiepiſcopo Toletano erigitur 309. Tubingana ab Evrardo Comite fundatur 117.

Wormatienſe Judicium Cameræ Imperialis 124.

Urbinum urbs a Valentinenſi Duce dolo capitur 394.

Urſinus Virginius relicto Mediolanenſi Duce Gallis adhæret 132. Urſini ſollicitante Papa a Ferdinando cuſtodiæ dantur 146. Jordanus Urſinus e carcere elabitur 153. Papa in Urſinos bellum movet 178. victoriam reportant 180. Galliarum Rex Urſinos ſummo Pontifici tradit 451. Petilianenſes juniorem Urſinum Papæ conſignare recuſant 452. mortuo Pontifice Urſini ad ſua revertuntur 462. bellum in Columnenſes movent 463. Urſini Valentinenſem Ducem capere moliuntur 484.

X.

Ximenius ab Isabella Castellæ Regina ad Arhiepiscopatum Toletanum nominatur 121. obluctatur, sed Sedis Apostolicæ mandato obedire compellitur 123. nuptiis assistit Margaritæ cum Hispaniæ Infante 167. Compluti Synodum celebrat 254. illius statuta 254. Franciscanorum Ordinem reformare nititur 261. gravia obstacula ei opponuntur 262. Isabella sua auctoritate Ximenium adjuvat 263. Ximenius omnes difficultates superat 265. Mauros Granatenses ad suscipienda Christianorum sacra sollicitat 301. apud Regem Hispaniæ falso accusatur 306. innocentiam suam vindicat 307. Mauros ad amplectendam fidem inducit 308. Compluti Universitatem erigere statuit 309. Collegium S. Ildephonsi condere incipit 309. Biblia Polyglotta in lucem edit 414. Complutensibus immunitatem a tributis impetrat 501. testamenti executor ab Isabella nominatur 542. Cardinalis creatur 639.

Z.

Zamorinus Calecuti Rex benigne Lusitanos excipit 199.


Zegri Maurorum Princeps fidem Catholicam ſuſcipit 302. ſeditionem Granatenſium ſedat 305.

Zizimus Bajazethis Turcarum Imperatoris frater Galliarum Regi a Papa traditur 6. an veneno fuerit necatus? 7. utrum fidem Catholicam fuerit amplexus? 8. Amurates ejus Filius necatur. *ibid.* actum de obſidibus dandis pro Zizimo 12. ejus libertas pro cauſſa belli in Turcas movendi obtenditur. pagina 37.

ERRATA *sic corrige:*

Pag. 71.	prehende	- -	prehendere
72.	mollebatur	-	moliebatur.
209.	Sangem inianum	-	San-Geminianum
271.	Siniſtros	- -	ſiniſtro
296.	habitu	- -	habito
486.	ut ad	- -	cum ad
Ibid.	clientis	- -	clientes
433.	pace	- -	pacem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Th 31
5178